


No. 7
3C-138



183 to
New York

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27

Case	101
No.	4
	36
	135

4

7-874

1


3 to
New York

Biblioteca de la Santa
Cruz
Set A
36
138

4

7-874

1






CAPTIVIS INDVLGENTIAM. *Da. 61.* CLAVSIS APERTIONEM.

S.P.N




BVLLÆ ET PRIVILEGIA
 SACRI AC REGALIS ORDINIS
 REDEMPTORVM B. M. D. MERCEB.
 TOMVS. I
 SCHOLIÆ STE

R. P. D. F. SERAPHINO D. FREITAS
 eiusdem Ordinis, Sacrorum Cano-
 num Pintix Vespertino Moderatore
 Emerito, Militarumq; Ordinum Lusitaniæ,
 in Castella Conservatore Iudice.
 SVB R. M. P. N. M.
 F. Didaco Serrano Generali M. ro
 Barone de Algar Electo Episcopo
 Solsonensi, a Consilijs Catholice
 Maiestatis

Matriti, ex Typographia Regni. Año. 1636



L. de Courbes F.



ERRATA, SIC CORRIGE

Folio 1. a initio lege ab initio f. 4. pagina 2. exactionibus, l. exactionum f. 4. ad bellum, l. ad bellum f. 6. laudabilibus, l. laudabilibus ibi, p. 2. vacat, l. vacant f. 8. sine manu inunctione, l. sine manu inunctione ibi, f. 12. Neapolim, l. Neapoli, f. 11. dominus, l. dominibus ibi Triburienfis, l. Treberienfis, f. 12. nequequam, l. nequaquam, f. 21. montem, l. monte f. 24. figenos, l. egeos, ibi, p. 2. conuenire, l. inuenire f. 4. indaltos, l. indultus f. 9. nostri, l. nostri Ordinis, l. nostri Ordinem f. 98. p. 2. Pij IV. l. Pij II. f. 140. & licet olim Monasteriorum, l. licet olim ob Monasteriorum, ibi multum ab hinc annorum, l. multis ab hinc annis, f. 110. Bulla, l. Bulla f. 121. ea fideles, l. ea fideles, f. 124. & f. 146. Carmeli, l. Carmelo f. 150. omnia & singula, l. omnes & singulas, f. 154. communicationis minoris, l. excommunicationis minoris, f. 155. dietis, l. dietis f. 169. p. 2. donatas, l. donatas, f. 178. p. 2. id Clementis, l. Melitanensis, f. 79. vt Christi, l. & Christi, f. 184. Campi floris ac vallis, l. Campi floris ad valbas, f. 186. deuotionis, l. deuotionem, ibi p. 2. Prouincialium, l. Prouinciarum, f. 187. dis, l. Des, fol. 189. oppidi de Guadaluara, l. in ciuitate Barcinon, ibi p. 2. curat, l. curam f. 190. p. 2. sita, l. sita, f. 195. non solum laudabilis, l. non solum iuxta laudabilis, ibi, p. 2. Magister, l. Magistri, ibi decreta de loco, l. decreta tam de loco, ibi iure, l. iura, ibi gratis, l. gratia, f. 196. Canonis, l. Canonibus f. 201. p. 2. peruenit prouideri, l. peruenisse prouideri, f. 203. quos, l. qua, f. 204. p. 2. ordinata, l. ordinatas, ibi, Clementis, l. Clementis, f. 208. & 214. esse iuramento, l. etiam iuramento, f. 219. conferti, l. conferti, f. 236. iuramo, l. iuramento, f. 240. Ludouicus, l. Ludouici, f. 150. p. 2. duobus, l. duabus, f. 254. filius, l. filius, f. 60. sine, l. serie, ibi serie consentes, l. fore consentes.

Libel hic nomine inscriptus Bullarium Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede correspondet suo exemplari demptis his mendis, Datum Matriti die secundo mensis Aprilis anno 1636.

*Lic. Franciscus Murcia
de la Llana.*

SVMA DE TASSA.

Y Diego Gonçalez de Villarroel Escriuano de Camara del Rey nuestro señor, de los que en tu Consejo residen, doy fe, que auiendo visto por los señores del vn libro intitulado *Bulas y Priuilegios Apostolicos, con cedidos a la Religion de nuestra Señora de la Merced*, colegidas por fray Alonso Remon Coronista de la dicha Orden, que con licencia de los dichos señores del Consejo fue impresso: tassaron cada pliego de los del dicho libro a cinco marauel. is, y a este respeto mandaron se venda, y no a mas, y que esta tassa se ponga al principio de cada libro de los que se imprimieren. En Madrid a nueue dias del mes de Abril de mil y seiscientos y treinta y seis años.

*Diego Gonçalez
de Villarroel.*

SVMA DE PRIVILEGIO.

Tiene el P. M. fr. Alonso Remon Predicador y Coronista general de todo el Orden de nuestra Señora de la Merced, priuilegio por diez años para imprimir este libro intitulado *Bulas y Priuilegios Apostolicos y Reales, con cedidos a la Orden de nuestra Señora de la Merced*, como mas largamente consta de su original, a que me refiero, que te despachó en el oficio de Juan Lasso de la Vega, Escriuano de Camara de su Magestad. En Madrid a 18. de Junio de 1632. años.



APRO.

APROBACION, Y TESTIMONIO DE
Eugenio Lopez Notario Apostolico de la Audiencia Arçobis-
pal desta villa de Madrid.

YO Eugenio Lopez Notario Publico Apostolico, Real, y del
Numero de la Audiencia Arçobispal desta villa de Madrid.
Por mandado del señor Licenciado don Iuan de Velasco y Azeue-
do, Vicario General desta Villa, doy fe, que por mandado de dicho
señor Licenciado me hallè presente a la correccion de todos los
traslados de las Bulas, y Breues Apostolicos, que van escritas en es-
te libro y volumen, cuyas hojas van señaladas, y rubricadas de mi
mano, y se corrigieron en diferentes vezes, dias, y tiempos, con las
mismas Bulas originales, que quedan en poder del Padre Maestro
fray Alõso Remon, Predicador y Cronista General del Orden Real
de nuestra Señora de la Merced Redencion de Cautiuos, de cuyo
pedimiento afsisti a lo que dicho es, y concuerdan con sus originales
a que me refiero: en fe de lo qual lo firmè, y signè con mi signo y fir-
ma. En madrid a veinte de Abril de mil y seiscientos y treinta y dos
años. Y ten doy fe, que me hallè a la correccion de otras Bulas des-
pachadas despues de la fecha desta, y que todas concuerdan con sus
originales, &c. En testimonio de verdad. En lugar ✕ del signo.

Eugenio Lopez Notario Publico.

A P P R O B A T I O

Magistri Ægidij Gonçalez Davila Philipi III. Hispaniarum
Regis Generalis Chronographi.

I Vssu Supremi Senatus Castellæ Bullarium hoc satis accuratè dispositum, &
ad Regalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum
vsum va de vtile, à Sapientissimo Doctore Fr. Seraphino de Freitas eiusdem
Ordinis professore doctissimè Scholiatum, qua potui diligentia perspexi. Liceat
per celsitudinem vestram, vt Thipis mandetur. Matriti die 17 mensis Maij anni
M. DC. XXX. II.

Magister Ægidius
Gonçalez Davila.

VNIVERSIS SACRI,
AC REGALIS ORDINIS
nostri Beatæ Mariæ de Mercede Re-
demptionis Captiuorum professoribus.
M.F. Marcus Salmeron almæ Prouinciæ Ca-
stellæ Prouincialis, & Supremi senatus San-
ctæ Inquisitionis Fidei Censor, æter-
nam exoptat foelicitatem.

QTAVERAT quam pridem Religio nostra (Patres Reli-
giosissimi) Sacrorum Pontificum diplomata, clarissimo-
rumque regum indulta ex scrinijs, vbi iniuria temporum
diu latuerant in filiorum, & ipsius honorem eximium in lu-
cem edere. Et cum Reuerendissimus Dominus D. fr. Ioan-
nes Ciprianus Magister Generalis, tunc temporis, nunc vero Ecclesiæ
Albarracensis primo, & secundo Teruelensis creatus Episcopus
crebra animaduersione perspiceret quot, & quantos Bullas, & priuile-
gia (quorum maior pars, quasi in tenebris iacebat) familiæ nostræ essent
fructus allatura si in vnum collecta, & de latebris edueta in publicum
æderentur, inter alia per egregia, & illustria facinora tempore sui Ma-
gistratus illorum æditionem aggredi statuit. Quapropter indulta omnia
ab initio Religionis à sacra Sede emanata ex diuersis, longinquisque Cœ-
nobijs, per multum temporis spacium vndique conquæsitæ ex per vetu-
stis originalibus fideliter trasumi curauit, in vnumque volumen redigi
(opera Patris Magistri Fratris Ildephonsi Remon Ordinis Chronogra-
phi) & illustrari Scholijs Magistri Fratris Seraphini de Freitas, viri ex
nostris eruditissimi, & apud Pinciam Sacrorum Canonum vespertini
moderatoris: sed proh dolor! horum Patrum mors immatura pios co-
natus ad finem, vsque optatum producendos interceptit, opere non præ-
lo maturo. Quare necesse fuit luculenter, & accurate originalia reuisse-
re, & cum illis trasumpta conferre, quod pro viribus conatus, sum, ne
tantum opus aliqua ex parte claudicaret, iussu Reuerendissimi Patris
nostri Domini D. fratris Didaci Serrano Magistri Generalis electi Epif-
copi Solsonensis, quo moderatore Dei nutu ad fastigium Ordinis eue-
cto ob animi singularem pietatem, eruditionem, ac cum admiratione
prudenciam, inchoatum opus, nunc typis mandatum offero. Non incom-
modum, imò per utile in duos tomos diuidere visum est, quorum prior
Romanorum Pontificum Bullas, Legatorum Sedis Apostolicæ indulta
Sacræ Congregationis Cardinalium decreta continet, posterior verò
clarissimorum Regum Hispaniæ quorum mamillis lactata est ab ortu

Isaia 6. suo Religio nostra, quemadmodum de Ecclesia prædictum est *M. nulla*
60. *Regum lactaueris, & erunt Reges nutricij tui,* priuilegia, honores, col-
Isaia 6. lata beneficia, tam pro Captiuorum Redemptione, quam pro erigendis
49. regali munificentia Coenobijs indicauit. Quam plurima notatu digna
Bullarum in textu reperiet quilibet Religiosus vir, & prudens Lector,
zelum quem pro redimendis captis fidelibus præci illi Patres Romanæ
Ecclesiæ Præsules, ostendunt encomijs passim, summisque laudibus, nu-
nus Redemptionis Captiuorum ex voto extollentes, & ob id ad cœ-
lum vsque iustitiam excellentiam euectum Ordinem, caputque inter
alios Ecclesiæ atollentem indicantes. Indulta silere hæc non possunt
dum Romani Pontifices præter communia, alijsque Ordinibus, & con-
cedenda, & concessa specialibus gratijs Christi fideles habitum nostrum
gestantes, & Ecclesias viscentes prosequuntur. His accessere Magistri
fratris Seraphini de Freitas iuris vtriusque Doctõris peritissimi (cuius
extant alia volumina de cõfessarijs sollicitatibus, & de iusto Imperio Lu-
sitano Asiatico) acuratissima Scholia, quibus Bullarũ clausulas difficiles
mira ingenij dexteritate, & claritatis acumine exponit, & aurea clau-
scientiæ abstrussa enucleans ad intelligendas, interpretandasque Sum-
morum Pontificum mentes Lectoris mentem aperit, & aditum præ-
bet. Non incongrue sub titulo Collectoris aliqua referuntur ad Bulla-
rum clariorem intelligentiam, & vt innotescat, quo studio contenderit
certa ab incertis, authentica ab apocryphis fecerim. Aliquoties ferè eas-
dem Bullas ab alijs Summis Pontificibus duplicatas eisdem clausulis vi-
debitis, sed melius, & consulto iudicans, quam omittere, repetere, quæ
haberi potuerunt suis locis & temporibus, haud abijciendas curauit. A
Gregorio IX. vsque ad Urbanum VIII. plulquam per quadringentos
annos ad hæc vsque nostra tempora. Huic operi triplicem adiecimus in-
dicẽ; primus Romanorum Pontificum, secundus rerum notabilium Bul-
larum textus, & tertius notabilium Scholiorum. Vtinam crescat in mil-
lia millium mater nostra Religio, & quemadmodum hisce temporibus
Sanctissimo Patriarcha nostro Petro Nolasco, & Diuo Raymundo Non-
nat. Cardinali sanctorum numero adscriptis illustrior redditur indies, fi-
liorum suorum rebus præclare gestis, virtute, studijs, scriptis in defesso
labore auctus honos in laudem patris luminum à quo omnis scientia, &
sapientia descendit, & Beatissimæ Deiparæ cadat foeliciter. Valete.
Matriti pridie nonas Aprilis anni 1636.

M. Fr. Marcus Salmeron
Prouincialis Castella.

PRO-

PROE MIVM SAPIENTISSIMI P. DOCTORIS

F. Seraphini de Freitas.

IN nomine Iesu Christi, eiusque matris Beatissimæ Virginis Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, ad maiorem Bullarum Summorum Pontificum intelligentiam, & declarationem, quarum interpretationem aggredimur, prænotari oportet Bullas Pontificias, quoad propositum dupliciter cõsiderari posse, vel enim sunt nouæ concessiones, vel confirmatoriæ: in primo membro, aut conceduntur ex motu proprio, aut ad partis instantiam: in primo casu clausula motus proprii expresse inferi debet in Bulla aliunde enim probari non potest, c. si motu proprio de præbend. lib. 6. vbi gloss. & Doctores Staphileus de literis gratiæ, tit. de vi, & effectu clausularum, §. subsequente, num. 13. Gabriel tit. de clausulis conclus. 2. num. 283. & in hoc differt à probanda certa scientia Principis, seu clausula ex certa scientia, de quo infra num. 10. rationem differentię tradit, Rota decis. 27. num. 4. de rescriptis in nouis. Rebuffus in concordatis tit. de forma mandati Apostolici, verbo, *Motu proprio*, veri. Vndecimo non præsumuntur, Sanchez lib. 8. de matrimon. disp. 4. num. 5. melius Moneta de conseruator. cap. 5. n. 16.

Potest etiam motus propius concurrere, cum partis postulatione, siue illa præcedat, siue Princeps ad eam se referat, suas nihilominus effectus motus propius operabitur, Gom. l. 1. num. 19. de rescriptis lib. 6. Rebuff. in concordatis, tit. de forma mandati, verbo, *Motu proprio*, in princip. Couarrubias communem dicens in cap. alma mater 1. part. §. 7. num. 2. Men. casu 201. num. 80. quidquid cõtrarium velint, Gabr. & ab eo relati, tit. de clausulis, concl. 2. num. 116. & 117. quod planè procedit, si petitio in literis expresse non referatur, tam etsi illa præcedat, nihil officiet effectibus motus proprii, gloss. 4. fin. in additione in dist. cap. si motu proprio communis ex Gabriel, tit. de clausulis concl. 2. num. 107. Alderete de exempt. regular. 1. part. cap. 8. num. 24.

Si vero concessio fiat ad partis postulationem interpretanda, & reducenda est ad formam petitionis, c. inter dilectos ante fin. de fide instrument. ibi: *Ex forma petitionis*, vbi gloss. verb. *Petitionis*, Abb. num. 4. Felin. num. 5. & communis Rebuff. in praxi 3. part. signaturæ, verbo, *Datum*, à num. 24. Perez ad l. 1. tit. 12. lib. 3. ordinamen. quæst. 38. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 29. Emanuel. 1. tom. de regular. quæst. 11. art. 6. reg. 2. Garcia de nobilitate in diuisione, num. 63. & gloss. 1. §. 1. num. 71.

21 Rursus Bullæ confirmatoriæ, vel expediuntur in forma communi, vel ex certa scientia, si concedatur prius modo, nullus ius tribuit, nec iudicis inferioris cognitionem impedit, cap. 1. & ibi gloss. 1. cap. 3. de confirmat. utili, Bart. in l. privilegia, C. de sacrosanct. Eccles. Dec. dict. cap. 1. num. 5. & consil. 638. Rolandus consilio 5. num. 5. lib. 1.

211 Solent enim impetrari confirmationes in forma communi ad actus validos corroborandos, cap. ea quæ de re iudicata, ibi: *Nescia quoque sententia roborantur*, l. 3. §. missum, ff. de Carboniano, prosequuntur, Dec. num. 8. in cap. 2. de confirmatione utili, Tiraquel. in tractat. le mort. 6. part. declarat. 2. à num. 8. Rebuff. 2. tom. ad leges Gallie, tit. de restitut. act. 1. gloss. 3.

Per contrarium confirmatio facta ex certa scientia supplet omnes defectus iuris positiui, cap. penult. de confirmatione utili, cap. 1. cap. veniens de transact. l. adoptio, ff. de adoptio. Bart. in l. conficiuntur, §. Codicilli, ff. de iure Codicillorum, Dec. num. 5. in cap. 1. de confirmat. utili, & consil. 341. Paris. consil. 3. num. 38. lib. 4.

Operatur etiam confirmatio ex certa scientia, ut nullus inferior de ipsa confirmatione, aut actu confirmato possit iudicare, capit. 1. cap. 2. de confirmatione utili, & ibi Abb. & Dec. Ruin. consil. 208. num. 13. volum. 1. Socinus Junior, consil. 77. num. 19. Roland. consil. 61. num. 43. lib. 3. Menoch. consil. 80. num. 49. Auiles de Pratoribus, cap. 17. verbo, *Prouer.* à num. 12.

Hinc fit quod cum eiusmodi certa scientia importet plenitudinem potestatis, per quam Pontifex, & iuri communi derogat, & actus illo iure attento nullos reddat validos, amplius de ipsorum validitate dubitandum non est gloss. 2. ad fin. in cap. ad hæc de rescriptis, vbi omnes gloss. 3. in fine, in cap. veniens de transactionibus, Dec. num. 6. in l. in totum, ff. de regulis iuris, Roland. consil. 3. à num. 16. lib. 1. & consil. 71. à num. 46. lib. 2. Molina lib. 2. cap. 7. à num. 8. Gabr. tit. de clausulis conclus. 1. à num. 1. cum latè sequentibus, qui plures effectus, & limitationes prosequuntur, Suar. de legibus lib. 8. cap. 18. à num. 12.

Eiusmodi autem certa scientia, vel clausula non tantum apparet ex tenore litterarum, in quibus de illa mentio fit, ut existimat gloss. verbo, *Litterarum*, in fin. in cap. statutum in principio de rescriptis, lib. 6. gloss. ult. in Clementina & si eodem tit. vbi nonnulli sequuntur. Verum etiam, vbi ex narratis à Pontifice constat, vel alias per testes probatur eadem certa scientia, prebat gloss. verbo, *Noscatur*, in cap. 1. de constitutio. lib. 6. obseruat, Abb. & communis in dict.

cap. ad hoc, Felinus in cap. cum inter num. 1. de exceptionibus, & num. 9. in cap. præterea de testibus cogend. Suar. allegat. 1. 2. num. 28. & 34. Gabriel tit. de clausulis conclus. 1. à num. 64. decidit Rota noua 27. num. 1. de rescriptis, & in hoc differt à motu proprio, vt supra obseruauimus, & aduertunt præcitati, Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 4. num. 4. & 5.

Inter modos autem, quibus prædicta scientia probari potest ille præcipuus est si in confirmatione Pontificia inferatur tenor priuilegij, seu constitutionis, quæ confirmari, aut abrogari intenditur, cap. penult. de confirmat. vtili, ibi: *Et ad maiorem rei euidentiã literis confirmationis tenor compositionis insertus*, glossa verbo, *Ex certa scientia*, in cap. Pastoralis, §. præterea de officio delegati resolvunt vltra præcitatos, Minchac. de succes. creatione, lib. 3. §. 26. num. 100. Afflict. decis. 128. num. 7. Gabriel tit. de clausulis concl. 1. n. 65.


Notabis etiam, quod Bullæ Romanorum Pontificum habent vim legis, l. 1. ff. de constit. princip. §. Sed & quod Principi instit. de iure naturali, Nauarr. consil. 33. num. 2. de pœnitent. & remis. Ideoque perpetuæ sunt, quousque ab ipso Pontifice successoreve reuocentur, l. Arriani, l. de hæret. Cordoua in reg. sancti Francisci, cap. 10. quæst. 3. puncto 1. part. 3. Sanchez lib. 8. de matrim. disputat. 28. quæst. 2. num. 47. Vazquez 1. 2. disputat. 151. cap. 3. num. 16. Suar. de legibus, lib. 1. cap. 10. à num. 4. Salas eodem tractat. disputat. 1. sectio. 9. à num. 60. Nauar. cap. 27. num. 74.

Aduertè tandem, quod Bullæ sequentes pro maiori parte conceduntur Barcinonensi Monasterio ipsiusque Priori, & eo ipso competunt omnibus Monasterijs Ordinis: nam concessum vni Monasterio domui, aut vni Prouinciæ censetur concessum, per extensionem omnibus Monasterijs, & Prouincijs eiusdem Ordinis ex priuilegio Iulij III. & seruatur in praxi Henriquez lib. 13. cap. 48. §. 1. in lit. N. & per communicationem omnibus competit, Emanuel. 1. tom. quæst. 55. art. 18.

Bulla multa significat Erasmi. proterb. *Bulla homo*, quoad propositum deriuari videtur à verbo, *Bulli*, hoc est consilio, quia magno consilio expediuntur Henriquez lib. 7. cap. 27. §. 3. lit. O. l. 1. Athehis instituta principaliter sunt duo consilia, quæ Bullæ dicebantur, Budeus in Priores annotationes ad Pandectas, pag. mihi 278.

SERIES ROMANORVM PONTIFICVM
Conciliarum, Congregationum, Cardinalium, & Legatorum, qui nostro Or-
dini indulta concesserunt, ab Honorio III. quo vniuersam Ecclesiam guber-
nante Pontificatus sui anno primo, sacer ordo noster fuit fundatus,
vsque ad S.S.D.N. Urbanum Pontificem VIII.
ordine Alphabetico disposita.

- | | |
|--|---|
| <p>A.
 Adriani VI. Bullę extant à fol. 143.
 pag. 2.
 Alexandri IV. à fol. 6. p. 2.
 Alexandri VI. à fol. 118.
 Alexandri de Sangro Patriarchę Ale-
 xandrię legati de latere à fol. 233.
 pag. 2.</p> <p>B.
 Benedicti XII. à fol. 45.
 Benedicti pseudo XIII. à fol. 13.
 Bonifacii VIII. à fol. 37. p. 2.</p> <p>C.
 Calixti III. à fol. 89. p. 2.
 Cęsarisi Spaciani Episcopi Nouariensis
 sedis Apostolice legati à fol. 197.
 Clementis IV. à fol. 22.
 Clementis V. à fol. 42. p. 2.
 Clementis VI. à fol. 45. p. 2.
 Clementis pseudo VII. à fol. 62.
 Clementis VII. à fol. 151. p. 2.
 Clementis VIII. à fol. 199.
 Concilij Basiliensis à fol. 81. p. 2.
 Congregationis Regularium à folio
 258.</p> <p>E.
 Eugenij IV. à fol. 80.</p> <p>G.
 Gregorij IX. à fol. 1.
 Gregorij X. à fol. 25. p. 2.
 Gregorij XI. à fol. 51.
 Gregorij XIII. à fol. 189.
 Gregorij XV. à fol. 229. & fol. 268.
 Guillermi Cardinalis legati à fol. 49.
 Gasparis de Borgia Cardinalis nostri
 Ordinis protectoris à fol. 268.</p> | <p>I.
 Innocentij IV. à fol. 3.
 Innocentij VI. à fol. 48. p. 2.
 Innocentij VII. à fol. 116.
 Ioannis XX. à fol. 25. p. 2.
 Ioannis XXII. à fol. 43. p. 2.
 Iulij II. à fol. 126.
 Iulij III. à fol. 174. p. 2.</p> <p>L.
 Leonis X. à fol. 133. p. 2.</p> <p>M.
 Martini V. à fol. 72.</p> <p>N.
 Nicolai III. à fol. 28. p. 2.
 Nicolai IV. à fol. 30. p. 2.
 Nicolai V. à fol. 83. p. 2.</p> <p>P.
 Pauli II. à fol. 100.
 Pauli III. à fol. 170.
 Pauli IV. à fol. 178.
 Pauli V. à fol. 220. & fol. 266. p. 2.
 Pij II. à fol. 98.
 Pij IV. à fol. 176. & fol. 265. p. 2.
 Pij V. à fol. 186.</p> <p>R.
 Raynuntij sancti Angeli Cardinalis à
 fol. 174. p. 2.
 Sacrę Rotę à fol. 260. p. 2.</p> <p>S.
 Sixti IV. à fol. 108.
 Sixti V. à fol. 190.</p> <p>V.
 Urbani IV. à fol. 118.
 Urbani V. à fol. 50.
 Urbani VI. à fol. 59.
 Urbani VIII. à fol. 235. pag. 2. & fol.
 267. pag. 2.</p> |
|--|---|




BVLLÆ, ET PRIVILEGIA
 SACRO, AC REGALI ORDINI
 BEATÆ MARIÆ DE MERCEDE
 REDEMPTIONIS CAPTIVORVM, A SVMMIS
 Pontificibus, Regibus, alijsq; secularibus Principibus à initio
 nascentis Religionis ad hæc vsque tempora
 concessa.

*Bullæ, accuratissimis Scholijs R. P. F. Seraphini de Freitas I. V.
 Doctoris, eiusdem Familiæ alumni, & in Vallejoletana
 Academia Sacrorum Canonum Vespertini pro-
 fessoris illustratæ.*

OPVS BIPARTITVM,
 Cuius pars prima Bullas, altera vero privilegia
 continet.

BVLLA CONFIRMATIONIS
 Ordinis.

SVMMARIVM BVLLÆ
 Confirmatur nostra Religio.

REGORIVS Epif-
 copus servus seruo-
 rum Dei, dilectis fi-
 lijs Magistro, & Fra-
 tribus domus sanctę Eulalię Bar-
 cimonensis, salutem, & Aposto-
 licam benedictionem. Deuotio-
 nis vestrę præcibus inclinati,
 præsentium vobis auctoritate con-
 cedimus, vt cum nondum aliqua
 sit à vobis Regula, ex Religioni-
 bus approbatis assumpta, Beati
 Augustini possitis Ordinem pro-
 fiteri. Datis Perusij 16. Chaléd.
 Februarij, Pontificatus nostri an-
 no octauo.

Bullarium Ordinis

SCHOLIA SAPIENTISSIMI, AC REVERENDI
Admodum Patris Doctoris Fratris Seraphini de
Freytas:

CONCEDIMVS, &c. Approbatio Religionis referuatur Summo
Pōtifici cap. vlt. de Religiosis domibus, c. vn. eodem in 6. resolu-
bunt Doctores statim citandi. Et cū ex Monasterijs, institutisque,
piè, & rectè administratis, multum splendoris, & vtilitatis oriatur
in Dei Eccles. ex Trident. sess. 25. de Regular. cap. 1. consonat eius-
dem sessionis cap. 16. ibi: *Religio Clericorum Societatis IESV iuxta piū
eorum institutum à sancta Sede Apostolica approbatum Domino, & eius Ec-
clesiæ inseruare possint.* Dict. cap. vn. sanè, ibi: *Quos (Ordines Prædica-
torum, & Minorum) euident ex eis vtilitas Ecclesiæ vniuersali perhibet
approbatos.* Summus Pontifex in approbatione Religionis errare nō
potest, Enriquez lib. 12. cap. 5. §. 6. ibi. lit. K. Azor 2. tom. lib. 5.
cap. 7. Suar. de Religione tom. 3. lib. 2. cap. 17. à num. 17. & tract.
1. de fide, disput. 5. sect. 8. num. 9. post alios quos citant.

Aduerte autem quod quauquam de iure Ciuili videantur appro-
bata Collegia concernentia piū vsum, & cultum Diuinum, l. 1. ff.
de Collegijs illicitis, attamen respectu Religionis, seu Congrega-
tionis Religiosorum post Concilium Lateranense id non licet, nisi
ex auctoritate Sedis Apostolicæ, ex rationibus, quas notant Inno-
centius III. cap. finali de Religios. domib. & Greg. X. in Concil. ge-
nerali Lugdunens. in cap. vn. eod. in 6. & Extrauag. Ioan. XXII. eod.
tit. Vndè olim Episcopi solebant approbare Religiones, vt colliges
ex dict. Extrauagant. à contrario sensu, ibi: *Quidam autem eorum
dictum habitum, & viuendi ritum à quibusdam Episcopis, vel alijs Eccle-
siarum Prælati habuisse profitentur, quos nec eis concedere licuit contra for-
mam Concilij generalis, scilicet, Lateranensis.* De quo in dict. cap. fin.
ibi: *De cætero, eosque Episcopos taliter approbantes ipso iure excō-
municat in vers. Episcopos quoque.* Notant Abb. num. 3. in dicto cap.
fin. Suar. de Relig. 3. tom. cap. 17. num. 2. & num. 9. probat Ordines
Basilij, Augustini, & Benedicti introductas sola Episcoporum ap-
probatione. Bellarm. de Monachis cap. 4. *Quidquid sine fundamen-
to velit Enriq. lib. 10. cap. 35. §. 3.*

Et hinc colliges rationem ob quam noster Ordo cōfirmatus fuit
à Greg. IX. in hac Bulla anno 1230. Variant Auctores circa annum,
constat ex fratre Ildefonso Remon in Chronica generali Ordinis
1. part. cap. 7. & 8. & ex D. D. fratre Melchiori Rodriguez meritif-
simo

fimo Episcopo Rosensi in Chronicon generale diui Petri Nolasci Centur. lib. 1. cap. 39. à fundatione Ordinis anno 12. (cum tempore Honorij III. institutus fuerit, & ab ipso per viua vocis oraculum approbatus) ad instantiam magni Iacobi I. Regis Aragoniæ, cui simul cum sancto Petro Nolasco Patriarcha nostro, & sancto Raymundo de Peñafort, reuelatus fuit à Beatissima Virgine. De quibus latius in Chronicis nostris. Approbatque Gregor. IX. nostrum institutum sub regula B. Augustini, cuius Ordinem à Sede Apostolica approbatum, constat ex dicto cap. vn. §. sanè, cap. perniciosum 18. quæst. 2. vbi Innocentius II. meminit regula Diui Benedicti, Basilij, & Augustini.

Neque obstat quod Concil. Lateranense sub Innocencio III. anno 1215. ex Francisco Padil. in Chronolog. Concil. celebratum, prohibuerit nouam institui Religionem absque Sedis Apostolicæ auctoritate, ergo non potuit Ordo noster institui tempore Honorij III. qui Innocencio III. successit immediatæ, absque ipsius Honorij licentia. Nam respondetur I. Honorium viua vocis oraculo Religionem nostram approbasse, vt constat ex dicta Bulla; Gregorius enim IX. regulam tantum autentice, & in scriptis assignauit D. Augustini, sub qua Religiosi degere debuissent, iuxta decretum Concil. Lateranen. in dict. cap. vlt. de Religiosis domibus; ibi: *Unam de approbatis assumat.* Et in illa alloquitur Gregor. IX. Magistrum, & fratres domus Barcinonensis, iam congregatos in forma Collegij, aitque: *Cum nondum aliqua sit à vobis ex Religionibus approbatis assumpta, Beati Augustini possitis Regulam profiteri.* Supponit igitur Gregor. IX. approbationem factam à prædecessore suo, alias nostrum Ordinem in hac Bulla non confirmasset, sed approbasset, vtique quia decretum Concilij Lateranens. ipsi Gregor. IX. erat per notum. Cui opinioni suffragatur, quod Innocencius IV. in Bulla sequenti in vers. *Præterea,* confirmat omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus suis Romanis Pontificibus concessa: at Cœlestinus IV. qui Gregorio IX. successit, & præcessit Innocencio IV. obiit 17. die, post ad sui Pontificatus assumptionem, ex Illescas, Platina, & cæteris, & nihil Ordini cōcessit, ergo dum Innocentius se retulit ad prædecessores, constat plane intellexisse Gregorium IX. & Honorium III. à quibus præcise huic Ordini gratiæ fuere concessæ, nempe à Gregorio IX. eius confirmatio, vt patet ex hac Bulla, & ab Honorio III. eius approbatio, vt videtur conuincere prædictus discursus.

Bullarium Ordinis

Secundò respondetur quod Concil. Lateranens. non fuit vbique obseruatum, & ob id Gregor. X. in Concil. generali Lugdun. repetita constitutione idem inhiuit cap. vn. in princip. de Religiosis domibus, lib. 6. & quia id non sufficiebat Ioannes XXII. excommunicationem ipso iure incurrendam promulgauit contra Ordinarios similes Religiones approbantes, absque Sedis Apostolicæ auctoritate in Extrauag. illo tit. Vndè Religiones, quæ post Concil. Lateran. ab Ordinarijs fuere approbatæ, si post modum Sedis Apostolicæ accederet confirmatio validæ erant, easque exceptit Gregor. X. in dicto cap. vn. ibi: *Quorum Ordinum nondum approbationis meruere principium.* A cõtrario sensu, iuxta quæ verissimile est Ordinem nostrum ad effectum tantum redimendi captiuos, ab Episcopo Barcinonensi fuisse approbatum; & cum postea fuisset à Gregorio IX. confirmatus Ordo, & ad Religionis approbatæ formam reductus valuit confirmatio ex certa scientia, validauitque preteritam Episcopi approbationem, si forte à principio non tenuit, quam sicut aliàs exceptit Gregorius X. dict. cap.

PONTIFICATVS NOSTRI ANNO OCTAVO. Expeditur Bulla prædicta Gregorij IX. vt ex contextu constat anno octauo, sui Pontificatus, & in Ciuitate Perusiana, cum tamen eo Pontificatus anno ibi non commoratus fuerit Pontifex, vt testatur Platina, Onufrius, Panuinius, Vincentius, Genebrardus, & alij relati à Magistro Remon, tom. 1. historię Ordinis, lib. 1. cap. 8. Item noster Ordo à Gregorio IX. confirmatur, vt ex supradictis liquet anno 1230. qui annus erat 3. sui Põtificatus, creatus enim fuerat Romæ anno 1227. ex quibus liquido constat errasse Notarium transcriuentem, expeditamque fuisse prædictam Bullam anno 3. Pontificatus Gregorij IX. non anno 8. Fundamentum huius erroris videtur fuisse numerum annorum, dierumque non esse positum in hac Bulla caracteribus guarismicis; sed illis qui Castellani dicuntur, in quibus ad octavum numerum exprimendum, littera hæc V, & insuper tres vnitates sub hac forma III. deseruiunt, quæ vnitates iniunctæ primæ, octavum numerum denotant, significatque, & quia Bulla prædicta caracteribus Gallicis cõscripta fuit in quibus littera O, ferè coincidit cum hac nostra V, eo quod Galli litterã O, pro parte superiori apertam relinquunt, manifeste constat hoc decepisse transcribam Notarium iudicantem litteram O, pro littera V, cui adiunctæ illæ tres vnitates componunt numerum octavum; transcripsit igitur Notarius annum 8. pro anno 3. non attendens se litteram O, nempe vltimam
huius

huius dictionis, *anno*, sine causa repellentem, & dictam dictionem nempè, *ann.* mutilatam relinquentem, dum vltimam illius litteram ad numerum 8. cum tribus prædictis vnitatibus pertinuisse censuerit. Super quo cõsulendi sunt nostri historiographi Magist. Remon citatus, & Illustrissimus eruditissimusque Episcop. Rosens. in sua 1. Centuria lib. 2. cap. 9.

INNOCENTII IV.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- 1 *Ordinem nostrum, nostraque omnia tunc in possessione nostra sub Apostolica protectione suscipit.*
- 2 *Novatum nostrorum decimas extorquere prohibet.*
- 3 *Clericos, vel laycos liberos ad nos confugientes admittere concedit.*
- 4 *Nostri Ordinis professos ab ordine discedere, vel in alio retinere sine licentia Magistri prohibet.*
- 5 *Tempore interdicti diuina Officia celebrari, quodque intra fines Parrochie nostræ, sine nostra licentia Ecclesiam de nouo edificare nullus audeat; quodque noster Ordo novas exactiones, non soluat concedit.*
- 6 *Quod possit quilibet sepelli in Ecclesia Barchinonensi, quodque possimus redimere bona nostra de potestate aliorum.*
- 7 *Quod Magistro Generale obeunte nullus succedat; nisi quem fratres elegerint.*
- 8 *Quod intra clausuram domorum nostrarum, & grangearum nullus rapinam, furtum, aut incendium facere, hominem de capere, siue ferire, vel occidere audeat.*
- 9 *Confirmat Pontificum, & Regum præuilegia.*
- 10 *Subscribunt Pontifex, & Cardinale.*

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Magistro Hospitalis sanctæ Eulaliæ, eiusque fratribus, tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis, in perpe-

tuum: salutem, & Apostolicam benedictionem. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurfus, aut eos à proposito reuocet, aut

Bullarium Ordinis

robur, (quod absit) sacrae Religionis intringat. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus; & Hospitale sanctae Eulaliae Barcinonensis Dioecesis, in quo pro redimendis Captiuus de manibus Paganorum diuino vaccatis obsequio, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus; & praesentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuētes, vt Ordo Cāonicus, qui secundum Deū, & Beati Augustini Regulam in eodem Hospitali institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Praeterea quascūque possessiones, quaecunque bona idem Hospitale in praesentiarū iuste, & Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principū, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis praestante Domino poterit adipisci firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus haec proprijs duximus exprimenda vocabulis locum ipsum, in quo praefatum Hospitale situm est cum omnibus pertinentijs suis, Ecclesiam sancti Dominici, Parrochiam Ecclesiam sanctae Mariae in Podio, & domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Valentina. Domos, terras, & vineas, quas habe-

tis in Ciuitate, & Dioecesis Maioricarū. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Dioecesi Gerundenfi. Domos, & vineas, quas habetis in Ciuitate; & Dioecesi Barcinonensi. Domos, & terras, quas habetis in villa de Perpignano Elnēsis Dioecesis. Domos, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Narbonensi. Domos, quas habetis in Ciuitate Tarraconensi, & in termino Guardiae, de pratis Tarraconensis Archiepiscopatus. Ecclesiam sanctae Mariae de Pratis. Domos, vineas, & terras, & domos vnius molendini. Medietatem, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Illerdensi. Domos, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Tortosensi. Domos, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Casaraugustana. Ecclesiam sanctae Mariae de Sarrion. Domos, terras, & vineas quas habetis in Ciuitate Calataiunensi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate Daniae, cum pratis, terris, vineis, ne moribus, vsuagijs, & pacuis in bosco, & plano, in aquis, & molēdinis, in vijs, & semittis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis.

Deinde concedimus, vt nouallium vestrorū, quae proprijs manibus, & sumptibus colitis, de quibus actenus aliquis non percepit, siue de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas

decimas exigere, vel extorquere praesumat.

Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos, liberos, & absolutos e saeculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus in super, vt nullus fratrum vestrorum post factam in Hospitali vestro professionem possit, sine Magistri sui licentia de eodem loco, nisi arctioris Religionis obtentu discedere; discedentes vero absque communiu litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis clauis ianuis exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce diuina Officia celebrare; dummodo causam non dederitis interdicto: Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint, promouendi a Diocesano suscipietis Episcopo: siquidem Catholicus fuerit, gratiamque, & communionem sacrosanctae Romanae Sedis habuerit, & ea vobis voluerit, sine prauitate aliqua exhibere.

Prohibemus insuper, vt intra fines Parochiae vestrae nullus, sine assensu Diocesani Episcopi, & vestro, Capellam, seu Oratorium de nouo construere audeat, saluis praerogatijs Pontificum Romanorum.

Ad haec nouas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsque omnibus Ecclesiasticis, saecularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus:

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni, & extremae voluntati, qui se ibi sepelire deliberabunt, nisi excommunicati, vel interdicti sint, aut etiam publici usurarij nullus obsistat: salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumantur.

Decimas praeterea, & possessiones ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes, quae a laicis detinentur redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent reuocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas.

Obeunte vero se nunc eiusdem loci Magistro, vel suorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia praeponat: nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum maior pars consilij amoris secundum Deum, & Beati Augustini Regulam prouiderit eligendum.

Paci quoque, & tranquillitati vestrae paterna, in posterum sollicitudine prouidere volentes auctoritate Apostolica prohibemus,



Bullarium Ordinis

mus; vt intra claufuras locorum, seu grangiarum veftrarum nullus rapinam, seu furtum face- re, igne apponere, fanguine fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates, & immunitates à predecefforibus noftris Romanis Pötificibus Hofpitali veftro concessas; necnon libertates, & exemptiones fæcularium, exactionibus à Regibus, & Principibus, vel alijs fidelibus rationaliter vobis indultas auctoritate Apostolica confirmamus, & præfentis fcripti præuilegio communimus.

Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum Hofpitale temere perturbare, aut eius poffeffiones auferre, vel abblatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; fed omnia integra conferuentur illis, pro quorum gubernatione, ac fuffütatione cõceffa sunt, vñibus omnimodis pro futura, falua Sedis Apostolicæ auctoritate, & Dicecefanorum Epifcoporum Canonica iuffitia. Si quæ igitur in futurum Ecclefiaftica, fæcularis ve persona hanc noftræ conftitutionis paginã fciens contra eam temere venire tentaerit, fecundò, tertio ve commonita; nifi reatum fuum congrua fatisfactione correxerit potestatis, honorisque fui careat digni-

tate, reumque fe Diuino iudicio exiftere de perpetrata iniquitate cognofcat, & à Sacramentis, & facratiffimo corpore, & fanguine Dei, & hominis Redemptoris noftri Iefu Chrifti aliena fiat; atque in extremo examine diftrictæ fubiaceat vltioni: cunctis autem eidem loco fua iura feruãtibus fit pax Dñi noftri Iefu Chrifti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiãt, & apud diftrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniat, Amen. Ego Innocentius Catholicæ Ecclefie Epifcopus. Otto S. R. E. Cardinalis Portuenfis, & sanctæ Rufinæ Epifcopus ex Marchionibus Montiferati Cafinenfis, fub alpinas. Petrus de Colle medio Gallus. Epifcopus Aluanenfis Cardinalis. Guillelmus fub alpinas. Epifcopus Sabinenfis Cardinalis. Otto de Caftro. Rodulfi Bitunenfis Gallus, Epifcopus, Cardinalis Tufculanus. Petrus de Barro Gallus. tituli sancti Marcelli, Præbiter Cardinalis. Basilicæ duodecim Apoftolorum. Frater Ioannes Francioga, Monachus Ciftercienfis Gallus, tituli sancti Laurentij in Lucina, Præbiter Cardinalis. Frater Hugo de sancto Caro, Viennenfis Burgudius Gallus, tituli sãctæ Sauinæ, Præbiter Cardinalis. Ægidius de Torres Hispanus, tituli SS. Cosmæ, & Damiani, Diaconus Cardinalis. Petrus Capocius Romanus,

nus, tituli sancti Georgij ad bellum aureum, Diaconus, Cardinalis. Ioannes Cayetanus Vrsinus Romanus, tituli sancti Nicolai in carcere, Diaconus, Cardinalis. Guillelmus Fliscus ex Comitibus Lobaniae Ligur patriae Genuensis, Diaconus, Cardinalis, tituli sancti Eustaquij, sub

cribitur. Datis Lugduni per manum Magistri Marini, sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancelarij, secundo nonas Aprilis indictione tertia Incarnationis Dominicae, anno millesimo ducetesimo quadagesimo quinto. Pontificatus vero sanctissimi Domini nostri Innocentij Papae IV. anno secundo.

SCHOLIA SERAPHINI.

ET NOSTRA PROTECTIONE SUSCIPIMVS, &c. Innocentius IV. anno 1245. in hac Bulla primo suscipit Ordinem, & fratres sub protectione Sedis Apostolicae, & quavis protectio haec sola non sufficiat, ut Religiosi censeantur exempti à iurisdictione Ordinariorum; nisi dicat: *Et immediate nobis subijcimus.* Cap. recepimus, ad fin. ubi Abb. num. 3. Socin. 10. cap. ex parte 2. de praevileg. Enriq. lib. 7. cap. 25. §. 1. Natta. consil. 121. num. 8. volum. 1. Guid. decif. 56. at tamen hoc procedit, nisi aliunde colligatur immediata protectio, & exemptio ab Ordinarijs: ideòque text. in dicto cap. ex parte 2. cap. accepimus, quo ad hoc iubet, ut praevilegia, & tenor diligenter attendantur, & inspiciantur, iuxta quae Innocent. IV. non solum dicit: *Sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus.* Sed addit: *Et praesentis scripti patrocinio communimus.* Quibus verbis Pontifex se constituit immediatum Patronum, Superiorem, Iudicemque Ordinarium, eximitque Religiosos nostros ab Ordinariorum iurisdictione.

Notabis autem, quod nomine Ordinariorum veniunt intelligendi Episcopus, Abbas saecularis exemptus, Archiepiscopus, Legatus, seu Nuntius Apostolicus, qui est ordinarius, extraordinarius observat Enriq. lib. 7. cap. 25. §. 3. Hinc fit ad praxim (quod non advertitur) circa solutionem debiti, non posse Ordinarium se intromittere contra regularem exemptum. Glos. in Clement. dudum ad fin. §. ultra, verb. *Coerceri*, de sepultur. recepta ibidem, ex Navar. cap. non dicatis, 1. part. de regular. n. 96. Henriq. lib. 7. c. 25. §. 4. lit. D.

Haec autem exemptio, non solum concernit personas; sed res, prosequitur. Enriq. lib. 7. cap. 25. §. 4. insinuat Bulla haec, dum exprimit nonnulla bona à Prioratu Barcinonensi possessa, quae defendit, & tuetur.

Bullarium Ordinis

QVASCVMQVE POSSESSIONES, QVÆCVMQVE BONA IDEM
HOSPITALE, &c. Mirabilis est claufula ifta, magnumque effe-
ctum producit. Quoniam, & fi titulus acquisitionis fuerit inualidus,
ex quocumque defectu. Confirmatioque infirma communi, quæ
nihil roboris actui inualido dat, vt refoluimus in proœmio harum
Bullarum: attamen præbet caufam præfcribendi intra tempus legi-
timum, ex Rebuf. de decimis, quæftion. 13. nu. 90. cum fequentib.
quod eft planius refpectu futurorum Religioforum, qui bona fide,
& illo titulo poffident, Mascard. conclud. 225. num. 12.

NOVALIVM VESTRORVM, &c. Secundò concedit Innocent.
4. num. 2. pag. 15. vt de noualibus, aut animalium nutrimentis deci-
mas non foluant Religiofi noftri, iuxta cap. à nobis, vbi Glof. recep-
ta de decimis, Enriq. lib. 7. cap. 27. §. lit. A. cum fequent. Portel. ver-
bo, *Decima*, Præuilegium hoc eft reale, ex Bulla 2. Gregorij, vbi vi-
debis.

Collecta vero, & tributa tribuere tenentur emphiteutæ Eccle-
fiæ, quia funt potius honera perfonalia, refpiciuntque ipfos emphi-
teutas, Garcia de expenfis, cap. 12. num. 69. & 70. Auend. de exe-
quend. 1. part. cap. 14. num. 33. Valaf. de iure emphit. quæft. 17. à
num. 11. contra Siluam concil. 9. de exemptione, attributis, & sub-
fidio, & alijs honoribus. Vide latè Enriq. dict. cap. 27. §. 10. &
11.

Si verò agatur de terris nouiter acquisitis ex quibus olim deci-
ma, vel tributum debebatur Monachi eisdem tenentur ex cap. nu-
per 4. de decim. iunctis refolutis per Valaf. de iure emphit. quæft.
17. num. 7. Menoch. conf. 36. num. 30. decif. Rottæ 122. part. 1. di-
uerf. Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 4. Monet. de decim. cap. 5. q. 2.
num. 55.

Contrarium deffendit Mata de iurisdictione, caf. 11. à num. 28.
Ego diftinguo inter tributa terris, & perfonis, etiam ratione terra-
rum impofita in 1. cafu cum fint honera realia tranfeunt in quem-
cunque poffefforem, ex reg. cap. ex lit. de pignoribus. In fecundò
cafù cum perfonalia cenfeantur, ex refolutis per Valaf. & Auend.
& Garc. cit. num. præcedenti, mutata perfonam mutantur, & proce-
dit opinio Mart. nifi exprefse aliud circa decimas concedatur à
Pontifice, Enriq. lib. 7. cap. 27. §. 7.

INNOCENTII IV.

BULLA SECUNDA.

SUMMARIUM BULLÆ.

1. Commendat eleemosynam, fratresque nostros miris laudat verbis.
2. Hortatur fideles ad eleemosynas nostris fratribus erogandas, & iubet nuntios nostros charitative recipi.
3. Septimam partem inunctæ penitentia nostris confratribus relaxat, quibus etiam concedit posse in Ecclesijs interdictis sepeliri.
4. Indulget etiam, ut in nuntiorum Redemptionis aduentu, Ecclesia interdicta apperiantur, in eisque diuina celebrentur Officia.

INNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei, vniuersis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Si iuxta sententiam sapientis, inter tempus feminandi, discernimus, & metendi, feminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, faciētes nobis de māmōna iniquitatis amicos, qui cū defecerimus, in æterna tabernacula nos admittant, sic enim thesauricamus nobis thesauros in Cœlo, vbi scilicet fures non effodiunt, nec furātur, sic terrena in Cœlestia, & transitoria in æterna felici cōmertio commutamus. Licet autem indigentibus vniuersis aperire teneamur viscera charitatis: illis tamē specialius, & abūdantius quodāmodo debemus liberalitatis gra-

tiā exhibere, qui cum sint pauperes spiritu, sponte subbeunt onera paupertatis, vt pauperibus possint copiosius subuenire, dū tanquam nihil habētes, & omnia possidentes, velut penuriā pati, & abūdare didicerint, abūdāt pauperibus, sibi egent, & in se aliorū egestatē assumunt, vt ex indigentia liberalius ministrent hospitibus, & egenis.

Hoc vero quāuis multi laudabiliter exequantur: illi tamē student laudabilibus adimplere, qui hospitalitati vacantes, non solū recipiūt hospites; sed & trahunt illud Profeticum exequentes: *Frangite esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuā; cū videris nudū operi eū, & carnē tuam nō despexeris.* Hi enim eum pascent esurientes, sitiētes potant, colligunt hospites, nudos vestiūt, & non solum infirmos visi-

tant;

Bullarium Ordinis

tant, sed eorum in se infirmitates assumunt, ministrant in carcere possitis, & quibus in infirmitate participant, communicant in sepulturam defunctis illa omnia exequuntur, propterque Dominus in ultimo districtiois examine remuneraturum se bonos, & malos asserit puniturum.

Cum igitur dilecti filij Magister, & fratres Hospitalis sanctæ Eulaliæ Barchinonensis Diocesis Ordinis sancti Augustini in quo pro redimendis Captiuis de manibus Paganorum diuino vacat obsequio, ad hoc totis viribus elaborent, vt vndique confluentium egenorum, pariter, & agrorum necessitatibus se exponant. Monemus vniuersitatem vestram, & hortamur in Domino, & in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus vt cooperatores sitis operum pietatis accedentes ad vos eorum nuntios benigne recipere, ac honeste tractare curetis, eis grata subsidia, & pias eleemosinas conferentes, vt quod pauperibus contuleritis, per manus eorum in terris, vobis per manus pauperum thesauricetis in Cœlis, cū Apostolo sentientes: *Quonia qui parce seminat, parce, & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet vitam eternam.*

Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eo-

rumque auctoritate, ac ea quam Dominus nobis indulget potestate confisi illis omnibus, qui de facultatibus suis ipsis subuenerint, & in tam sancta fraternitate statuerint se collegas, eisque beneficia præstiterint annuatim septimam partem iniunctæ poenitentia relaxamus, auctoritate Apostolica statuentes in his qui eorum fraternitatem assumpserint, si Ecclesiæ ad quas pertinent fuerint interdictæ, ipsosque mori contigerit, nisi excommunicati, vel nominatim interdicti fuerint, aut etiam publici vsurarij sepultura Ecclesiastica non negetur.

Receptores quoque fraternitatis, & collectorum ipsorum saluo iure dominorum suorum, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus: statuentes, vt si quis fratrum ipsorum, qui ad eadem fraternitates missi fuerint, vel collectas in quâlibet Ciuitatem Castellum, vel Vicum interdictum aduenerint, in eorum iucundo aduentu, semel apperiantur Ecclesiæ annuatim, & excommunicatis, & nominatim interdictis eiectis diuina Officia ibi celebrentur, vt super eleemosinis acquirendis verbum exortationis ad populum proponatur, salua in omnibus supradictis declaratione Concilij Generalis.

Date igitur eleemosynam, vt omnia muda sint vobis, quoniam
elec-

elemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat, peccata, & facit inuenire vitam æternam, quia sicut aqua ignem ardentem extinguit, sic

elemosyna peccato resistit. Datis Lugduni idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno tertio.

SCHOLIA SERAPHINI.

SEPTIMAM PARTEM, &c. Indulget Innocentius IV. vltra alia in hac Bulla fidelibus, qui de facultatibus suis Monachis nostris subuenerint septimam partem iniunctæ pœnitentiæ, scilicet, per Confessorem impositæ pro peccatis, Enriq. l. 7. cap. 6. & non requiritur confessio, sed ipso facto relaxatur illa pœnitentia, Nauar. de indulgentijs, not. 31. num. 20. & 43. Enriq. l. 7. cap. 27. §. 3. Potest enim Pontifex per indulgentias remittere reatum pœne temporalis extra Sacramentum pœnitentiæ, Suar. de pœnit. disp. 50. sect. 2. à num. 1. Tametsi vtilior sit, quæ confessionem requirit Nauar. de indulg. not. 31. num. 38. & not. 18. num. 4. & not. 12. Enriq. dicto cap. 17. §. 1. Hæc autem indulgentia semel in anno competit, vt constat ex littera, ibi: *Annuatim*, alias sæpius lucrari liceret pro quolibet opere, Enriq. dict. cap. 17. §. 6.

Elemosyna autem est opus satisfactionis. D. Thom. in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 1. quæstiunc. 1. Soto dist. 19. art. 3. Vnde rectè pro ea conceditur indulgentia sicut per Bullam Cruciatæ. Nauar. conf. 34. de pœnit. & remis.

Notabis autem quod siue Monachis, siue benefactoribus varix ab eodem, vel diuersis Pontificibus indulgentiæ concedantur, omnes consequentur, non obstante, quod non faciant mentionem de præcedentibus. Enriq. l. 7. cap. 17. §. 5. Tametsi in dispensationibus in foro exteriori, vt posterior valeat, sit necessaria mentio prioris, cum sit odiosa. Enriq. dict. §. 5. Gutier. canon. lib. 2. cap. 15. nu. 91. Communis ex Sanchez de matrim. l. 8. disput. 22. num. 2. An verò per idem opus possit, quis diuersas lucrari indulgentias, diuersis vijs concessas? Suar. 3. part. disp. 52. sect. 10. num. 9.

APERIANTVR ECCLESIE, &c. Concedit Innocentius IV. vt in iucundo fratrum nostrorum aduentu, qui pro colligendis elemosynis, in Captiuorum Redemptionem, per villas, & opida discurrebant tempore interdicti, semel in anno vna Ecclesia apperiat, in qua diuina Officia celebrari publice possent, exclusis excommunicatis, & interdictis, prout & Templarijs concessum erat cap. cum

Bullarium Ordinis

cum & plantaret, s. quod si, cap. vt præuilegia, de præuilegijs. Cõuarru. cap. Alma mater 2. part. §. 2. num. 7. vers. *Est*. Enriq. lib. 13. cap. 44. §. 6. Hoc autem præuilegium reuocatum esse per dictum cap. *Alma mater*, tenent ibidẽ Glos. verb. *Concessis*, Eman. post collectorẽ, quem refert 2. tom. de regular. quæst. 108. art. 2. ante finem. Vide tamen, quæ noto in Bulla 2. Bonifatij VIII.

ALEXANDRI IV.

BULLA PRIMA.

SUMMARIUM BULLÆ.

1. *Laudat Ordinem nostrum, & hortatur fidoles ad eleemosynas erogandas, num. 1.*
2. *Subuenientibus nobis per singulos dies vnius mensis concedit vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis pænitijs, indulget que peccata oblita, & venialia cum generali confessione, & offensas patrum, & matrum. Transgressionem iuramentorum, & vota fracta, nu. 7.*

ALXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, vniuersis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ peruenierint, salutem, & Apostolicã benedictionem. Quoniam (vt ait Apostolus) omnes itabimus ante Tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit, siue malum, oportet nos diẽ mersionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddẽte Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cælis, firmam spem, fidutiamque tenentes: *Quoniam qui parce semi-*

nat, parce, & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet vitam æternam. Sane dilecti filij, Magister, & fratres domus sanctæ Eulaliæ Barcinonensis Diocesis, Ordinis S. Augustini Captiuorũ noui sub tẽpore gratiæ Machabæi, abnegantes sæcularia desideria, & propria relinquentes, tollentes Crucem suam Dominũ sunt sequuti, diligentes proximos suos sicut seipso, præceptum Apostolicũ attendentes, quia non solum eleemosynas, quas à Christi fidelibus colligunt in Redemptionem expendunt latissimè Captiuorum, sed etiam proprias animas

pro

pro fratribus ponere non formidat, per quod Christianissima in diuersis partibus dignoscitur utilitas in Ecclesiaque præeminet, cum inter cætera pietatis opera, quibus Regnum Cœleste adipiscitur: *Redemptio Captiuorum à Deo, & à sacris Cannonibus ineffabiliter commendatur, quoniam pro ipsorum redemptione res Ecclesiasticas alienare iubemur, & etiam personas proprias si necesse fuerit exponere debemus.* Si ergo personas proprias, quanto magis temporalia, ut ea possimus in Cœlestia felici commertio commutare. Et cum præ multitudine expensuram, quæ ipsis pro refectioe pauperum peregrinorum, & necessitatibus infirmorum imminent faciendæ, & præcipuè pro liberatione Captiuorum de manibus Paganorum propriè ipsis non suppetant facultates. Unde, ut perfectè per prædictos fratres viscera charitatis apperiantur latissimè pauperibus, & Captiuis ipsis est fidelium suffragiū opportunum, præsertim cū pro redemptione eorum de bonis suis sint tantum attenuati, quod sine magno iuuvamine fidelium non possunt de suo cursu prouidere pauperibus, nec Captiuis. Idcirco

co vniuersitatem vestram rogamus, & monemus in Domino, in remissionem vobis peccatorum iniungentes, quatenus eisdem fratribus; vel eorum nuntijs, cum ad vos accesserint ad subuentionem eorum huiusmodi grata pietatis subsidia impendatis, ut per hæc, & alia bona, quæ Domino inspirante feceritis ad æternæ felicitatis possitis gaudia peruenire.

Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia; & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli cuius auctoritate confisi sumus omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui de bonis sibi à Deo collatis fratribus subuenerint memoratis per vnicum mensem singulis diebus vnum annū & quadraginta dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus, & peccata oblita, & venialia cum generali confessione offensas Patrum, & Matrum, sine manu iniunctione, transgressionē Fidei, & iuramentorū in quibus proximus non læditur, vota fracta, si ad ea non redierint penitus indulgemus. Datis Neapolim quinto idus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

RES ECCLESIASTICAS, &c. Nota quod pro Redemptione Captiuorum vasa, & res Ecclesiæ pignorari & vendi possunt, & debent

Bullarium Ordinis

debent iuxta l. fancimus 17. cap. de sacrosanct. Eccles. D. Gregor. cap. & sacrorum 14. cap. sacrorum 15. cap. sicut omnino. 16. D. Am brof. in cap. aurum habet 70. 12. quæst. 2. 161. *Cur tot in captiuitatem ducti, nec redempti? Melius fuerat, ut vasa videntium seruares, quam metalorū.* Et paucis interiectis: *Ornatus Sacramentorū Redemptio Captiuorū est, ff. Verè illa sunt vasa preciosa, quæ redimunt animas à morte ille vero thesaurus est Domini, qui operatur, quod eius sanguis operatus est. Nemo potest quæri, quia Captiuus redemptus sunt.* Exornant Couar. 2. variar. cap. 16. num. 8. P. Molin. 2. de institut. disputat. 468. conclus. 2. eleganter Rip. num. 54. in l. obligatione, ff. de pignori. *Quidquid fidelis propria culpa in captiuitatem inciderit.* Glos. in dict. cap. sicut, recepta ex Couarru. dict. cap. 16. num. 9. Gam. decif. 240. num. 5. Palac. in repet. Rubric. §. 78. num. 30. *Redemptus cum bonis ipsius Ecclesiæ ad quid teneatur? Vide text. cum Glos. in dict. cap. sicut. Quid autem si à priuata persona fuerit redemptus? Vide l. 2. & vlt. cap. de captiu. & Glos. præcitata, serui vero redempti Domino restituantur restituito pratio, l. ab hostibus 12. C. de captiu. Alciat. num. 12. & Duar. in l. 1. ff. de acquir. posses. & citati à Couar. reg. peccatum, 2. part. §. 11. num. 7.*

NOS ENIM, &c. Nota 2. quod Alexander concedit subuenientibus per vnum mensem fratribus nostris, verè pœnitentibus, & confessis vnum annum ex iniunctis, qua in re valet concessio, licet non sit facta mentio septimæ partis relaxationis, quam Innocentius IV. eis dem concesserat, vt obseruasti num. 2. in præcedenti Bulla. Non requirit confessionem de præsentis hæc indulgentia, vt alibi prob. necessaria tamen est contritio, aliàs recedente fictione gratia non recuperatur, Suar. tom. 4. part. 3. disputat. 52. sectio. 2. à num. 12. Non tamen status gratiæ requiritur ad alios fauores cum indulgentia concessos. Suar. dict. disput. 52. sect. 3. à num. 15. cum quo explicat: offensas Patrum, & Matrum, sine manuum iniunctione, transgressionem Fidei, & iuramentorum in quibus proximus non læditur, indulget. Similem indulgentiam concessit Leo XXIII. benefactoribus Prædicatorum compend. min. verb. *Indulgentia*, quo ad sæculares 4. num. 14.

ALEXANDRI IV.

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ

- 1 *Eleemosynam, & opera Hospitalitatis commendat.*
- 2 *Nostrum laudat institutum, & fideles ad eleemosynam erogandam nostris fratribus hortatur, ac denique nuntios nostros charitative recipi iubet.*
- 3 *Eleemosynam largientibus, vel in nostra confraternitate se adscribentibus septimam partem inunctæ pœnitentiæ relaxat, quibus etiam posse in Ecclesijs interdictis sepeliri indulget.*
- 4 *Quod Ecclesiæ interdictæ aperiantur in aduentu nuntiorum Redemptionis concedit etiam.*

ALXANDER Episcopus servus servorum Dei, vniuersis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ peruenierint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Si iuxta sententiam sapientis inter tēpus seminandi discernimus, & metēdi, seminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, facientes nobis de mammona iniquitatis amicos, qui cum defecerimus in æterna tabernacula nos admittant. Sic enim thesaurizamus nobis thesauros in Cœlo, vbi scilicet fures non effodiunt, nec furantur, si terrena in cœlestia, & transitoria in æterna felici cōmertio commutamus. Licet autem indigentibus vniuersis aperire teneamur viscera charitatis; illis tamē

specialis, & abundantius quodāmodo debemus liberalitatis gratiam exhibere, qui cū sint pauperes spiritu, sponte subeunt onera paupertatis, vt pauperibus possint copiosius subuenire, dū tanquā nihil habentes, & omnia possidentes volunt penuriam pati, & cum abundare didicerint, abundant pauperibus, sibi ægent, & in se aliorum ægestatē aslummunt, vt ex indigentia liberalius ministrent hospitibus, & ægenis. Hoc verò quāuis multi laudabiliter exequantur; illi tamen student laudabilius adimplere, qui Hospitalitati vaccantes, non solū recipiunt hospites; sed & trahunt: illud Profeticū exequentes: *Frāge essurienti panem tuum, & ægenos, vagosque induc in domū tuam, cum videris nudum operi eum, & carnē suam*

suam ne despexeris. Hi enim cum pascunt esurientes, sitientes potant, colligunt hospites, nudos vestiunt, & non solum infirmos visitant; sed eorum in se infirmitates assumunt, ministrant in carcere positos, & quibus in infirmitate participant communicant in sepulturam defuncti, illa omnia exequuntur propter quæ Dominus in ultimo districtiōnis examine remuneraturus se bonos, & malos asserit puniturum.

Cum igitur dilecti filij Magister, & fratres Hospitalis sanctæ Eulaliæ Barcinonensis Diocesis Ordinis sancti Augustini, in quo pro redimendis Captiuis de manibus Paganorū diuino vaccant obsequio, ad hoc totis viribus elaborant, vt vndique confluentium ægenorū pariter, & ægorum necessitatibus se exponant. Monemus vniuersitatem vestrā, & hortamur in Domino, & in remissionē vobis iniungimus peccatorū, quatenus vt cooperatores sitis operum pietatis accedentes ad vos eorum nuntios, benigne recipere, ac honeste tractare curetis, eis grata subsidia, & pias elemosynas cōferentes, vt quod pauperibus contuleritis per manus eorū in terris, vobis per manus pauperum thesaurizetis in Cœlis, cum Apostolo sentiētes: *Quoniam qui parce seminat, parce, & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, &*

metet vitam eternam.

Nos enim ad instar felicitis recordationis Innocētij Papæ prædecessoris nostri, & Omnipotentis Dei misericordia, & B. Petri, & Pauli Apostolorū, eius auctoritate, ac ea quæ Dominus nobis indulget potestate confisi. Omnibus, qui de facultatibus suis ipsis subuenerint, & in tam sancta fraternitate statuerint se collegas, eiusque beneficia præstiterint annuatim septimā iniunctæ pœnitentiæ relaxamus. Auctoritate apostolica, statuētes vt his qui eorum fraternitatē assumpserint, si Ecclesiæ ad quas pertinent fuerint interdictæ, ipsosq; mori cōtingerit, nisi excōmunicati, vel nominatim interdicti fuerint, aut etiam publici vsurarij sepultura Ecclesiastica non negetur.

Receptores quoque fraternitatis, & collectorū ipsorū, saluo iure dominorum suorū, & B. Petri sub nostra protectione suscipimus, statuētes, vt si quis fratrum ipsorū, qui ad eadem fraternitatē missi fuerint, vel collectas in quālibet Ciuitatē, Castellū, vel Viccū interdictū aduenerint, in eorū iucundo aduētū semel aperiantur Ecclesiæ annuatim, excōmunicatis, & nominatim interdictis eiectis, Diuina Officia ibi celebrentur, vt super elemosynis acquirendis verbū exortationis ad populū proponatur, salua in omnibus supradictis declaratione

tione Concilij Generalis. Date tam eternam, quia sicut aqua ignem igitur eleemosynam, ut omnia mun- ardentem extinguit, sic eleemosy- da sint vobis, quoniam eleemosyna na peccato resistit. Datis Anag- à morte liberat, & ipsa est quae pur- niae 2. nonas Septembris, Ponti- gat peccata, & facit inuenire vi- catus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

SEPTIMAM INIUNCTAE POENITENTIAE, &c. Indulget Alexā- der benefactoribus Ordinis, & fratrum septimam partē de iniun- ctis. Similis indulgentia per Innocentium IV. de qua suprā, non tol- litur per hanc; imò vtraque prodest. Enriq. lib. 7. cap. 27. §. 5. vt no- tati in d. Bulla Innocentij.

RECEPTORES QVOQVE, &c. Nota hos fratrum receptores sub Pontificis protectione suscipi ex qua protectione nō manent exēpti ab Ordinariorū, & aliorum Superiorum iurisdictione, in quibus pro- cedit text. in c. recipimus, c. ex parte 2. de priuileg. Enriq. & ab eo citati l. 7. c. 25. §. 1. Quia quidquid Enriq. & ab eo citati, non aduer- tant, praecitata, iure agunt de personis priuatis. Vnde contrarium di- cendum erit, si Religio sub Sedis Apostolicae protectione suscipia- tur; licet non addatur immediate. Quo pacto conciliabis ea, quae re- soluiisti suprā in Bulla Innocentij IV.

ALEXANDRI IV.

BULLA TERTIA.

SUMMARIUM BULLAE.

- 1 Monet Episcopos, & Rectores ne aliarum fraternitatum permittant eleemosynas peti, quando nostrae publicantur.
- 2 Praecipit ut nullus nos excommunicet, vel Ecclesias nostras interdicit, sine Apostolica Sedis auctoritate.
- 3 Puniri iubet eos, qui nobis, vel nostris violentiam inferunt, quodque nō prohibeantur nostrum Ordinem ingredi volentes.
- 4 Praecipit, ut si quis ex nostris in aliena Ecclesia voluerit sepeliri id debeat fieri sine pretio, quodque nullus à nobis decimas extorqueat.
- 5 Iubet non impediri nos Oratoria, vel domos edificare volentes, quodque nostras Ecclesias Episcopi benedicant, & dedificent.
- 6 Quod fratres Ordinis nostri extra obedientiam degentes, ad ordinem nullo extra ordinem eos detinente reuocentur.

Bullarium Ordinis

- 7 *Elemosynam nobis tribuentibus concedit septima in partem penitentia, nec non sepulturam tempore interdicti; quod semel in anno Ecclesie interdictae aperiantur, & in illis ab ipsis Rectoribus redemptio publicetur.*
- 8 *Clericos per annum, vel biennium ad Redemptionem predicare, aut elemosynas petere volentes nullus Ordinarius impediatur, nec ob id beneficia amittant.*
- 9 *Die quo nostri fratres elemosynam petunt quastores omnes cessare precipit.*

ALXANDER Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Rectoribus, & alijs Ecclesiarum Praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum dilectis filiis fratribus Hospitalis sanctae Eulaliae Barcinonensis, & Captiuorum fuerit a praedecessoribus nostris indultum, & a nobis post modum confirmatum, ut semel in anno recipiantur in Ecclesijs ad elemosynas recipiendas, vel colligendas, quidam vero avaritiae ardore succensi confraternitates suas confraternitatibus illorum eodem die in ipsorum aduentu praeposunt, & sic fratres ipsi confusi, aut nihil ex inde, aut modicum consequuntur. Quia igitur hoc indecens est, & in contemptum Dei, & Ecclesiae Romanae redundat, praedecessorum nostrorum vestigijs inhaerentes, vniuersitati vestrae per Apostolica rescripta

praecipiendo mandamus, quod cum fratres ipsi ad loca vestra, pro elemosynis accesserint colligendis benignè recipiatis, & honestè tractantes eosdem ipsos in Ecclesijs vestris admonere populum, & elemosynas libèter quaerere permitatis. Confraternitates vestras (quod facere potestis quotidie) confraternitatibus illorum, qui semel in anno adsunt, nullatenus praeposites; ne occasione illarum elemosynae pauperum Christi depereant, & impediatur opera pietatis.

Sanè quoniam ab eisdem praedecessoribus est statutum, & a nobis confirmatum, ut nemo excommunicet fratres ipsos, vel eorum Orationaria interdicat, sine mandato Sedis Apostolicae speciali, praesentium vobis auctoritate praecipimus, ut ipsos excommunicare, aut eorum Ecclesias interdiceret, nullatenus praesumas.

De parrochianis autem vestris, qui domus eorum inuadunt, per violentiam, vel infringunt, aut indebitis molestijs oppri-

primunt fratres ipsos, & tam deposita, quàm res diripiunt eorundem, cum ex inde quærimoniam deposuerint, totam vobis causam committimus, vt districtam ei iustitiam faciatis, & ita iura eorum defendere, ac manutenere curetis, quod ipsi ad nos pro defectu iustitiæ sæpe recurrere non cogantur, & nos sollicitudinem, & obedientiam debeamus merito commendare, vosque beneficiorum, quæ in ista domo pauperibus fiunt participes existatis. Præterea liberas, & absolutas personas, quæ se domus eorum in sanitate, vel infirmitate tradiderint, libere, ac sine molestia recipi permittatis ab eis, nec ipsos super hoc possitis aliquatenus impedire, seu molestare.

Illud autem non mediocriter mouet nos, aut minus Ecclesiasticæ derogat honestati, quod quidam vestrum cõstitutionem sanctorum Patrum in Triburiensi Concilio editam fratrum ipsorum corpora, cum decedunt, nolunt sine prætio sepelire. Vndè quia tam praua exactio non est aliquatenus tolleranda, in obedientiæ vobis virtute præcipimus, vt nullomodo à fratribus ipsis, vel ab alijs, pro sepultura quicquam exigere, vel accipere presumatis, neque quod spontanea decedentium liberalitas, vel parentum

deuotio vobis consuleret acceptetis, sed absque villo prætio sepeliatis corpora mortuorum, & si quis hoc vltius acceptauerit, taliter animaduertatis in eum, quod amplius similia non præsumat.

Ad hæc præsentium vobis auctoritate præcipimus, ne ab eis contra tenorem priuilegiorum Apostolicæ Sedis de nutrimentis animalium suorum, siue de ipsis animalibus decimas exigere præsumatis.

Cum autem Oratoria, vel cimiteria secundum quod eis est beneficium priuilegiorum Ecclesiæ Romanæ concessum duxerint construenda, vos fratres Episcopi, & Archiepiscopi eis pro se, ac Familia sua, tantum Oratorio dedicare, ac cimiteria benedicere procuretis, nec aliquis vestrum contra tenorẽ priuilegiorum ipsorum id impedire audeat aliquatenus, vel turbare de cætero.

Fratres verò prædicti Hospitalis sanctæ Eulaliæ Barcinonensis, & Captiuorũ in vestris Episcopatibus constitutos, qui Crucem, & suum habitum deponentes, per illecebras mundi, & vitiorum abrupta vagantur, & illos etiam, qui prioribus suis contumaces, & rebelles existunt, & Bayulias detinent, contra voluntatem ipsorũ moneatis instanter, & pro vestri officij debito

Bullarium Ordinis

compellatis, vt habitum depositum resumentes in obedientiam Prælatorum suorum deuote, ac humiliter perseuerent, & Bayullas, siue alia officia per violentiam nullo modo detinere præsumant. Quicumque autem mādatorum vestrorum extiterint contemptores excommunicationis eos sententia percellatis, quam faciatis vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari.

Præterea quicumque de facultatibus sibi collatis à Deo fratribus subuenerint, sæpe dictis, & in tam sancta fraternitate statuerint se collegas, eisque beneficia persoluerint annuatim, eis de Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate confissi septimam partem iniunctæ poenitentiae relaxamus, Apostolicaque auctoritate ob reuerentiam illius venerabilis domus statuimus, vt ijs, qui eorum fraternitatem assumpserint, si fortæ Ecclesie ad quas pertinent fuerint à diuinis Officijs interdictæ, ipsosque mori contigerit sepultura Ecclesiastica non negetur, nisi publici vsurarij, aut excommunicati fuerint, vel nominatim fuerint interdicti. Volumus autem, vt liceat eis confratres, seu quos Ecclesiarum Prælati apud Ecclesias suas maliciose non permiserint sepeliri, nisi excom-

municati, vel nominatim fuerint interdicti, aut etiam publici vsurarij, ad Ecclesiam Hospitalis tumulandos defferre, & oblationes, tam pro eis, quam pro alijs, qui in eorum cimiterijs requiescunt exhibitas, siue alieni iuris præiudicio retinere: hoc autem addito, vt receptores fraternitatis eiusdem, seu etiam collectorum, saluo iure Dominorum suorum, sub Beati Petri, & nostra protectione consistunt. Adijcimus insuper, vt si qui eorundem fratrum, qui ad eandem fraternitates missi fuerint, vel collectas in quamlibet Ciuitatem, Castellum, vel Viccum aduenierint, si fortè locus ille à diuinis Officijs fuerit interdictus, in eorum iucundo aduentu semel apperiantur Ecclesie annuatim, & excommunicatis, & nominatim interdictis eiectis, diuina ibi Officia celebrentur, salua in omnibus supradictis declaratione Concilij Generalis. Ad maioremque nostræ mercedis cummulum, nihilominus vobis mandando præcipimus, quatenus hanc nostram constitutionem per parrochias vestras nuntiari proprijs litteris faciatis.

Mandamus etiam, vt si qui de Clericis Ecclesiarum vestrarum præfati Hospitalis fratribus cum licentia Prælati, & Capituli

pituli sui sponte, ac gratis, per annum, vel viennium deseruierint, neque quam impediatur, ac interim sua beneficia non amittant.

Præterea mandamus vobis, quatenus vniuersis Capitulis vestrae iurisdictioni subiectis firmiter iniungatis, quod si fortè eadem die, & hora diuersorum locorum quæstores simul cum prædictis fratribus in Ecclesijs suis concesserint, ne propter quæstorum congrega-

tionem impediri possit negotium Captiuorum, memoratos fratres omnibus alijs præferant; ita quod die illa qua ipsi acceperint eleemosynas petentes nullum alium conuæstorem antea receptum, vel postea venturum, in Ecclesijs suis loqui populo permittant, exceptis quæstoribus nostris Ecclesie Romanæ, si fuerint destinati. Datis Neapolim quinto idus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

SANE QUONIAM, &c. Noto ex hoc versu, quod concedit Alexander, ne Ordinarius excommunicet fratres Mercenarios eorumque Oratoria (hoc est Ecclesias) interdicit abque Sedis Apostolicæ speciali mandato, prout à prædecessoribus est concessum, & ab ipso confirmatum. Quam in re aduerte primò, quod licet non constet de concessionibus præcedentibus, aut confirmationibus, quas refert Pontifex valet tamen concessio, prout in ea continetur indulgentia, seu gratia profequitur. Mandos. de præuileg. ad insta. 1. part. quæstion. 1. per totam, quod est generale ad omnes Bullas similes. Ad quod est text. elegans in capite Abbates sancti Siluani, de verborum significatione, vbi illa verba: *Iuxta præteriti temporis morem*, Posita in præuilegio non faciunt quod aliquid probandum sit de more præteriti temporis.

Secundò noto, fratres nostros non posse excommunicari ab Ordinarijs, nec loca interdicti, iuxta text. in capit. 1. §. in eos, capit. ne aliqui, de præuileg. libr. 6. obseruant Couarruias practicar. capit. 11. num. 1. colum. 2. Eman. 1. tom. de regular. quæstion. 96. articul. 4. Enriquez lib. 7. capit. 25. §. 7. Sanchez de matrim. libr. 7. disputation. 33. numer. 23. Secundum quos id procedit etiam in euentibus, in quibus Episcopi iurisdictionem habent in Monachos, nisi expressè concedatur Episcopis, vt

Bullarium Ordinis

possint censuris latis contra exemptos procedere, vt in Tridentin. sess. 25. de regular. cap. 5. & cap. 16. & in sess. 22. decret. de vitand. & obseruand. in celebratione Miss. aduertit Sanchez dict. num. 23. Contrarium deciditur Papiæ Macciat. decis. 35. dub. 2. in casu, Trident. sess. 25. de irregular. cap. 13. vbi Barboza, num. 5.

Tertio; aduerte interdicta de quibus agit Bulla, intelligi de interdictis particularibus, nam interdictum generale impositum ab Ordinarijs ligat, etiam regulares exemptos, ex Trident. sess. 25. de regular. cap. 12. ibi: *A regularibus publicentur, atque seruentur.* Nauar. cap. 27. num. 146. Enriq. lib. 13. cap. 46. §. Cruz de statu Religios. lib. 2. cap. 7. dub. 2. Eman. de reg. 2. tom. quæst. 108 art. 2. in fin. & statim citandi in Clement. 1. de sentent. excommunicat. excommunicantur Religiosi qui non seruant interdictum generale, vel cessationem à Diuinis quam seruet Ecclesia Cathedralis, vel matrix oppidi, Eman. 2. tom. de regular. quæst. 108. art. 1. Enriq. lib. 13. c. 46. §. 4. & cap. 48. §. 1. Suar. de censur. disputat. 39. section. 2. nu. 36. & 37. licet sit inualidum, & nullum, Glos. in dict. Clement. 1. recepta ex Nauar. dict. num. 146. Aduerte tamen, quod de Clem. 1. non derogat præuilegijs regularium. Enriq. lib. 13. cap. 48. §. 1. lit. A.

ALEXANDRI IV.

BULLA QUARTA.

SUMMARIUM BULLÆ.

- 1 *Quærelam Religiosorum proponit, & nocumentum irrogatum exagerrat.*
- 2 *Præcipit sub pœna priuationis officij, & beneficij, ne fratres nostri ad opus Redemptionis predicare impediuntur, quodque transgressores puniantur.*
- 3 *Præcipit vt Legata nobis relicta sine vlla dilatione soluantur, & impediennes iubet puniri.*
- 4 *Prælati, & Clerici, qui nostris fratribus consilium, vel auxilium præbuerint, horas non recitatas dimittit, & alias indulgentias concedit.*

ALXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Deccanis, Archidiaconis, & alijs Ecclesiarum Prælati, ad quos litteræ istæ peruenierint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quærelam grauem recipimus dilectorum filiorum fratrum Ordinis sancti Augustini sanctæ Eulaliæ Barcinonensis, & Captiuorum, quæ præ magnitudine culpæ, & pauperum dispendio dissimulare, nec volumus, nec debemus proposuerunt siquidem iam dicti fratres, quod cum pro cõfratribus, & eleemosynis pauperum requirendis, iuxta cõsuetudinem suã, auctoritate Apostolica confirmatam ad Ecclesias quorundam Præbiterorum accedunt, eos recipere nolunt. Et quod grauius est ipsos fratres ab Ecclesijs suis eicere non verentur; cum deberent ipsos benigne, ac patienter tractare, & parrochianos suos ad conferendam pauperibus eleemosynam ardentius exortari. Accedit ad hoc, quod iisdem Præbiteri quandam partem eleemosynarum pauperum exigunt impudenter, & vt possint extorquere, quod quærunt (parrochianis suis reclamantibus) pauperum obsequium impedire, pro suæ voluntatis arbitrio

non formidant. Quod tamẽ prædictorum fratrum grauamen, & pauperum dispendium, clausis non debemus oculis pertransire, quibus ex debito Pastoralis officij patrociniũ censemus contra hominum insolentiã impartiri.

Idcirco vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, atq; præcipimus quatenus vniuersis Præbiteris vestræ potestati subiectis sub pœna priuationis officij, & beneficij iniungatis, vt prædictos fratres in Ecclesijs suis ad opus Captiuorum prædicare, & eleemosynas quærere, iuxta quod eis Sedes Apostolica indulgit, sine qualibet contradictione permittant. Salua moderatione Concilij Generalis, neque ab eis aliquid exigere, vel extorquere præsumant. Si autem de dictis Præbiteris ad Audienciam vestram quærela peruenierit, in transgressores præcepti nostri, iuxta modum culpæ taliter vendicetis: quod eos suæ temeritatis pœniteat, & fratres, pro defectu iustitiæ non cogantur ad præsentiam nostram peruenire.

Peruenit præterea ad Audienciam nostram, quod si quando parrochiani vestri præfatis fratribus de rebus suis quicquam in testamento relinquunt, hæredes eorum, vel illi qui res illas pœnes se habent ipsum legatum eis

Bullarium Ordinis

foluere contradicunt, qui grauem culpæ maculâ contrahunt, & non mediocriter oculos diuinæ Maiestatis offendunt, quia ea quæ sanctis Dei, Ecclesijs, & iuris Religioni, & honestati debitis, rationabiliter in testamento legantur detinere præsumunt. Vniuersitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus, si quando prædicti fratres apud vos quarimoniam exinde deposuerint, illos, quos vobis nominauerint (si vobis ita esse constiterit) moneatis ardentius, & districtius compellatis, vt ea quæ prædictis fratribus sunt in testamento legata remoto appellationis obstaculo, sine malitiosa dilatione, absque diminutione persoluatur, vel in præsentia vestra (appellatione remota exhibeant) iustitiæ cõple-

mētum. Quod si monitis vestris parere contempserint eos (appellatione cessante) vsque ad eodignam satisfactionem, excommunicationis vinculo adstringatis.

Nos autem de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli auctoritate confissi omnibus Prælati, & alijs Clericis, qui dictis fratribus, vel eorum rantijs consilium, vel auxilium præbuerint, quicquid in heris debitis dimiserint, cum generali confessione misericorditer relaxamus: Præterea quadragenas duodecim Cardinaliũ, & Archiepiscopi sancti Iacobi, omnibus benefactoribus prædicti Ordinis generaliter confirmamus. Datis Neapolim quinto idus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

SALVA MODERATIONE CONCILII GENERALIS, &c. Multoties Pontifices in hac, & in alijs Bullis mentionem faciunt Concilii Generalis, per quod iuxta materiam subiectam intelligunt Concilium Generale Lateranense, sub Innocentio IV. de quo cap. *Cum ex eo de penit.* Quod celebratum fuit anno 1215. fuitque duodecima generalis Synodus, & omnium, quæ vnquam fuerunt in Europa celeberrima Padill. in Chronograph. Cõcil. anno 1215. pag. mihi 76. & Mag. Ildefons. Rem. Epit. Theolog. Eccles. lib. 1. cap. 20. Ideoque per anthonomasiam de eo intelligitur, habetur tom. 3. concilior.

QUÆ PREDICTIS FRATRIBVS SVNT IN TESTAMENTO LEGATA, &c. Iubet Pontifex ne legata fratribus relicta impediantur, impedientesque per Ordinarios puniri iubet. In quo aduertete,

te, quod legata Religiosis relicta, censentur relicta Monasterio, seu Ordini. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 6. num. 26. Nec in contrarium valet consuetudo Calderin. cont. 4. de consuetudine. Vnde legatum Monacho relictum eo inuito acceptari potest per Prælatum. Bald. num. 1. in l. ex repudiatione, cap. de fideicommissis, Mantic. dicto loco, num. 27. Nec Monachus potest addere hæreditatem sine licentia sui Prælati. Capel. decis. 226. Legatum relictum Monacho sub conditione, ne aliquid Monasterio adquiratur, non valet. Bart. conf. 63. à num. 7. vol. 2. Abb. conf. 43. volum. 1. Eman. 2. tom. de regular. quæst. 125. art. 1. & 3. Idem Bart. conf. 44. per totum, vol. 1. Molin. de iust. disput. 204. vers. *Si aliquid*: qui saluant relictum sub certis conditionibus. An autem Monachi, & Moniales habere possint annuos redditus, census, seu panes ciuiles? Communis, & praxis habent quòd sic, qua de re consulendi sunt Iacob. de Gratijs conf. 8. rum. 18. Bas. Ponc. quæst. scholastic. cap. 1. cum sequentibus, & cap. 10. Mendoc. quæst. 8. Nauar. comment. 2. de regular. num. 14. Ledesm. de statu Religios. 2. part. cap. 4. difficult. 13. Molin. de iust. 2. part. disput. 276. vers. *Religiosas*, cum sequentibus. Suarez 3. tom. de Relig. lib. 8. cap. 14. à num. 1. à quibus non desentit Mag. Cumes in schol. constit. schol. ad cap. 25. dist. 1. §. *Promitto paupertatem*. Contrarium huius tenent Cordou. in summ. quæst. 34. Azor 1. tom. lib. 12. cap. 9. quæst. 2. Monacho relinqui potest ius disponendi de certis bonis inter consanguineos. Mont. voto 3. num. 4. Pacian. consil. 36. à num. 99. Nouitius potest reseruare sibi certos redditus ex bonis Monasterio relictis. Ledesm. 2. part. de stat. Religios. cap. 4. difficult. 5. pag. mihi 61. Hieronym. Caned. tract. de paupert. Relig. dub. 12. à num. 10. Cathedratus verò non prohibetur per Trident. sess. 25. de regular. cap. 2. habere peculium suæ Cathedralis ex licentia Prælati. Nauar. conf. 1. num. 6. de magistris.

QVID QUID IN HORIS DEBITIS, &c. Multa hodie extant præuilegia, & remedia, per quæ defectus in recitando diuinum Officiū commissi suppleri possunt. Pro minoritis concedit Sixtus IV. (vt habetur in monument. minor.) quod qui ob defectum visus, vel auditus aliquid Officij Diuini prætermiserit, non teneatur illud iterum persoluere, sed dicat in fine horarum vnum Psalmum, & sufficiat pro satisfactione. Quòd potius videtur iuris communis declaratio, quam præuilegium, vt aduertit Nauar. de orat. cap. 19. num. 24. & sequentibus, quia (inquit) secundum ius commune, non est necesse supplere defectus Officij ob impossibilitatem commissos (quales

Bullarium Ordinis

les sunt relati à Sixto) per alium Psalmum: sicut nec defectus commissos ob aliàs rationes ab ipso Nauar. adductas in concl. 8.

Ultra hoc extat aliud priuilegium Innocentij VIII. quo indulget, vt fratres Minores aliquid de Diuino Officio dimittentes, non ex dolo possint illud supplere, cum aliquo Psalmo, vel recitando orationem Dominicam, aut salutationem Angelicam; ita habetur in monument. minor. concess. 149.

Postea Leo X. in fauorem omnium Ecclesiasticorum concessit, vt quicumque post vnamquamque horam recitatam dixerit orationem, *Sacro sancte, &c.* Et in fine illius orationem Dominicam, & salutationem Angelicam, pro felici statu Ecclesiæ orando, consequatur plenam remissionem omnium defectuum in dictæ horæ recitatione humana fragilitate commissorum, ita refert Tolet. lib. 2. cap. 13. & Nauar. cap. Quando, de consecrat. distict. 1. not. 19. relati ab Author. Fernand. 3. part. summ. cap. 12. §. 6. num. 5. vbi orationem *Sacro sancte* inuenies.

Antiquior tamen prædictis concessionibus est ista, quam ex Alexandro habemus: Indulget enim Pontifex Clericis, & quibuscumque alijs Ecclesiasticis nobis consilium, vel auxilium ad opus Redemptionis præbentibus, defectus omnes, quos in recitatione Diuini Officij commiserint; dummodo in fine confessionem generalem dixerint. Circa quam concessionem, & circa supra memoratas. Aduerte cum Nauar. de orat. cap. 19. citat. & Mirand. tom. 1. director. Prælator. regular. quæstion. 37. art. 20. Quod quando Pontifex concedit, vt Clericis possit suppleri, per confessionem generalem quidquid dimissum fuerit in horis debitis intelligendum est, si pars omissa non sit notabilis, sed tam modica, & exigua, quod licet omittetur cum culpa, & non suppleretur per confessionem generalem adhuc omittens, non obligaretur ad repetendum, sub pœna peccati mortalis.

Vltimò aduerte, priuilegium hoc, & similia intelligenda esse quando omissio prædictæ modicæ partis non fit ex dolo, aut ex malitia, sed ex humana fragilitate, prout declarauit Leo X. vt dixi n. 6. quod adnotauit, ne præfatum priuilegium aliquibus sit occasio male Diuinum Officium recitandi.

Quæ autem sit pars illa modica, quæ nomen notabilis non meretur? Resoluo cum Suarez viro aliàs non minus pio, & timorato, quam docto, quamlibet horam ex minoribus esse partem notabilem totius

totius officij tertiam verò partem vnius horæ non esse partem notabilem, quia licet sit talis pœnes ordinem ad ipsam horam minorem; non tamen est talis respectu totius officij vnius diei (pœnes cuius ordinem summenda est proportio paruitatis, vel notabilitatis in parte omissa, & non pœnes ordinem ad quamlibet horam officij seorsim sumptam, quia præceptum recitationis Diuini Officij supra omnes horas simul iunctas cadit) omisio autem vnius Nocturni in Matutino, peccatum erit mortale, quia vnum Nocturnum est pars notabilis, etiam respectu totius Officij. Tertia verò pars Nocturni, non item: ita Suar. 2. tom. de Relig. lib. 4. cap. 25. num. 16. & citat Antoninum, qui tandem concludit hoc prudentis arbitrio iudicandum esse. Suarez sequitur Reginald. 2. part. sum. lib. 18. num. 145. à quibus Portel. verb. *Horæ & Canonice*. Addit ad additionem num. 4. nō audet discedere, propter eorum auctoritatem.

QVADRAGENAS DVODECIM CARDINALIVM, &c. Difficultatem ingerere videntur hæc vltima verba Pontificis, ea refero. Præterea quadragenas duodecim Cardinalium, & Archiepiscopi sancti Iacobi, omnibus benefactoribus prædicti Ordinis generaliter confirmamus, vbi nota primò ly duodecim supra *Quadragenas*, non supra *Cardinales* appellare, vt male aliqui crediderunt; constat enim nunquam in Ecclesia Compostelana fuisse duodecim Cardinales, sed tantum septem; hos enim, & non plures Didacus Gelmirez, tunc Episcopus sancti Iacobi, de licentia, & commissione Paschalis II. (vt constat ex ipsius Bulla, sub datis Romæ anno 1113.) creauit Cardinales. Quem numerum postea idem Paschalis II. confirmavit: & ne plures, vel pauiores in perpetuum existerent per suum diploma præcepit, sub datis Beneuenti, anno 1114. Horum fidem, & notitiam accepi ab erudito, & multis titulis collendo D. Licentiate Balthasare Porreño, cuius auctoritas, in his præcipue, quæ ad antiquitatum indagationem spectant maxima, apud omnes debet esse.

Paschalis ergò II. prædictis septem Cardinalibus sancti Iacobi concessit, vt ipsi solum, & nullus alius præter eos, qui vel Pontificali non sit honore insignitus, vel Legatus à Lateræ munere non fungatur possit in Altari præfati Apostoli Diuina celebrare: & alia indulta, quæ in memorato diplomate referuntur, & in subsidium tanti oneris concessit prædictis Cardinalibus, & Episcopo sancti Iacobi vnam quadragenam toties, quoties Diuina in dicto Altari peragerent: quæ indulgètia magni apud Hispanos, tunc temporis habebatur,

Bullarium Ordinis

batur, imò, & apud omnes poterat sic reputari, non enim tam crebro, & perample indulgentiæ cōcedebātur, ac modo. Confule thesaurum Lorichij de origin. indulgent. num. 3. Cresp. verb. *indulgent.* Baron. Onufr. Pannu. & alios ab eisdem citat.

Alexander igitur IV. quadragenam, quam Paschalis II. Cardinalibus, & Episcopis sancti Iacobi pro memorato onere subeundo, & in honorem tanti Apostoli concessit; hanc duodecies multiplicatam cuilibet benefactori Ordinis nostri in præsentiarum indulget.

Nota secundò, quod quadragesima erat continuis 40. diebus (ut nunc fit in Quadragesimali ieiunio) pœnitentiam ieiunij, vel alterius rei præstare. Nauar. de indulg. not. 31. num. 39. & 40. Quòd est plusquam vnus annus indulgentiæ, qui est dierum interpolatorum. Henriq. lib. 7. cap. 15. §. 5. Vnde non benè tradit Nauar. dict. notab. 31. num. 42. Annum de iniungendis intelligi continuum omnium dierum, quia intelligitur cum interpolatione dierum, iuxta pœnitentias imponendas, per Cannones pœnitentiales. Syluester, verb. *indulgentia.* §. 8. Cordub. quæst. 29. Enriq. dicto §. 5. lit. H.

ALEXANDRI IV.

BULLA QUINTA.

SUMMARIUM BULLÆ.

- 1 *Ordinem nostrum ob egregijs pietatis operibus, & martirijs commendat, & fratres nostros benigne recipi iubet, & fideles in Ecclesiam ad Bullas Apostolicas audiendas conuenire.*
- 2 *In aduentu fratrum nostrorum Ecclesias apperiri iubet, & ibi Diuina Officia recitari, & mortuos sepeliri, donec Bulla Apostolica legantur, quia nos quæstores non sumus.*
- 3 *Concedi benefactoribus singulis diebus, quibus elemosynā præstiterint vnum annum, & quadraginta dies, necnon eosdem participes facit in dedicatione, & statione matris Ecclesia, & in peregrinatione Terræ sanctæ.*
- 4 *Item, dimitti Clericis secularibus, & regularibus qui nos adiuuent, quidquid in horis Cannocis, & Diuinis Officijs omisserint.*
- 5 *Remittit omnia vota, præter castitatis Religionis, & peregrinationis Terræ*

Terra Sancta dispensantibus, & committantibus fratribus, vel nuntijs pro Redemptione Captiuorum.

- 6 *Item peccata venialia, & oblita, offensas parentum, iuramenta falsa, penitencias non factas, rapinas, & omnia mala, cum quodam moderate, festa male celebrata praecipue Captiuus.*
- 7 *Concedit quod quilibet benefactor possit eligere confessorem qui possit absoluer eum exceptis à Papa reseruatjs, & in mortis articulo plenarie sit absolutus.*
- 8 *Interdicit Ecclesias impediendum nos, & benedicit adiuuantes, & participes facit omnium beneficiorum, & Missarum Ecclesia Catholica.*

ALXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Deccanis, Archidiaconis, Archipræsbyteris, cæterisque Ecclesiarum Rectoribus, & omnibus alijs, ad quos præsentis litteræ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Pro ut scriptura testatur particeps mercedis efficitur, qui bonorum operum se constituit adiutorem, & ubi maiores sunt necessitates ibi maiora suffragia debent ministrari; quia magna necessitas magnum requirit auxilium. Cuiusmodi Magister, & fratres Beatae Mariae de Mercede, alias sanctae Eulaliae Barcinonensis Diocesis, Ordinis sancti Augustini, pro Redemptione fratrum nostrorum Captiuorum Christianorum totis viribus elaborent, transeundo ad partes ultramarinas, pro afflictis Captiujs Chri-

fianis in manibus inimicorum Fidei Christianae captis, & detentis, & cum dicti fratres pro dictis Captiujs redimendis corpora sua mortis periculo subijcere non formident, videtes dictos Captiuos duris, & diuersis tormentis afflictos, & cruciatos, & cum pro praedictis pauperibus Captiujs redimendis, qui à Paganis captiuantur Altissimo permittente, ipsisque ab huiusmodi captiuitate liberandis Diuino eos adiuuante auxilio, continuo totis viribus elaborent. Attendentes itaque, quod ad ea exercenda propter diuersarum onera expensarum, propriae non suppetant facultates, & ad id opus tantum, & laudabile peragendum eleemosynae fidelium sint plurimum opportunae vniuersitatem vestram per Apostolica scripta monemus districtae praecipientes in virtute sanctae Obedientiae, quatenus cum fratres dicti Ordinis Beatae Mariae de Mercede,

Bullarium Ordinis

cede, aut eorum nuntij ad vos accesserint, & ab ipsis fueritis requisitis litteras vestras conuocatorias, gratiosas, fauorabiles, & benignas pro petendis à Christi fidelibus elemosinis, & ad sustentationem præmissorum liberaliter concedatis, ad finem vt fratrum prædicatorum, pro Redemptione Captiuorum, iam cepta negotia promptius exequantur. Et vos Abbates, Priores, Deccani, & alij Religiosi exempti, & non exempti, & alij Ecclesiarum Rectores, Præsbyteri, curati, & nõ cura i prædictos fratres, & eorum nuntios in Ecclesijs, & locis vestris benignè recipiatis, & à vestris subditis recipi, & audiri faciatis, & eisdem secundum statum, & honestatem ipsorum necessaria ministretis, quia ipsi libèter omnes ad eorum domos venientes recipiunt, prout in multis probauimus, & experientia manifestat, & omnes, & singulos parrochianos vestros canonicè moneatis nostratim, & nominatim conuocando, & nominando sub poena Apostolica omnibus diebus, & horis, quibus per dictos fratres, & eorum nuntios fuerint requisiti ad Ecclesiam conueniant præsens mandatum Apostolicum personaliter audituri.

Inter cætera volumus, & iubemus, quod cum dicti fratres, vel eorũ nuntij ad Ecclesias ali-

quas interdictas aduenerint, tantum, quantum suam quæstam facerent, prout Sedes Apostolica eis indulget, Ecclesiæ aperiantur, & campanæ pullentur, & ibidè apertis ianuis Diuina Officia celebrentur solemniter, & corpora mortuorum ibidem Ecclesiastice traduntur sepulturæ, nisi nominatim fuerint excommunicati, vel interdicti, sed etiam publici vsurarij, ipsosque fratres procuratores, vel nuntios expectantes expectatione pacifica, infra Missarum solemnities donec, & quousque præsens mādatum Apostolicum in locis vbi Verbum Diuinum est prædicari consuetum, fuerit substantialiter declaratum; quia isti non sunt quæstosores, sed Religiosi sacrum habitũ portantes; quare ipsos precateris omnibus volumus anteferri.

Nos enim de Omnipotentis Die misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ, eius auctoritate confissi, singulis diebus pro qualibet elemosyna vnum annũ, & quadraginta dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer in Domino relaxamus, adhuc etiam in dedicatione, & statione sanctæ matris Ecclesiæ, & in peregrinatione Terræ Sanctæ, omnes benefactores huius pij operis facimus participes, & consortes in æternum.

Sacerdotibus verò, & Clericis, tam Religiosis, quàm sæculari-

laribus, qui huiusmodi negotiū expediuerint cum effectu, manusque charitatis ad exemplum aliorum porrexerint adiutrices, quidquid de Diuinis Officijs, & horis Canonicis dicere omiserint, per gratiam sancti Spiritus misericorditer in Domino indulgemus.

Remittimusque omnia vota, dispensando tamen cū dictis fratribus, aut eorum nūtijs pro Redemptione Captiuorū, inspecta tamen qualitate voti, & possibilitate personae à dictis votis totaliter absoluantur, exceptis votis Castitatis, Religionis, & Hierosolymitano.

Et etiam peccata venialia, & oblita, offensas patrum, & matrum sine manuum iniectione violenta, iuramenta falsa sine damno alterius, poenitentias, pro impossibilitate non factas, vsuras, rapinas, & omnia male aduersa, nisi sciant cuius sint, si mittantur huic sancto operi, sint à nobis absoluti. Præterea remittimus omnia festa Sanctorum male celebrata, & ad humilem supplicationem dictorum Magistri, & fratrum Redemptionis attendentes, prout percipimus, quod cū dicti fideles Christiani incarcerati diebus Dominicis, & festiuis quiescere deberent dicti maledicti Sarraceni dictos captiuos arare, fodere, & laborare faciunt plusquā alijs diebus, & hoc pro

despectu, & vituperio nominis & Passionis Domini nostri Iesu Christi, omnem offensam dierū Dominicarum, & festiuitatum annualium misericorditer in Domino relaxamus.

Insuper volumus, & de gratia speciali concedimus pro animarū remedio salutari, quod si quis fidelis Catholicus aurum, vel argentū, aut aliquid charitatis subsidium donauerit, vel secundum qualitatem suam transfuserit, quod dictus benefactor possit sibi eligere confessorem idoneū, qui auctoritate nostra Apostolica ipsum absoluat, & de commissis sibi iniungat poenitentiam salutarē, exceptis casibus, pro quibus Sedes Apostolica merito esset cōsultanda, & si dictus benefactor infra annum moriatur, cū tamen sit in statu gratiæ infra dictū terminum, seu in morte verè poenitens, & cōfessus, & corde contritus ab omnibus peccatis suis auctoritate nostra Apostolica permaneat plenarie absolutus.

Inhibemus insuper sub poena canonica nequis dictis fratribus, vel eorū nuntijs præsens mādātū nostrum Apostolicū secum portantibus, in aliquo iniuriari præsumant. Villas autē, Castra, seu Ecclesias in quibus fractio, seu iniuriatio facta fuerit, aut mādātū nostrum Apostolicum fuerit impeditum, seu etiam perturbatum quoquo modo, aut eorum

Bullarium Ordinis

bona detenta præter eorū voluntatem Ecclesiastico supponimus interdicto, & illis qui laborauerint pro cōmodo, & vtilitate huius pij operis sit cū eis pax, & benedictio Dñi nostri Iesu Christi, & propter hoc recipiant in hoc mūdo corporibus augmētū, & animabus vitā æternā, & in omni

bus sacrificijs, & Missis, quæ Deo propitio fient, & celebrabuntur in toto Pontificatu Romæ, & in mēbris eius, omnes benefactores huiusmodi sanctæ Redēptionis volumus fieri participes, & confortes in æternū. Datis Perusiæ, quinto nonas Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

SCHOLIA SERAPHINI.

INTER CÆTERA VOLVIMUS, &c. In hoc versu, nu. 2. Approbat Alexand. Pontifex petitiones eleemosynarū, pro Redēptione Captiuorū, non obstante prohibitione quæstorū, qui propter falsas indulgentias, & alios abusus prohibiti sunt prædicare, & eleemosynas querere, c. cū ex eo, de pœnit. & remis. Clem. abusionib. eodē tit. Tridēt. sess. 5. de reformat. c. 2. & sess. 21. c. 9. Zerola, verb. *Quæstores*. Zened. & ab eo relati, collect. 9. ad Clem. p. 401. Mart. decis. 307. p. 2. Direct. Inquisit. 3. p. q. 37. cōment. 86. Flores q. 24. n. 19. col. 3. Nauar. de indulg. not. 31. n. 46. Non tamen cōprehenduntur in hac prohibitione fratres nostri, vt declarat hic Pontifex, nec alij Religiosi, quibus mendicare concessum est. Nauar. cons. 79. in 1. editione de regular. & in 2. editione cōl. 33. de pœnit. & remis. Emanuel in sum. in 1. impres. c. 200. cōcl. 4. in vltima, c. 289. & 2. tom. de regular. q. 57. art. 7. & q. 98. art. 1. Nauar. de orat. Missel. 66. à n. 4. Enriq. lib. 7. c. 29. §. 1. Alijs verò id concedi potest, cum Ordinarij examine, ex Zerola d. verb. *Quæstores*. Vbi quasdam conditiones refert, ex eminentissimorum declaratione. Quaranta in sum. verb. *Archiepiscopus auctoritas*, vers. 26. ad finem.

In versu *Nos enim*, n. 3. relaxat benefactoribus pro redēptione vnum annum & quadraginta dies de iniunctis, quæ multiplicatio indulgentiarū absque mentione familiū valida est, vt resoluitur in Bulla Eugenij IV. Aduerto etiam, quod indulgentia de iniunctis comprehendit etiam iniungēdas. Suar. 4. tom. 3. p. disp. 50. à n. 14. Vbi alios refert Gom. de Bull. c. 2. n. 6. contra Nauar. de indulgent. not. 11. à n. 13. Falso pro contraria parte allegatur à Gom. d. n. 6. Non tamē semper intelligitur de iniungēdis. Enriq. lib. 7. c. 6. §. 3. in fin.

In eodē vers. *Nos enim*, n. 3. facit participes peregrinationis Terræ

rae Sanctae, & Dedicacionis sanctae Matris Ecclesiae benefactores, & largitiores eleemosynarum pro Redemptione Captiuorum, quae participatio, & communicatio non est indulgentia; ex D. Th. recepto in 4. dist. 20. & in additione ad 3. p. q. 62. art. 1. Eman. 1. tom. de regular. q. 33. art. 7. Vnde non tollitur per Bullam Cruciatam. Nauar. de indulgentijs, not. 31. n. 21. Eman. dicto loco.

Hinc fit per Bullas Cruciatas, & similes suspēdentes omnes alias indulgentias; non suspendi facultatem, quam habent Praelati, & ordines recipiendi aliquos in fratres spirituales, & communicandi eis sua bona spiritualia, & dando eis litteras confratriae, seu *de hermandad*. Nauar. d. not. 31. n. 22. Non tamen possunt Praelati confratribus communicari indulgentias. Sar. 4. tom. ad 3. p. disp. 55. sect. 5. à n. 6. Nisi ex speciali Pontificis licentia, qualis concessa est mendicantibus. Suar. dict. sect. 5. n. 13.

Et Pontifex num. 4. pro porrigentibus manus adiutrices pro opere Redemptionis relaxat quidquid Clerici, & Sacerdotes omiserint de horis Canonicis, quae indulgentia valida est, ex Nauar. conf. 34. de poenitentijs, & remissionibus. Similem indulgentiam concessit Ioan. XXIII. concess. 305. pro Clericis benefactoribus Ordinis Praedicatorum, siue propter infirmitatem, siue per negligentiam, siue per defectum librorum. Compend. min. verb. *indulgentiae*, quo ad seculares, n. 15.

ALEXANDRO SVCCE- dit Vrbanus IV. anno

1261.

V R B A N I I V.

BVLLA PRIMA.

SUMMARIUM BULLAE.

- 1 Privilegia Ordinis confirmat.
- 2 Gratias de nono eidem concedit.

C 2

VRBANVS

Bullarium Ordinis

VRBANVS Papa IV. singulari affectu quo nostrum ordinem prosequatur ob ipsius admirabilem fundationē, ac sancti instituti feruentissimā charitatē, omnia priuilegia eidē Ordini à suis prædecessoribus, Regibus, & Principibus Catholicis concessa cōfirmavit.

Insuper plures gratias, & indulgentias laicis in sæculo habitum dicti Ordinis portatibus, & cū eo morientibus, vel saltim in dicto articulo habitū petendi intentionē habentibus de nouo cōcessit. Sub datis Viterbij octauo Kalend. Aprilis, Pontificatus sui anno secundo.

SCHOLIA SERAPHINI.

BVLLA hæc post longam diligentiam inueniri non potuit; & ne tanto huius Pontificis beneficio Ordo noster careret, illud hic referre libuit.

Mentionem huius Bullæ inuenies in Magistro fratri Natali Gaer in compend. Bullar. ad temp. huius Pontific. Petro Cirario in explicat. concl. 3. Bernard. de Barg. tom. 1. lib. 1. cap. 27. & Iacob. Tenza in compend. Indulgentiar. cap. 2. fol. mihi 33. & quod magis est, illius meminit SS. Clemens IV. in sua Bulla 2. vt statim videbimus.

V R B A N I I V.

BVLLA SECUNDA.

SUMMARIVM BVLLÆ.

I *Quod Religiosi nostri Ordinis iam professi succedere possint in bonis temporalibus, non minus, quam si in sæculo, permansissent.*

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Magistro, & fratribus Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede, sub regula sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cū ex parte vestra propositum nobis fuerit, quod nonnulli iudices lai-

ci dicentes vos mundo renunciasse, à successione temporalium excludere nitentur, super quo, ne contingat domos vestras aliquod incurere nocuum, humiliter supplicastis, vt congruum remedium, diligentia paterne adhibere curarem.

Nos

Nos itaque deuotionis vestrae praecibus inclinati, auctoritate praesentium vobis indulgemus, vt possessiones, terras, & alia bona, tam mobilia, quam immobilia, in quibus personae fratrum ad Monasteria vestra a saeculo fugientium, & professionem facientium, si in saeculo permanerent successissent, licite possitis petere, ac retinere, vel vendere, praetiumque in vestram vtilitatem conuertere, prout melius vobis vi-

debitur expedire.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignatione Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Viterbij decimo Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

IBI INDULGEMVS VOBIS, &c. Mirum est quod Summus Pontifex per indulgentiam concedat Monachis, & ipsorum nomine Monasterijs ius succedendi in haereditatibus, & bonis, in quibus personae fratrum, si in saeculo permansissent, successissent, cum tamen receptum sit Monachos retinere iura sanguinis, cognationis, prioritatis in gradu suae aetatis, & familia. l. vlt. §. 1. c. de Episcop. & Cleric. cap. 1. 8. quaest. 1. cap. vbi 19. quaest. 3. recepta communiter, vt per Molin. lib. 1. cap. 13. a num. 34. Gam. decis. 6. num. 4. vbi addit Tirraq. de nobilitat. cap. 26. a num. 5. Sanchez in sum. lib. 7. cap. 12. num. 5.

Cum & in maioratibus, nisi institutio, aut instituentis voluntas refragetur, succedere possint, de quo post alios late agunt Gom. lib. 40. Taur. a num. 66. Molin. lib. 1. cap. 13. num. 94. cum seq. testatus, hanc esse communem, & ex Hispaniae consuetudine receptam, Pela. de maiorat. 2. part. quaest. 3. a princip. Gam. decis. 6. a num. 1. vbi addit Calder. de nominat. quaest. 6. nu. 14. Eman. de regular. 2. tom. quaest. 78. art. 12. Molin. de iust. 3. tom. disputat. 623. num. 3. Sanch. in sum. 3. tom. lib. 7. cap. 15. num. 16. & saepius decisum dicit Caued. decis. 133. a num. 7. pag. 1. quidquid contradicant Martic. lib. 8. de coniectur. tit. 12. num. 15. citans Dec. cons. 259. num. 2. (qui tamen in alijs terminis loquitur, vt post Barbof. tradit Gam. d. decis. 6. num. 3.) Enixe Castil. 3. tom. lib. 3. c. 12. a num. 57. post alios quos citat.

Bullarium Ordinis

Sed huic difficultati multipliciter respōdetur primò; quod nōnuli Doctores contrarium sentiebant. Gam. decis. 6. nu. 3. in fin. sentit glos. verb. *Locum*, in cap. præsens 20. q. 3. & ita l. Reg. Castell. per Alfonso XI. decisum erat. l. 11. tit. 6. lib. 3. fori, vbi Montalu. dicit; iudices Ecclesiasticos eam in praxi non seruare, & generatim vsu non seruari, testatur Gratian. reg. 456. num. 7. Sanch. in sum. 3. tom. lib. 7. cap. 12. num. 14. & in Gallia eam consuetudinem obtinere, tradunt Azor tom. 1. lib. 12. cap. 8. quaest. 1. Sanch. dict. num. 14. post plures, quos refert.

Ad hæc ergò dubia tollenda noster Pontifex vtitur, verb. *indulgemus*, sic & eodem verb. vtitur Clemens IV. in rescripto, quo fratribus Prædicatorum fuit indultum, vt perinde possint succedere, ac si in sæculo permanissent, ex Mantica. de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 26.

Secundò respondetur, quòd ex materia subiecta verbum, *indulgeo*, significat indultum à iure declaramus, text. in cap. *quia* 7. vbi glos. de procurat. cap. etsi Christus ad fin. vbi glos. vlt. de iure iur. cap. 2. vbi glos. vetus de donat. communis vtrobique consonat Bulla nostra in verb. sequentib. ibi: *Nulli hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, & declarationis*. Præcipue cum iudices laici contrarium obseruare volebant, vt Bulla refert, sic alias multoties ad scrupulos remouendos, & tollenda dubia, specialiter à Sede Apostolica impetrantur multa, quæ aliàs iure communi generaliter competunt. Nauar. const. 48. num. 2. & 5. de regular.

Tertiò respondetur, verbum *indulgeo*, non semper importare nouam gratiam, vel concessionem; sed consensum, & complacentiam, ex Calepin. & Thesaur. Sic Paulus indulfit Timotheo, vt vteretur modico vino, propter stomachum, cap. etsi Christus, de iure iur. quo absque vlllo dubio vti poterat, propter stomachi infirmitatem. Ex quibus fit verbum *indulgemus*, in hac Bull. non esse improprium.

Duo autem addenda erunt; prius non valere statutum quo Monachi à successioneibus excludatur. Sanch. in sum. 3. tom. lib. 7. cap. 12. num. 18. post Bart. & plures, quos suo more citat, Eman. 2. tom. quaest. 77. art. 3. Posterius contraria consuetudine legitime præscripta, per quadraginta annos posse derogari huic iuri succedendi in professi bona, & in Gallia. Sanch. dict. cap. 12. num. 14.

VRBANO SVCCEDIT

Clemens IV. anno

1262.

CLEMENTIS IV.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ

- 1 *Concedit eleemosynas conferentibus, quod possint eligere confessorem idoneum, qui semel in vita, & in mortis articulo, quoties fuerint contriti ab omnibus peccatis absoluat.*
- 2 *Si eleemosyna pro animabus parentum concedatur omnem purgatorij penam eis Pontifex relaxat.*

SCHOLIA SERAPHINI.

MAGISTER frater Bernardus de Bargas Ordinis nostri, lib. 1. Chronici, capit. 28. ad annum 1265. refert Clementem IV. primam hanc Bullam concessisse; exemplar verò integrum eius ad manus meas hucusque non peruenit. Quia verò dum illæ Romæ commoraretur, Apostolicas thecas euoluit, vnde verissima Bullarum compendia extraxit, visum est, verba illius in hoc nostro Bullario transcribere.

CLEMENS Papa IV. suorum prædecessorum vestigia sequendo, multipriuilegia, & gratias, ad supplicationem Generalis Magistri concessit in fauorem benefactorum nostri Ordinis. In cuius Bullæ præmio, multis laudibus, ex sacrae Scripturæ locis, nostrum Ordinem, eiusque

Bullarium Ordinis

laudabile, & Diuinum institutū commēdat. Deinde cōcedit his, qui de suis bonis, eleemosynas nostris fratribus contulerint, quod possint eligere confessore idoneū, qui auctoritate Apostolica, dictos benefactores, corde contritos, & hore confessos, ab omnibus peccatis suis absoluat, semel in vita, & in mortis arti-

culo quoties fuerint contriti.

Quæ eleemosyna, si pro animabus Patris, & Matris fuerit oblata, sanctitas sua relaxat omnem pœnam, quàm post lucem huius sæculi, pro peccatis purgandis paterentur. Sub datum Viterbij nonis Augusti, sui Pontificatus anno primo, hucusque Bargas.

CLEMENTIS PAPAE IV.

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Ea continet quæ Innocentij IIII. Bulla prima, additque se id facere ad instar prædecessorum.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Magistro Hospitalis sanctæ Eulaliæ, eiusque fratribus tã præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incurfus, aut eos à proposito reuocet, aut robur (quod abfit) sacræ Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis supplicationibus elementer annuimus, & Hospitalis sanctæ Eulaliæ Barcinonensis

Diocesis, in quo pro redimendis Captiuis de manibus Paganorum diuino vaccatis obsequio ad instar fœlicis recordationis Innocentij IV. & Urbani IV. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus: in primis siquidem statuantes, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini Regulam in eodem Hospitali institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuolabiliter obseruetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idē

Hof-

Hospitale in praesentiarum iuste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu alijs iustis modis praestante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus haec proprijs duximus exprimenda vocabulis locum ipsum in quo praefatum Hospitale situm est, cum omnibus pertinentijs suis parochialem Ecclesiam sanctae Mariae in Podio, & domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Valentina: domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Mayoricarum. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Barcinonensi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Dioecesi Gerundenſe. Domos, terras, & vineas, quas habetis in villa Perpiniani Elnensis Dioecesis. Domos, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Narbonensi. Domos, quas habetis in Ciuitate Tarraconensi, & in territorio Guardie de Pratis Tarraconensis Dioecesis, & Ecclesiam sanctae Mariae de Pratis, cum domibus, vineis, terris, & pertinentijs suis. Domos, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Illerdensi. Domos quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Tortofensi. Ecclesiam sanctae Mariae de Oliuar, Caſa-

raugustanae Dioecesis, cum terris domibus, vineis, & omnibus pertinentijs suis, & domos, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Dioecesi Caſaraugustana. Ecclesiam sanctae Mariae de Sarrion. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Calataiud. Domos, terras, & vineas, quas habetis in villa Daniae. Domos, quas habetis in Ciuitate Oſceni. Ecclesiam sanctae Mariae de Riuoorganorum, cum Hospitali. Domibus, terris, & vineis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sanctae Eulaliae sitam in *Montem Pefulano*, in loco qui *Purganiel*, vulgariter nuncupatur, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sanctae Eulaliae sitam in Ciuitate Hispalensi, cum terris, vineis, domibus, oliuetis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sanctae Eulaliae sitam in Ciuitate Cordubensi, cum domibus, terris, vineis, & omnibus pertinentijs suis. Domos, terras, vineas, & possessiones, quas in Ciuitate Tolosana, & in Castro, quod *Altarripa* dicitur obtinetis, & Ecclesiam sanctae Eulaliae sitam extra muros Ciuitatis eiusdem, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesias sanctae Eulaliae de Murcia, & sanctae Eulaliae de Lorca, cum domibus, terris, vineis, & omnibus pertinentijs suis

fitas

Bullarium Ordinis

fitas in Diœcesi Cartaginēsi. Domoſ, quas habetis in Ciuitate Carcaſonenſi. Domoſ, terras, & vineas, & poſſeſſiones, quas in Caſtris, & villis, quæ Burriana, Xariua, Algar, Raſalnarcha, Raſalcet, Gandie, Cocentayna, Segorb, Mula, Arriona, Hanaca, & Beter vulgariter appellantur. Domoſ, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate Conchenſi. Domoſ, terras, vineas, & molen dina, cum aquarum decurſibus, & omnibus pertinentijs eorundem, quæ habentur in villa, quæ dicitur Barrios. Domoſ, terras, & vineas, & poſſeſſiones, quas habetis in villis, quæ Teruel, & Daroca dicuntur. Eccleſiam ſancti Bartholomæi, quam habetis in villa, quæ dicitur Caſtello de Empurijs, cum domibus, terris, vineis, & pertinentijs ſuis, cum pratis, terris, vineis, ne moribus, vſugijs, & paſcujs in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & ſemitis, & omnibus libertatibus, & immunitatibus ſuis.

Sane noualium veſtrorū, quæ proprijs manibus, & ſumptibus colitis, de quibus aliquis actenus non percepit, ſiue de veſtrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat.

Liceat vobis quoq; Clericos, vel laicos liberos, & abſolutos, è ſaculo fugientes ad conuerſionē

recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Hoſpitali veſtro profeſſionē poſſit ſine Magiſtri ſui licentia de eodem loco, niſi arctioris Religionis obtentu diſcedere; diſcedentes verò abſque communiū veſtrarum litterarum cautione nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit liceat vobis clauſis ianuis excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis ſuppreſſa voce Diuina Officia celebrare: dummodo cauſam non dederitis interdicto. Chriſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promouendi à diœceſano ſuſcipietis Epifcopo, ſi quidem Catholicus fuerit gratiamque, & Communionem ſacroſanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine prauitate aliqua exhibere.

Prohibemus inſuper vt infrà fines Parrochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu diœceſani Epifcopi, & veſtro, Capellam, ſeu Oratorium de nouo cōſtruere audeat, ſalujs priuilegijs Pontificum Romanorum. Ad hæc nouas, & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epifcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, alijsque omnibus Eccle-

Ecclesiasticis, secularibusve personis à vobis omnino fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepelire delibauerint, nisi excommunicati, vel interdicti sint, aut etiam publici usurarij nullus obsistat; salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea, & possessiones ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent reuocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas.

Obeunte verò te nunc eiusdem loci Magistro, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum maior pars consilij sanioris secundum Deum, & Beati Augustini regulam prouiderit eligendum.

Paci quoque, & tranquillitati vestrae paterna in posterum sollicitudine prouidere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, ut intra clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum, nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere cape-

re, vel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus Romanis Pontificibus Hospitali vestro concessas; necnon libertates, & exemptiones secularium exactioum à Regibus, & Principibus rationabiliter vobis indulta auctoritate Apostolica, vel alijs fidelibus confirmamus, & præsentis scripti priuilegio confirmamus.

Decernimus ergò, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Hospitale temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conferuentur illis, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt vobis omnimodis pro futura, salua Sedis Apostolicæ auctoritate, & diocesanorum Episcoporum Canonica iustitia. Si quæ igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam scienter contra eam temere venire tentauerit secundo, tertio ve commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honoris sui careat dignitate, reumque se Diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & hominis Redemptoris nostri

Bullarium Ordinis

Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine destituta subiaceat ultioni; cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructu bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æterna pacis inueniant, Amen. Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Simo sancti Martini, Præbiter Cardinalis. Ego Ancherus, tit. sanctæ Praxedis, Præbiter Cardinalis. Ego frater Guido, tit. sancti Laurentij in Lucina, Præbiter Cardinalis. Ego Otto Tusculanus Episcopus. Ego Guillermus Marci, Præbiter Cardinalis. Ego Stephanus Prænestinus Episcopus. Ego frater Ioannes Portuensis, & sanctæ Rufinæ Episcopus. E-

go Henricus Hostiensis, & Vellefensis Episcopus. Ego Ricardus sancti Angeli, Diaconus Cardinalis. Ego Iacobus Sanctæ Mariæ in Coemeterio, Diaconus Cardinalis. Ego Octavianus Sanctæ Mariæ Inuolatæ, Diaconus Cardinalis. Ego Ioannes sancti Nicolai in carcere Iuliano, Diaconus Cardinalis. Ego Gothifredus sancti Georgij ad bellum aureum, Diaconus Cardinalis. Datis Viterbij per manum Magistri Michaelis de Tolosa sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicechancercelarij, tertio idus Ianuarij indictione vndecima Incarnationis Dominicæ anno millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus vero Domini Clementis Papæ Quarti, anno tertio.

SCHOLIA SERAPHINI.

IN vers. *Sane*, num. 2. eximit à decimis noualia, & animalium nutrimenta, iuxta cap. ex parte 10. & 27. de decimis. Suar. allegat. 28. num. 8. Rebuf. de decimis, quæst. 14. num. 45. Monet. eodem tract. cap. 4. quæst. 3. à num. 56. Couar. lib. 1. variar. cap. 17. num. 13. Menoch. conf. 36. num. 21. Valasc. conf. 58. nu. 10. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 1. de decimis, cap. 18. à num. 5. & cap. 19. à num. 1. qui varias explicat quæstiones ad hanc materiam: de simili priuilegio vide sup. in Bull. Innocentij IV.

Clemens in vers. *Prohibemus*, num. 4. concedit Prælati facultatem reuocandi fratres transeuntes sine ipsorum licentia ad alium Ordinem, excepto strictiori: In quo aduerte primò, quod hodie ex nostro Ordine ad alium transitus prohibetur; etiam de licentia Superioris, quia necessaria est summi Pontificis expressa licentia, ex Bulla Calixti III. de quo infra vbi notabis.

Secundò

Secundò, Pius V. reuocauit omnes facultates, & priuilegia transeundi ad alios Ordines, Religiososque recipiendi: non tamen tollit ius commune concedens facultatem transeundi ad strictiorem, seruatis seruandis, cap. licet de regularibus, nec priuilegia Ordinũ, in quibus admittitur transitus de licentia Prælati. Eman. 3. tom. quæst. 52. art. 8. Nauar. conf. 88. de regular. Sed quoad nos procedit Bulla Calixti III. secundum quam id non licet Prælati, nisi fiat transitus ad Carthusianos, vt declaratur in prædicta Bulla Calixti.

In vers. *Cum autem*, num. 5. conceditur nostris regularibus tempore interdicti generalis priuilegium celebrandi submissa voce, &c. De quo Enriq. lib. 13. cap. 44. §. 6. Couar. in cap. Alma. 7. part. §. 2. num. 7. vers. *Poterant*. Nauar. in man. Hispano, cap. 27. num. 174. Et quamuis attento iure, & in hac Bulla solum id concedatur in interdicto generali, ex glos. recepta, verb. *Ecclesijs*, in dict. cap. Alma. vbi Couar. 2. part. §. 4. num. 1. Enriq. dict. §. 6. post alios: attamen ex priuilegio Augustinorum idem possunt in speciali etiam. Nauar. d. num. 174. Enriq. dict. §. 6.

In vers. *Sepulturam*, num. 6. ius sepeliendi concedit Monachis Mercenarijs, quod generale est omnibus Religiosis. Clement. dudum, vers. *Huiusmodi* quoque de sepultura. Eman. 3. tom. de regular. quæst. 58. art. 3. Quod priuilegium competit etiã Monialibus, cum quæ Monachis conceduntur; eo ipso cõcedantur Monialibus, in his in quibus sexus non repugnat, ex Romanorum Pontificũ priuilegijs. Latè Nauar. conf. 432. à num. 8. Seruitores autem, & famulos seculares possunt Monachi sepelire in suis Monasterijs; inuitis etiam parrochis. Eman. 2. tom. de regular. quæst. 67. art. 2. & 3. tom. quæst. 58. art. 6. Et quamuis dicta Clement. dudum, vers. *Verũ*, de sepulturis iubeat quartam funeralem parrochis solui à Monachis, de quo vide Couar. cap. officij in princip. de testament. Attamen hodie eam soluere non tenentur, ex priuilegio Pontificum, vt per Collect. tit. *Cannonica portio*, §. 4. Eman. 1. tom. de regular. quæstion. 34. art. 2. Trident. verò, sess. 25. cap. 13. de reformat. & Pius V. anno 1568. concessit Mendicantibus, quod Monasteria fundata à 40. annis non soluant quartam, de quo Eman. dict. art. 2. Gu-tier. de iuramento confirmat. 2. part. cap. 4. num. 3. Nauar. cap. 27. in fin. vbi refut. Bullam Pij. Molin. de iustitia, disputat. 215. Azor 1. tom. lib. 12. cap. 18. vers. 63. Gratian. 1. tom. cap. 49. n. 76. Cruz in epitome, lib. 2. cap. 9. dub. 5. concl. 2.

Hæc quarta, quando parrochis soluitur intelligitur de quarta funeris,

Bullarium Ordinis

funeris, hoc est de his, quæ obueniunt ratione funeris, seu quæ funus committantur. Eman. dict. art. 2. Molin. dict. disp. 215. vers. *Observant.* Cruz in epitome de statu, & priuilegijs Religiosorum, lib. 2. cap. 9. dub. 5. concl. 3. Vnde nec de elemofynis pro Missis, nec de candelis, quæ dantur in manibus Religiosorū quarta debetur. Cruz dict. concl. 3.

Adde (licet sit extra rem) quod de oblationibus, quæ fiunt in Ecclesijs Religiosorū, nō debetur aliquid Episcopo, vel parrocho, cap. 1. de statu Monachor. cap. nimis de excessibus Prælatorum. Vnde licet Episcopi celebrent in Ecclesijs Religiosorū, non possunt sibi vindicare sibi oblata, sed tenentur ea Monasterio dimittere. Ita cōcessit Bonifac. VIII. Bull. 9. Cisterciensibus, notat Cruz d. dub. 5. concl. 4.

Tandem aduerte, quod in hac quarta præscriptio admittitur, cap. de quarta, de præscriptione ita, & consuetudo attenditur, cap. constitutus, vbi glos. verb. *Tertia*, de Religios. domibus.

CLEMENTIS IV.

BULLA TERTIA.

SUMMARIUM BULLÆ.

1. Ea continet, quæ Innocentij IV. Bulla 2. & Alexandri IV. Bulla 2. Confirmat. Verò horum Pontificum, & Urbani IV. concessiones.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, vniuersis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Si iuxta sententiā sapientis inter tempus seminandi discernimus, & metendi, & seminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, facientes nobis de mammona ini-

quitatis amicos, qui cum defecerimus in æterna tabernacula nos admittant. Sic enim thesaurizamus nobis thesauros in Cœlo, vbi scilicet fures, non effodiunt, nec furantur, sic terrena in cœlestia, & transitoria in æterna foelici commertio commutamus. Licet autem indigentibus vniuersis aperire teneamur viscera charitatis; illis tamen specialius, & abundantius, quo-

dammodo debemus liberalitatis gratiam exhibere, qui cum sint pauperes spiritu sponte subeant onera paupertatis, ut pauperibus possint copiosius subuenire, dum tanquam nihil habentes, & omnia possidentes volunt penuriam pati, & abundantiam habere, vnde dum abundant pauperibus, sibi egent, & in se aliorum egestatem assumunt, ut ex indigentia liberalius ministrent Hospitalibus, & egenis. Hoc verò quamuis multi laudabiliter exequantur; illi tamen student laudabilius ad implere, qui hospitalitati vacantes, non solum recipiunt hospites; sed & trahunt, illud Propheticum exequentes: *Frange esurienti panem tuum, & sigenos, & vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Hi enim cum pascunt esurientes, sitientes potant, colligunt hospites, nudos vestiunt, & non solum infirmos visitant; sed eorum infirmitates assumunt. Ministrant in carcere positos, & quibus in infirmitate participant, communicant sepulturam defunctis, illa omnia exequuntur, propterque Dominus in ultimo districtiois examine remuneraturum se bonos, & malos asserit puniturum.

Cum igitur dilecti filij Magiste, & fratres Hospitalis san-

ctae Eulaliae Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini in quo pro redimendis Captiuis de manibus Paganorum diuino vacant obsequio ad hoc totis viribus elaborant, ut vndique confluentium egenorum, pariter, & agrorum necessitatibus se exponant: monemus vniuersitatem vestram, & hortamur in Domino, ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus, ut cooperatores sitis operum pietatis. Ac tendentes ad vos eorum nuntios benigne recipere, ac honeste tractare curetis eis gratia subsidia, & pias eleemosynas conferentes, ut quod pauperibus contuleritis per manus eorum in terris, vobis per manus pauperum thesaurizetis in Coelis, cum Apostolo sentientes: *Quoniam qui parce seminat, parce, & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet in vitam aeternam.*

Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate, & ea quam nobis Dominus indulsit potestate confisi, omnibus qui de facultatibus suis congruè ipsis subuenerint, & in tam sancta fraternitate statuerint se collegas, eisque beneficia porrexerint annuatim dummodo de peccatis suis verè contriti fuerint, & confessi ad instar foelicis recordationis Innocen-

Bullarium Ordinis

centij, Alexandri, & Urbani prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum septimam partem iniunctæ pœnitentiæ relaxamus auctoritate Apostolica statuentes, vt his qui eorum fraternitatem assumpserint, si Ecclesiæ, ad quas pertinent fuerint interdictæ, ipsosque mori contigerit, nisi excommunicati, vel nominatim interdicti fuerint, aut etiam publici vsurarij sepultura Ecclesiastica non negatur.

Receptores quoque fraternitatis, & collectorum ipsorum, saluo iure dominorum suorum sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, statuentes, vt si quis fratrum ipsorum, qui ad eadem fraternitates missi fuerint, vel collectas in quamlibet Ciuitatem, Castellum, vel Viccum

interdictum aduenerint in eodem iucundo aduentu semel aperiantur Ecclesiæ, atque exclusis excommunicatis, & nominatim interdictis eiectione Diuina ibi Officia celebrentur, vt Verbo Diuino proposito per locorum diocesanos, aut ipsarum Ecclesiarum Rectores, vel eosdem fratres dummodo idonei existant prædicta indulgentia exponatur, salua in omnibus supradictis declaratione Concilij Generalis. *Date igitur elemosynam, vt omnia munda sint vobis, quoniam elemosyna à malo liberat, & illa est, quæ purgat peccata, & facit conuenire vitam æternam: quia sicut aqua ignem ardentem extinguit, sic elemosyna peccato resistit.* Datis Viterbij, tertio nonas Nouembris, Pontificatus nostri anno tertio.

SCHOLIA SERAPHINI.

CLEMENS in vers. *Hoc enim*, concedit elemosinas pro Redemptione Captiuorum elargientibus contritis, & confessis septimam partem de iniunctis, de quo vide, quæ notasti in Bulla Innocentij. Item concedit confratribus, vt tempore interdicti sepelli possint, de quo Enriq. lib. 1. 3. cap. 44. §. 5. De quo etiam vide infra in Bulla 2. Bonifacij VIII.

Concedit item, vt pro Redemptione iucundo aduentu semel aperiantur Ecclesiæ tempore interdicti exclusis excommunicatis, & interdictis nominatim, de quo vide quæ dixisti in Bulla Innocentij IV. sub num. 3. Quod comprehendit etiam eos, qui causam interdicto dederint, cap. licet de priuileg. lib. 6. Suar. de censur. disp. 34. sect. 1. num. 20.

Notabis autem, quod licet Suar. in praxi, tom. 1. tempore septimo

mo à num. 37. & Perez ad l. 1. titul. 8. num. 63. ordin. colum. 1007. vers. *Unde*, & si nonnulli alij ex nouioribus existiment excommunicatum non esse euitandum hodie, antequam denuntietur, stante Extrauagante *Adeuitanda*, cuius litteram referunt, & multis explicant Couar. in cap. Alma 1. part. §. 2. à num. 11. Suar. de loco à num. 72. & latissime post Nauar. & plerosque Guter. quæstion. can. 1. part. cap. 1. à princip. nihilominus tamen hæc sententia intelligenda est ad effectum, vt possint fideles absque peccato, & minori excommunicatione communicare cum excommunicato maiori, quamdiu non denuntietur, iuxta dict. Extrauag. exceptis casibus in eadem expressis. At verò ipsi excommunicati non possunt interesse Diuinis, quia dicta Extrauagans, vt habet littera, in nihilo fauet excommunicatis, vnde & si habeant priuilegium interessendi diuinis tempore interdicti, non proderit illis propter excommunicationis impedimentum.

Notabis etiam, quod cæteri fideles, qui priuilegio carent non possunt interesse Diuinis tempore interdicti, quando, & quibus casibus Monachi celebrare, & alia Diuina facere possunt. Enriq. lib. 13. capit. 46. §. 3. Suar. de censur. disputation. 34. sect. 1. à numero. 2.

CLEMENTI SVCCEDIT

Gregorius X. anno

1271.

COLLECTOR.

Magister Natalis Gauer, & frater Petrus Ciarij, referunt Gregorium X. in fauorem Ordinis nostri Bullam expedisse; exemplar autem integrum eius non reperi; referunt autem in hunc modum.

Bullarium Ordinis

G R E G O R I I X.

BVLLA VNICA.

SUMMARIUM BULLÆ.

✱ *Confirmat priuilegia prædecessorum, eximit à decimis, & liberam sepulturam concedit, & Successionem Magistri Generalis statuit.*

COLLECTOR.

GREGORIVS X. (inquiunt Gauer, & Petrus Ciarij) confirmat omnia nostri Ordinis priuilegia, gratias, & indulgentias, quas sui prædecessores nostro Ordini concesserant, & in specie de non soluendis decimis, de libera mortuorum in nostris Ecclesijs sepultura, necnon successionem Magistri Generalis, prout prædecessores disposuerant statuit. Sub datis apud urbem viteram 12. Kalendas Iunii, Pontificatus sui anno 2.

Gregorio X. succedit Innocentius V. & post menses quinque, & dies duos Adrianus Sedis Apostolicæ thronum tenuit: ipso verò post dies 19. deffuncto Ioannes XX. Lusitanus, & Olisiponensis eligitur idibus Septembris.

IOANNES XX.

anno 1276.

COLLECTOR.

Charitatis ardore Ordinis nostri fratres succensi bona domorum propria, vt abundantiores Redemptiones Captiuorum perficerent, à se ipsis abdicarunt. Id temporum diuersitate, & recta ratione exigētibus moderatione opus habuit: idcirco Summi Ecclesiæ Pontifices, vt prædicta bona ad Conuentus nostros reuocarentur statuerunt.

IOAN.

IOANNIS XX.

BULLA PRIMA.

SUMMARIVM BULLÆ;

- 1 *Domibus nostris restituere iubet bona quacumque ratione distracta, ad idq; Archiepiscopum Tarraconensem iudicem designat.*

IOANNES Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Archiepiscopo Tarraconensi, salutem, & Apostolicam benedictionem, &c. Ad audentiam nostram pervenit, quod tam dilecti filij Magister, & fratres domus sanctae Mariae de Mercede Captiuorum Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini, quam praedecessores eorum decimas, terras, possessiones, vineas, molendina, nemora, redditus, iura, iurisdictiones, & quaedam alia bona ad dictam domum spectantia, datis super hoc litteris, interpositis iuramentis, factis renunciationibus, & poenis adiectis in gravem ipsius domus lesionem non nullis Clericis, & laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, & alijs perpetuo, ad firmam, vel succensu annuo concesserunt, quorum aliqui litteras con-

firmationis in forma communi, super his à Sede Apostolica impetrasse dicuntur; qua vero nostra interest super hoc, de opportuno remedio providere: fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea, quae de bonis ad dictam domum spectantibus, per concessiones eiusmodi alienata inueneris, illicitè, vel distracta, non obstantibus litteris, iuramentis, renunciationibus, poenis, & confirmationibus supra dictis, ad ius, & proprietatem eiusdem domus studeas reuocare, contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo; testes autem, qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel timore substraxerint, censura similia appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datis Viterbij Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

Bullarium Ordinis

SCHOLIA SERAPHINI.

DElegat Pontifex Archiepiscopum Tarraconensem ad reuocanda male, & illicite alienata à nostris Conuentibus, non obstante etiam confirmatione Sedis Apostolicæ in forma communi. De effectu confirmationis in forma communi, vide quæ notasti in proœmio Bullarum. Circa verò alienationes rerum Ecclesiasticarum, obseruandum est primò, vt validæ sint, requiri necessitatem, vel utilitatem. *Glos. in sum. 12. quæstion. 2. recepta ex Couar. lib. 2. variar. cap. 17. num. 2. Molina de iustit. disputat. 468. conclus. 2. Eman. de regular. tom. 1. quæstion. 27. art. 2.* Si verò desit iusta causa, vel utilitas alienatio erit nulla, cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis lib. 6. *Clem. 1. eadem extrauagant. Ambuiofa, eodem tit. cap. cum Apostolica, cap. tua de his, quæ fiunt à Prælatiis, resoluit Glos. pen. vbi Panormit. num. 17. in cap. 1. de integra restit. & num. 8. in dict. cap. tua, & num. 7. in cap. nulli, de rebus Eccles.* Si verò in alienatione concurrat causa legitima, vel utilitas, & Ecclesia in prætio, vel pensione cæssa fuit, restituetur, cap. ad nostram, de rebus Ecclesiæ, cap. 1. de integ. restit. In quo casu deffendi potest opinio. *Glos. in sum. & in cap. sine exceptione, verb. pro futurum 12. quæst. 2. & alij relati per Couar. dict. num. 2. Molin. de iustit. disputat. 468. conclus. 6.* Sufficit autem quod tempore alienationis causa videatur sufficiens. *Glos. verb. Enorme in cap. ad nostram, de rebus Ecclesiæ recepta ex Couarru. dict. num. 2. & Molina dict. conclus. 6.* Rebut. de alienatione rerum Ecclesiæ, num. 27. *Eman. de regular. 1. tom. q. 27. art. 8. Calder. consil. 5. de rebus Ecclesiæ non alienandis.*

I O A N N I S X X.

BVLLA SECVNDA.

SUMMARIUM BVLLÆ.

I Eximit à solutione decimarum, ad recuperationem Terra Sanctæ à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi secundo maiestatum.

IOANNES Episcopus seruus sanctæ Mariæ de Mercede Captiuorum Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini, salutem,

tem, & Apostolicam benedictionem. Ipsa nos cogit pietas honestis petitionibus vestris, exauditionis gratiam non negare, quibus efficax ex ea patrocinium suffragatur, eo quod in feruore charitatis, pro fratribus intrepide, ac prudenter exponitis vos, & vestra. Exhibita quidem nobis petitionis vestrae series continebat, quod foelicis recordationis Gregorius Papa praedecessor noster, in generali Concilio Lugdunensi volens Terrae Sanctae, (quae ab inimicis Christiani nominis detinetur miserabiliter occupata) remedia procurare, per quae possit de ipsorum manibus liberari, decimam omnium prouentuum Ecclesiasticorum eiusdem terrae subsidio deputauit. Ita tamen, quod de redditibus, & prouentibus domorum Dei, & Hospitalium pauperum, qui in usus pauperum, ac infirmorum conuertuntur, decima huiusmodi non soluatur. Quare nobis humiliter supplicastis, ut cum pro redimendis Captiuis, qui detinentur ab inimicis praedictis vos taliter exponatis, ad hoc principaliter laborantes, vos eximere a praestatione huiusmodi decimae,

de benignitate Apostolica curaremus. Nos igitur attendentes discrimina, & expensarum onera, quae pro Captiuorum Redemptione continue sustinetis, ac propter hoc dignum arbitrantes, & congruum, ut a praestatione ipsius decimae sitis liberi, & immunes. Vobis, & vniuersis fratribus vestri Ordinis, quod de prouentibus vestris decimam praedictam soluere minime teneamini, nec ad id compelli possitis, auctoritate praesentium indulgemus, decernentes sententias suspensionis, interdicti, & excommunicationis, si quae in vos, vel aliquem vestrum, vel Ecclesias, aut domos vestras propter hoc latae fuerint, ex nunc irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attetare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datis Viterbij, decimo quinto Kalendas Nouembris, Pontificatus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

NOta ex hac Bulla eximi Religionem nostram a soluendis decimis impositis pro recuperanda Terra Sancta, prout omnibus pijs locis de prouentibus Ecclesiasticis imposuerat Gregor. X. anno 1272.

Bullarium Ordinis

in Concil. 6. Lugdunensi, quod fuit 14. generale Concilium, & celebratum tempore Imperatoris Rodulphi Romani, & Michaelis Paleogi Græci: De quo videndi Guaguinus, Blondus, & Platina, quæ impositio cessauit cessante bello, cum illius causa exactio imposita fuerit, cap. cum cessante, de appellat. Notabis tamen, quod causa Redemptionis Prælata est etiam recuperationi Terræ Sanctæ, ne scilicet in expensis, & Decimis, pro eiusdem recuperatione concurrat, ne Redemptionis opus impediatur, aut diminuatur, & in Bulla 3. sequenti idem confirmat noster Pontifex.

IOANNIS XX.

BULLA TERTIA.

SUMMARIVM BULLÆ.

Legatos Sedis Apostolicæ, & decimæ in precedenti Bulla contentæ collectores monet, & eisdem præcipit, ne ex nostris prouentibus prædictam decimam extorqueant.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Legatis Apostolicæ Sedis, & vniuersis Collectoribus decimæ prouétuum Ecclesiasticorum Terræ Sanctæ subsidio deputatæ, ad quos litteræ istæ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Petitiõ dilectorum filiorum Magistri, & fratrum domus sanctæ Mariæ de Mercede Captiuorum Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini, nobis exhibita continebat, quod licet bonæ memoriæ Gregorius Papa Decimus, prædecessor noster, in Generali Concilio Lugdunensi volens Ter

ræ Sanctæ, quæ ab inimicis Christiani nominis detinetur miserabiliter occupata, procurare remedia, per quæ posset de illorum manibus liberari, decimam omnium prouétuum Ecclesiasticorum ipsius terræ subsidio duxerat deputandam, attendentes tamen discrimina, quæ dicti Magister, & fratres, pro redimendis Captiuis de manibus Sarracenorum sustinent, ac onera expensarum, & volentes eos propter hoc gratia speciali prosequi, & fauore ipsis Magistro, & fratribus, quod deprouentibus suis huiusmodi decimam soluere minime teneantur, nec ad id compelli valeant,

leant, per nostras litteras duximus indulgendum decernentes sententias suspensionis interdicti, & excommunicationis, si quae in ipsos, vel aliquem, aut Ecclesias, aut domos eorum, propter hoc latae fuerint, irritasset inanes. Volentes igitur, ut eisdem Magistro, & fratribus, de huiusmodi concessione voti eius producat effectus: vobis, & singulis vestrum per Apostolica scripta mandamus, quatenus ab eisdem Magistro, & fratribus, aut domibus, aut Ecclesijs suis huiusmodi decimam, per vos, vel alium, aut alios nullatenus exigatis, non obstantibus quibuscunque litteris Apostolicis, vobis, aut aliquibus vestrum, sub quorumcumque forma, vel exceptione verborum directis hactenus, eo prae-textu, quod continetur in eis, quod ab exemptis,

& non exemptis, cuiuscunque ordinis, conditionis, vel dignitatis existant, praedictam decimam exigatis, seu etiam in posterum dirigendis, nisi eiusmodi litterae dirigendae nominatim de domo praedicta, & concessione huiusmodi de verbo, ad verbum fecerint mentionem. Hos enim nihilominus excommunicationis, aut suspensionis, vel interdicti sententias, si quae in personas dictorum Magistri, & fratrum, aut Ecclesias, domos, seu loca eorum, per vos, aut alium, vel alios, vobis mandantibus, occasione huiusmodi actenus sint prolatae, vel in posterum promulgari contigerit, ex nunc irritas decernimus, & inanes. Datis Viterbij 15. Kalendas Nouembris, Pontificatus nostri anno primo.

I O A N N I S X X.

BYLLA QVARTA.

IOANNES Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo Gerundensi, salutem, & Apostolicam benedictionem, &c. Ad ver-

bum sequitur, sicuti, in huius Pontificis Bulla prima. Datis Viterbij 15. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

IO ANNI SVCCEDIT

Nicolaus III. anno 1277.

NICOLAI III.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ

- 1 *Ordinem nostrum ab eximia charitate commendat.*
- 2 *Benefactoribus nostris concedit, ut possint eligere confessorem, qui ipsos semel in vita absoluat ab omnibus peccatis suis, & in mortis articulo toties quoties.*
- 3 *Item, tribuentibus eleemosynam, pro animabus parentum concedit, & remittit totam pœnam, quam prædicti parentes pati mererentur.*

NICOLAUS Episcopus
feruus feruorum Dei, ad
futuram rei memoriam,
omnibus Christi fidelibus, ad
quos litteræ istæ peruenerint, &
quibus fuerint præsentatæ, salu-
tem, & Apostolicam benedictio-
nem. Cum Magister Generalis,
& fratres Beatæ Mariæ de Mer-
cede Redemptionis Captiuorū,
pro redimendis captiuis Christia-
nis de manibus Sarracenorum,
in agro militantibus Ecclesiæ la-
borent, quotidie ponendo cor-
pora sua in periculo mortis, &
cum sint propter paupertatem
gentium in magna indigentia cō-
stituti, à Deo postulant magnum
auxilium, quia sine magno adiu-

torio non possunt dictos capti-
uos de manibus Sarracenorum
liberare; ergò iustum est, & ex
debito vnusquisque tenetur, in
hac pia eleemosyna subuenire,
quoniam nos volumus per istam
eleemosynam res Ecclesiasticas
alienare, & non solum bona tem-
poralia, & spiritualia; sed etiam
personas proprias, si necesse fue-
rit, *Quia maiorem charitatem ne-
mo habet, ut animam suam po-
nat quis pro amicis suis, Quoniam*
magna necessitas magnū requi-
rit auxilium, & vbi sunt maiores
necessitates, ibi maiora suffra-
gia debent ministrari. Igitur om-
nibus, & singulis, qui de bonis
suis à Deo sibi collatis duos flo-

rennos auri Aragoniae, vel eius praetium aequivalens dicto Ordini contulerint, dummodo de peccatis suis corde contriti fuerint, & confessi, concedimus; quod possint eligere idoneum confessorē, qui auctoritate nostra Apostolica ipsos absoluat ab omnibus peccatis suis, semel in vita, & in mortis articulo toties quoties fuerint constituti.

Volumus etiam, quod si forte aliquis praedictam quantitatem dicto Ordini contulerit, pro animabus patris, & matris, qui in sinceritate fidei unitatis sanctae Romanae Ecclesiae, ac obedientiae nostrae, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum, contritione vera, & confessione integra, si tempus affuerit, & possibilitas confitendi ab hac vita mi-

grauerint, nos omnibus huiusmodi in Christo decedentibus de misericordia Dei confidentes, de qua magis, ac magis confidimus in Coelis, ipsis auctoritate relaxamus in terris omnem poenam, quam post lucē huius saeculi pro peccatis purgandis pati merentur, auctoritate praedicta Apostolica misericorditer in Domino relaxamus, pariter, & dimittimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis, & indulgentiae infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius noverint incursum. Datis Viterbij, nonas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

NOtabis ex illis verbis sub num. I. **VBI SVNT MAIORES NECESSITATES, IBI MAIORA SVFFRAGIA DEBENT MINISTRARI.** Quod sicut oratio, & ieiunium; ita & eleemosyna est opus satisfactorium, & pium, D. Thomas receptus in 4. distinct. 15 Soto in 4. distinct. 19. art. 3. At ob orationem, & ieiunium concedi potest indulgentia Clement. 1. de Relig. & Reliq. Sanctorum, cap. cum ex eo de poenit. ita & ob eleemosynam, pro quo est illud Danielis apud Nabucodonosorem: *Peccata tua eleemosynis redimere.* Naugar. conf. 34. nm. 1. de poenit. & remis. Nec est alius modus colligendi eleemosynam proprijs causis expedientior, quam per indulgentis. Naugar. num. 2. vbi proximè, idque praecipue obtinet, vt vbi maior est necessitas, maiora suffragia ministrentur.

In vers. *igitur*, concedit Nicolaus illis, qui duos florennos auri Aragoniae, vel aequipolens, nostro Ordini contulerit, in Redemptione

Bullarium Ordinis

nis opus (vt colliges ex proœmio) vt possint eligere confessorum semel in vita, & toties quoties in articulo mortis, qui eos absoluat, ab omnibus peccatis suis. In quo aduerto primò, quod florennus Aragonius octo ferè valet numos regales argentos Castellanos. Couar. de nūmis. Mat. cap. 3. num. 8. Secundò nota, quòd hæc taxatio sufficiens causa est relati in bonum commune Redemptionis. Eman. in Bull. §. 12. num. 14. Enriq. lib. 7. cap. 14. §. 5. in fin. Sanch. lib. 8. de matrim. disput. 33. num. 10. Tertiò nota, quòd absolutio hæc cõcessa concernit etiã peccata reseruata, vt constat ex particula generali, ibi: *Ab omnibus*, & ex verbis adiunctis, ibi: *Semel in vita, & in articulo mortis.*

Hæc autem facultas absoluendi ab omnibus peccatis, etiam reseruatis non est indulgentia. Vndè per Bullam Iubilei, aut Cruciatæ non reuocatur, Nauar. de indulgent. not. 20. & consil. 17. num. 4. de pœnit. & remis. Et licèt Pius V. in extrauag. *Etsi Dominica*, reuocat omnes indulgentias, & gratias, quæ habent manus adiutrices, non tamen comprehenduntur Mendicantes, ex declaratione eiusdem Pij in alio Motu proprio. Enriq. lib. 7. cap. 15. §. 1. in fin. & per consequens illorum priuilegijs gaudentes, prout gaudent nostri fratres Mercenarij. Eman. 1. tom. q. 55. art. 12. Præcipue cùm sæpe sepius Pontifices id nobis in his Bullis concedant.

Hæc autem facultas absoluendi ab omnibus peccatis non extenditur ad dispensationem, vel commutationem votorum. Suar. de Relig. 2. tom. lib. 6. de voto cap. 25. num. 5.

Præterea aduerto, quòd Sixtus IV. in extrauag. *Etsi Dominici*, de pœnitentijs, & remis. similes facultates indulgit, quas in certis casibus, quos enumerat limitat, & restringit, absoluentisque ab illis excommunicat excommunicatione reseruata, & quamuis excommunicatio non extenditur ad alias Bullas aliorum Pontificum, ex omnium sententia, vt per Nauar. cap. 12. num. 75. & cap. 27. num. 74. & 105. Suar. de censuris, disput. 22. n. 28. cum sequentibus. Quoad vota verò reseruata, vt censeãtur excepta in generali facultate, generalis est, ex Suar. de Relig. 2. tom. lib. 6. cap. 25. à num. 2. Sanch. lib. 8. de matrim. disput. 9. num. 1. Vndè in hac facultate nunquam comprehensa censentur.

Tandem notabis, quòd Pontifex concedit indulgẽtiam plenariã patribus decedentibus in statu gratiæ, eosque liberat à pœna purgatorij, quorum filij duos florennos pro Redemptione Captiuorum dederint nostri Ordini. In quo aduerte, quòd hæc remissio fit per
mo-

modum suffragij, id est per modum deprecationis, & impetrationis, ut Deus ex misericordia dignetur acceptare subsidium, quod pro anima applicatur, unde non videtur lege iustitiae obligari Deus, ut pro defuncto acceptare debeat, ex infallibili promissionis pacto, ex D. Thom. in 4. distinct. 45. quaest. 2. art. 3. ad 2. Nauar. de indulgentijs, not. 22. num. 5. & 22. & not. 31. nu. 46. & de oratione not. 20. n. 44. communis ex Enriq. lib. 7. cap. 7. §. lit. L. Quare utile est, & expedit, ut non semel, sed saepius pro defunctis impetretur in dulgentia etiam plenaria, fiant anniuersaria, dicantur Missae. Nauar. de indulg. not. 22. num. 50. Eman. de Bulla, §. 14. num. 5. Cordou. quaest. 17. dub. 3. Enriq. d. c. 7. §. 5. Suar. tamen 3. part. tom. 4. de poenit. disput. 53. sect. 3. a nu. 3. contendit indulgentias per modum suffragij defunctis concessas esse infallibiles, idem tenent relati per Enriq. d. §. 5. lit. M.

Notabis autem quod Sixtus I V. Bulla 2. de qua infra, priuilegium hoc extendit ad omnes, pro quibus fideles hanc eleemosynam contulerint. Addit praeterea, quod si praepaupertate non possint duos florennos contribuere, fratres nostri possint arbitrari praetium.

N I C O L A I I I I.

BULLA SECUNDA.

SUMMARIUM BULLAE.

i Confirmat priuilegia praedecessorum.

NICOLAVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Magistro, & fratribus sanctae Mariae de Mercede Captiuorum, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentijs praetibus fauore beneuolum impar-

tiri. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, a praedecessoribus nostris Pontificibus, siue per priuilegia, vel alias indulgentias vobis indultas, quibus iuste, & pacifice gaudetis, auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti

Bullarium Ordinis

pti patrocínio cōmunimus. Nul-
li ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostræ confirma-
tionis infringere, vel ei ausu te-
merario contraire. Siquis autem
hoc attentare præsumperit in-
dignationem Omnipotētis Dei,
& Beatorum Petri, & Pauli A-
postolorum eius se nouerit in-
cursurum. Datis Viterbij Kalen-
dis Septembris, Pontificatus no-
stri anno primo.

COLLECTOR.

NICOLA O III. successit Martinus II. dictus IV. hic fedit an-
nos 4. mensem vnum dies 7. Hic Pontifex nulla Ordini nostro
priuilegia indulgit; eo quod cum Petro Aragonum Rege, (qui Caro-
lum Siciliæ Regno expulerat, quem Pontifex summopere prose-
quebatur,) grauem quidem, & dissensione plenam controuersiam
gefsit.

Martino II. dicto IV. succedit Honorius IV. sed nec huius Pon-
tificis indulta inuenio.

NICOLAUS IV.

anno 1288.

NICOLAI IV.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1 *Concedit facultatem elemosynam petendi, quam vniuersis denegauerat.*

COLLECTOR.

Magister frater Petrus Ciarij, & Magister Bargas, lib. i. cap.
34. referunt hunc Pontificem, postquam generali prohibitio-
ne (ad euitanda plura damna, & scandala, quæ veris pauperibus
euenire poterant) præceperat, ne Religiones, & alia Ecclesiæ ele-
mosy-

emofynam peterent dedisse specialem facultatem nostro Ordini; utpotè eximio Redèptionis operi intendenti, quascūque eleemofynas libere, & sine impedimento petendi. Sub datis apud Urbem veterem, idibus Iunij, Pontificatus sui anno 4. Exemplar autem inuenire non potui, sed constat ex Bulla sequenti, in qua ergantibus eleemofynam indulgentias concedit:

NICOLAI IV.

BULLA SECUNDA.

SUMMARIVM BULLÆ

- 1 Hortatur ad eleemofynam erogandam.
- 2 Benefactoribus unum annum & quadraginta dies de iniunctis penitentis relaxat. Prohibet autem has litteras mitti per questuarios.

NICOLAUS Episcopus
seruus seruorū Dei. Vni
uersis Christi fidelibus
præsentes litteras inspecturis,
salutem, & Apostolicam bene-
dictionem. Quoniã (vt ait Apo-
stolus) omnes stauimus ante tri-
bunal Christi recepturi, prout in
corpore gessimus, siue bonū fue-
rit, siue malum oportet nos diē
mersionis extremæ misericor-
diæ operibus præuenire, ac æter-
norū intuitu seminare in terris,
quod reddente Domino, cū mul-
tiplicato fructu recolligere de-
beamus in Cœlis, firmam spem,
fiduciamque tenentes, *Quoniam
qui parce seminat, parce & mettet:
& qui seminat in benedictionibus, de
benedictionibus, & mettet vitam*

æternam. Cū igitur dilecti filij
Magister, & fratres Hospitalis
sanctæ Mariæ de Mercede Bar-
cinonæ, Ordinis sancti Augusti-
ni, (sicuti ipsi nobis insinuare cu-
rarunt) pro redimendis Captiuis
de manibus Paganorum Diuino
vaccant obsequio, & totis viri-
bus elaborent, vt illuc confluen-
tium egenorum necessitatibus
succurratur. Vniuersitatem ves-
tram rogamus, & hortamur in
Domino, in remissionem vobis
peccatorum iniungentes, qua-
tenus de bonis à Deo collatis
pias ad hoc eis eleemofynas, &
grata charitatis subsidia erege-
tis, vt per subuentionem vestram
huiusmodi obsequio vaccare va-
leant. Vosque per hæc & alia bo-
na;

Bullarium Ordinis

na, quæ (Domino inspirante) feceritis, ad æternæ possitis felicità gaudia peruenire.

Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, & cõfessis, qui eis ad hoc manus porrexerint charitatis vnum annum & qua-

draginta dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus. Præsentem verò litteras, per quæstuarios mitti districtius inhibemus eas, si secus actum fuerit carere viribus decernentes. Datis apud urbem veterem, idibus Iulij, Pontificatus nostri anno quarto.

SCHOLIA SERAPHINI.

Indulget manus adiutrices porrigentibus pro Redemptione Captiuorum contritis, & cõfessis vnum annum & quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs. Quæ verba explicasti supra in Bulla 2. Innocentij IV.

Prohibet etiam sub pœna omissionis harum litterarum, ne Monachi mittant quæstuarios ad colligendas eleemosynas: quòd intelligere de illis, quæ quæstoris munere fungebantur cum imposturis, quos iura, & Concilia reprobant, vt supra notauimus in Bulla Nicolai III. & Bulla 5. Clement. VII. Nò verò reprobat nuntios à Monachis specialiter ad id munus destinatos, vt colliges ex Bulla sequenti eiusdem Pontificis, & ex alijs, in quibus plurimas indulgentias talibus nuntijs concedunt Pontifices, & ex cap. cum ex eo de pœnit. & remis. & expresse declarauit Clemens VI. in Bulla 5. infra eod. Vide Bellarm. de indulg. lib. 2. cap. 2. contra hæreticos, qui impugnant Bullas concessas pro eleemosynis.

N I C O L A I I V.

BULLA TERTIA.

SUMMARIUM BULLÆ.

I Ordinem nostrum summo perè commendando, prohibet, ne eleemosynæ à nobis congregatæ, ad fabricas aliarum Ecclesiarum à secularibus clericis extorqueantur.

NICOLAUS Episcopus
 feruus seurorū Dei. Vni-
 uersis Archiprasbyteris,
 & Ecclesiarū Rectoribus præ-
 sentes litteras inspecturis, salu-
 tem, & Apostolicam benedictio-
 nem. Dilectos filios Magistrum,
 & fratres domus sanctæ Eulaliæ
 Barcinonēsis, Ordinis sancti Au-
 gustini de Mercede, Captiuorū
 salubri studio, pietatis, miseri-
 cordiæ intendētes operibus, sin-
 cere complectentes in Domino
 charitate, ac eos, qui erga Capti-
 uos pia gestantes viscera; pro ip-
 sis ab infidelibus redimendis, bo-
 na, quæ obtinent, & quæ possunt
 acquirere continuo impendunt;
 quinimo super impendunt, etiā
 semetipfos fauore beneuolo pro-
 sequentes, non possumus nō tur-
 bari, cum aliqui corde peruersi
 eleemosynas, quas idem Prior,
 & fratres, vel eorum nuntij, pro
 Redemptione Captiuorum ipso-
 rum adquirent, eis maliciose sub-
 ripiunt, vel defraudant. Sanè di-
 ctorum Magistri, & fratrum con-
 questio nobis exhibita contine-
 bat, quod nonnulli uestrum, siue
 operarij ad uestrarum Ecclesia-
 rum fabricas constituti partem
 eleemosynarum, quas ipsi, vel
 eorum nuntij per dictas Eccle-
 sias pro prædictis Captiuis redi-
 mendis colligunt; occasione ope-
 rum Ecclesiarum ipsarum, vel a-
 lia de causa indebite exigunt, &
 extorquent, in eorundem Magi-
 stri, & fratrum præiudicium, &
 grauamen, & dictorum Captiuo-
 rum non modicum detrimentū.
 Nos igitur nolentes huiusmodi
 eleemosynas aliquatenus defrau-
 dari, ne a prædictis Magistro de
 præfatis eleemosynis partem ali-
 quam, occasione dicti operis, vel
 etiam ex alia quauis causa exige-
 re, vel extorquere quomodolibet
 præsumatis. Vobis auctori-
 tate præsentium districtius inhi-
 bemus. Datis apud urbem vete-
 rē, duodecimo Kalend. Augusti,
 Pontificatus nostri anno quarto.

SCHOLIA SERAPHINI.

Prohibet ne Prælati, alijve Ecclesiarum Rectores extorqueant à
 Redemptoribus partem eleemosynarum pro fabrica, aliove
 opere; cum enim tam pro fabrica, quam pro alio opere Ecclesiarū
 Prælati poterant manus adiutrices porrigentibus indulgentias ta-
 xatiue concedere, iuxta Concil. Generale Lateranense, sub Inno-
 cent. III. De quo in cap. cum ex eo, de pœnit. & remis. cap. i. vbi
 glos. i. eod. in 6. iniuste ipsi, vel Ecclesiarum Rectores partem ele-
 mosynarum à collectoribus exigebant. Idque triplici ex ratione:
 Primò, quia eleemosyna, vt sit opus satisfactorium debet esse spon-
 tanea

Bullarium Ordinis

tanea non coacta: hilarē enim, non coactū datorem diligit Deus 2. ad Corinth. cap. 9. Idēdque Concilium dict. cap. cum ex eo monet, & hortatur, (nō cogit) ad pias eleemosynas, & grata charitatis subsidia, ibi: *Monemus, & exortamur in Domino, ut pias eleemosynas, & grata eis subsidia charitatis erogetis.* Secundō, quia indulgentiæ non profunt non subditis, cap. quod autem, de pœnit. & remis. Soto in 4. distinct. 21 quæstion. 1. art. 2. Suar. de pœnit. disput. 49. sect. 4. nu. 2. Ergō iniustum erat, vt non subditi, quales sunt Monachi ex privilegio (vt iam diximus) eleemosynas cogērentur dare: frui autem indulgentijs non possint; imō nec subditi coacti indulgentias consequuntur, quia concessio indulgentiarum est actus voluntariæ iurisdictionis, quæ tantum in volentes exercetur, l. 2. ff. de offic. Proconsul. Huius modi autem est actus huius iurisdictionis, quia non ligat; sed soluit, & non nisi volentem. Vnde concedi solet sub conditione operis voluntarij. Suar. de pœnit. disputat. 49. section. 3. num. 9. Tertio, quia eleemosynæ pro Redemptione collectæ non pœterant in diuersum opus, etiam pium conuerti per inferiores cum hoc sit Pontifici reseruatū. Clement. quia contingit, de Religios. domibus.

NICOLAI IV.

BVLLA QVARTA.

SVMMARIVM BVLLÆ

I *Bona ad redimendum Captiuos relicta nobis tantum tribui iubet, ad idq; Archiepiscopum Casaraugustanum iudicem constituit.*

NICOLAUS Episcopus seruus seruorū Dei, venerabili fratri Archiepiscopo Casaraugustensi, salutē, & Apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorū Magistri, Prioris, & fratrum sanctæ Mariæ Captiuorum Barcinonæ, Ordinis sancti Augustini, fuit nobis humiliter supplicatum, vt cū ipse se, ac omnia, quæ habent exponant sollicito studio pro Redemptione Captiuorum, qui detinentur ab inimicis nominis Christiani, exhiberi eis, quæ pro Redemptione Captiuorum huiusmodi à Christi fidelibus relinquuntur per decretum aliquē man;

mandaremus. Nos itaque dignū reputantes, vt relicta huiusmodi exhibeantur Magistro, Priori, & fratribus suprā dictis; Fraternalitati tuæ, per Apostolica scriptā mandamus, quatenus pecuniam, terras, & possessiones, & alia bona, quæ generaliter à Christi fidelibus relinquuntur, pro Redemptione huiusmodi faciendā, illis dumtaxat exceptis, quæ exceptis & expræsis personis, in captiuitate detentis relicta, vel dimissa esse noscuntur, Magistro, Priori, & fratribus prædictis, per te, vel per alium, aut alios facias exhiberi. Detentores pecuniarum, terrarum, & bonorum prædictorum ad exhibendum ea Magistro, Priori, & fratribus

præfatis nominatione præmissa, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellendo, non obstante, si aliquibus à Sede Apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, quæ de indulto huiusmodi plenam, & expræsam non fecerint mentionem, siue qualibet alia indulgentia dictæ Sedis cuiuscumque tenoris existat, per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri, & de qua eiusque toto tenore, de verbo ad verbū habenda sit, in nostris litteris mentio specialis. Datis apud urbem viteram nonis Augusti, Pontificatus nostri anno quarto.

SCHOLIA SERAPHINI.

Prior iste, de quo in hac Bulla fit mentio est superior domus Barcinonensis. Etenim, dum ordinē nostrū rexit, sanctissimus Petrus Nolascus, idem erat Magister Generalis Ordinis, & sanctæ Eulaliæ Barcinonensis Superior. Tēpore autē Guillelmi de Basso secundi, post sanctū Petrum, Magistri Generalis, in Capitulo Generali Barcinonæ celebrato, anno 1253. distinctus à Generali Magistro domus illius, est designatus Cōmēdator, qui quouis modo Magistratu vacante, vsq; ad nouā Magistri Generalis electionē, Ordinē regetet sub titulo Vicarij Generalis, quod additis quibusdā iustissimis limitationibus, hucusque obseruatur. Insuper cum vsque ad annum 1317. Generales Ordinis, Magistri æquites laici fuissent, huic Cōmēdatōri Barcinonensi, qui ab anno 1269. Prior cæpit nuncupari, in spiritalibus Ordo parebat vniuersus, vsque ad annū 1317. Quo Magistratus Ordinis, ad fratres clericos perpetuo trāslatusest, Prior Barcinonensis, intra domus illius limites contentus, eiusdē tantū in spiritalibus, & temporalibus extitit Prælati, omni alia iurisdictione

Bullarium Ordinis

cessante. Primus verò, Prior conuentualis electus est frater Guillelmus Giralduus Sacerdos, magna sanctitatis laude vir cælebris, qui editis miraculis anno 1324. ad supperos translatus naturæ concessit. Quæ omnia vide apud Magistrum Remon in sua Chronologia, tom. 1. lib. 5. cap. 5. & 6.

Iubet Pontifex, vt detentores bonorum pro Redemptione relictorum per censuras Ecclesiasticas compellantur per Ordinarium Cæsaraugustanum ad restitutionem, non obstate appellatione, nec quod illis sit indultum à Sede Apostolica, quod interdici, suspendi, & excommunicari non possint, quod est notabile: cum vt supra in Bulla 3. Alexandri aduertimus, exemptos excommunicari non posse, etiam in euentibus in quibus subsint Ordinarijs, iuxta text. in cap. 1. §. in eos de priuilegijs, lib. 6.

N I C O L A I I V.

BULLA QVINTA.

SUMMARIUM BULLÆ.

I Nos, & nostra sub protectione Sedis Apostolicæ constituit, & ea committet, & conceat, quæ Innocentij IV. Bulla 1. & Clementis IV. Bulla 2. subscribuntque Pontifex, & Cardinales.

NICOLAUS Episcopus seruus seruorū Dei; dilectis filijs Magistro domus sanctæ Mariæ de Mercede Captiuorum, eiusque fratribus, tam præcedētibus, quàm futuris Regularem vitam Professis in perpetuum, salutē, & Apostolicam benedictionem. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium; ne forte cuiuslibet temeritatis incurtus, aut eos à proposito reuocet, aut robur (quod absit) sacrae Religionis infringat.

Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis supplicationibus clementer annuimus, & domum sanctæ Mariæ de Mercede Ciuitatis Barcinonensis, (in qua pro redimendis Captiuis de manibus Paganorum Diuino vacatis obsequio,) sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuentes, vt Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini Regulā in eadem domo institutus esse

esse dignoscitur, perpetuis ibidē temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascūque possessiones, quæcūque bona eadē domus in præsentiarum iuste, & canonice possidet, aut in futurū concessione Pontificū, largitione Regū, vel Principum oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Dño poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus exprimēda vocabulis, locū ipsum, in quo præfata domus sita est, cū omnibus pertinentijs suis, Parrochiam Ecclesiā sanctæ Mariæ in Podio. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Diœcesi Valentina. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Diœcesi Maioricarū. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Diœcesi Gerundenfi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Diœcesi Barcinonenfi. Ecclesiam sanctæ Mariæ de Perpiniano, cū terris, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Domos, & terras, quas habetis in villa Perpiniani Diœcesis Elnensis. Domos quas habetis in Ciuitate, & Diœcesi Narbonensi. Domos quas habetis in Ciuitate Tarraconensi, & in territorio Guardie de Pratis Tarraconensis Diœcesis: & Ecclesiā sanctæ Mariæ de Pratis, cū domibus, vineis, terris, & perti-

nētijs suis. Domos quas habetis in Ciuitate, & Diœcesi Tortosensi. Ecclesiā sanctæ Mariæ de Oliuar, Cæsaraugustēsis Diœcesis, cū terris, domibus, vineis, & omnibus pertinentijs suis. Et domos, & vineas quas habetis in Ciuitate, & Diœcesi Cæsaraugustensi. Ecclesiā sanctæ Mariæ de Sarrion. Domos, terras, & vineas quas habetis in Calatayud. Domos, terras, & vineas quas habetis in villa Daniæ. Ecclesiam sanctæ Mariæ, cū Hospitali. Domibus, terris, vineis, & omnibus pertinentijs suis in Ciuitate Ofsensi. Domos quas habetis ibidē in Diœcesi Ofsensi: & Ecclesiā sanctæ Mariæ de Mōflorete, cum terris, vineis, domibus, & cæteris pertinentijs suis. Ecclesiā sanctæ Mariæ de Riua Arganorum, cū omnibus pertinentijs suis. Ecclesiā sanctæ Eulaliæ in Monte Pefulano, in loco, qui Purganiel vulgariter appellatur, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiā sancti Thomæ, sitā in Ciuitate Tortosensi, cū omnibus pertinentijs suis. Ecclesiā sanctæ Eulaliæ, sitā in Ciuitate Hispalensi, cum terris, vineis, domibus, oliuetis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sanctæ Eulaliæ in Ciuitate Corduensi, cum domibus, terris, vineis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sanctæ Mariæ de Oliua-

Bullarium Ordinis

rio, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sancti Michaelis de Monte, cum terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sanctæ Mariæ, sitam in Ciuitate Barcinonensi, cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sancti Dominici, sitam in Ciuitate Valentina, cum omnibus pertinentijs suis. Domos, terras, vineas, possessiones, quas in Ciuitate Tolosana, & in Castro, quod Altaripa dicitur obtinetis. Ecclesiam sanctæ Eulaliæ, sitam extra muros in Ciuitate eiusdem, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Domum, cum Hospitali, quod dicitur pauperum, quod habetis in Castro, quod dicitur Molsaluillæ Ratharcensis Diocesis, cum domibus, pratis, terris, vineis, hortis, nemoribus, vsuagijs, dominijs, pacuis in bosco, & in planis cultis, & incultis in hæremo, in aquis, & molendinis, in vijs, & semitis, cum omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis. Ecclesias sanctæ Eulaliæ de Murcia, & sanctæ Eulaliæ de Lorca, Diocesis Cartaginensis, cum domibus, terris, vineis, & possessionibus, & omnibus pertinentijs earūdem. Ecclesiam sanctæ Eulaliæ, sitam in Diocesi Cefaranensi, prope muros Villafrancæ, cū domibus,

terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Domos quas in Ciuitate Carcafontis habetis. Domos, terras, vineas, & possessiones, quas habetis in Castris, & villis, quæ Burriana, Xatiua, Algar, Rafalinarca, Rafacelt, Gandiæ, Concentainæ, Segorbe, Mula, Arriona, Almagã, & Beter vulgariter appellantur. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate Conchenfi. Domos, terras, & vineas, & molendina, cum aquarum decursibus, & omnibus pertinentijs eorundem, quas habetis in villa, quæ Sarrio dicitur. Terras, & vineas quas habetis in Ciuitate Illerdēfi. Domos, terras, vineas, & possessiones, quas habetis in villis, quæ Terol, & Daroca dicuntur. Ecclesiam sancti Bartolomæi, quā habetis in villa, quæ dicitur Castelion de Ampurijs, cū domibus, terris, vineis, & pertinentijs. Domos, & terras, quas habetis in Ciuitate Vichensi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in villa, quæ Monbagha dicitur. Domū Dñi nostri Iesu Christi, quæ dicitur de Tirol, quā in prædicta Cæsaraugustensi Diocesi obtinetis. Ecclesiā sanctæ Mariæ de Podio de Osterone, cū possessionibus suis, sitā in insula Minoricæ, & Ecclesiā sanctæ Catherinæ, quæ est Ciuitadelæ, quā in eadē insula domus vestra noscitur obtinere. Domū quā habetis in Ci-

uitate

uitate Burgenfi. Domum quam habetis in Valladolid, in Diœcesi Palentina. Domum quam habetis in Medina del Campo, in Diœcesi Salmantina, & Ecclesiam sanctæ Catharinæ, quam habetis in Ciuitate Toletana, & domum quam habetis in Ciuitate Giennensi, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vsuagijs, & pascuis in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & semitis, & in omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis.

Sanè noualium vestrorū, quæ proprijs manibus, aut sumptibus coletis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat.

Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos liberos & absolutos à sæculo fugientes, ad cōuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in domo vestra professionē possint sine Magistri sui licentia de eodem loco, nisi arctioris Religionis obtentu, discedere: discedentes verò absque communitatibus vestrarum cautione, nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis ianuis clausis interdictis, & ex-

communicatis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce, Diuina Officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto; Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promouēdi à Diœcesano suscipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, vt infra fines Parochiæ vestræ, nullus sine assensu Diœcesani Episcopi, & vestro Capellam, seu Oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegijs Pontificum Romanorum. Ad hæc nouas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsque omnibus Ecclesiasticis, secularibusve personis à vobis omnino fieri, prohibemus.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorū deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepelire deliberauerint; nisi excommunicati, vel interdicti sint, aut etiā publici vsurarij, nullus obsistat; salua tamen iustitia illarū Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea, & possessiones ad ius Ecclesiarum

Bullarium Ordinis

vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur retinendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent reuocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas.

Obeunte verò nunc eiusdem loci Magistro, vel suorum quolibet successorum nullus ibi quolibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum maior pars cõsiliij sanioris, secundum Deum, & Beati Augustini Regulam provideant eligendum.

Paci quoque, & tranquillitati vestræ paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate Apostolica prohibemus, vt infra clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, seu interficere, vel violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Põtificibus domui vestræ concessas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactio- num à Regibus, & Principibus, vel alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus.

Decernimus ergò, vt nulli hominum liceat præfatam domum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur illis, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, vfi- bus omnino profutura, salua Sedis Apostolicæ Auctoritate, Diocæsanorum Episcoporum Canonica iustitia. Si quæ igitur in futurum Ecclesiastica, secularis ve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honoris sui careat dignitate, reamque se Diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore & sanguine Dei, & domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Ego Nicolaus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Ioannes sanctæ Cecilie, Præbyter Cardinalis. Ego frater Matthæus, titulo sancti

Laurentij in Damaso, Præsbyter Cardinalis. Ego frater Hugo, titulo sanctæ Sauinæ, Præsbyter Cardinalis. Ego Petrus, tituli sancti Marci, Præsbyter Cardinalis. Ego frater Latinus Hostiensis, & Viliensis Episcopus. Ego Matthæus sanctæ Mariæ in Porticu, Diaconus Cardinalis. Ego Gerardus Sauiensis Episcopus. Ego Iacobus sanctæ Mariæ in Via lata, Diaconus Cardinalis. Ego Benedictus sancti Nicolai in carcere Iuliano, Diaconus Cardinalis. Ego Neapoleo sancti Adriani Diaconus Cardinalis. Datis apud urbem veterē per manū Magistri Ioannis, Decani Barsentis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecælarij, decimo Kalendas Septembris indictione quarta, Incarnationis Dominicæ anno millesimo ducentesimo nonagesimo primo, Pontificatus verò Domini nostri Nicolai Papæ Quarti, anno quarto.

SCHOLIA SERAPHINI.

NICOLAUS IV. ferè omnia priuilegia præcedentium Pontificum, quæ sigillatim refert confirmat. Vnde nihil adnotandum occurrit, nisi tantum, quod refert in vers. *Sane*, ubi eximit à noualium decimis. Enriq. libr. 7. capit. 27. §. 6. lit. C.

In vers. *Liceat*, sub num. 3. concedit Religiosis nostris retinere absque contradictione Clericos, & laicos à sæculo fugientes ad conuersionem. Ego intelligo concessionem agere de Clericis, & laicis reis, vt denotant verba illa: *A sæculo fugientes*, & illa: *Absque contradictione*. Quæ cōcessio magnas inuoluit quæstiones, & satis inter scribentes cōtrouersas. Scilicet, an procedat in causa ciuili, an in criminali? An post commissum delictum, an post præuentā iurisdictionē per citationem? An in nouitio, vel professio? Et iuxta iuris dispositionem Doctorumque sententiās communes, sit.

Prima conclusio: in causis ciuilibus post citationem non prodest mutatio fori, siue Clericus, siue Religiosus fiat debitor. Ioan. Andr. Anton. n. 9. Abb. 4. in c. 1. de oblig. ad rationē. Socin. à num. 46. vbi text. in cap. proposuisti, de foro compet. Bart. in l. 1. n. 2. ff. de pœnis. Aufrier de potest. seculari, falent. 11.

Secunda conclusio, in criminalibus idem dicendum, ita tamen, vt in bonis temporalibus fiat condēnatio, & nulla inferatur pœna corporis. Couar. pract. 32. num. 4. concl. 3. Bouadil. lib. 2. cap. 18. num. 77. Guter. pract. 1. q. 5. Curia Philipica 1. tom. 3. p. §. 1. n. 8.

Bullarium Ordinis

Barbof. pater ad ordinat. Lusit. lib. 2. tit. 1. §. 21. & Barbof. filius ad Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6. num. 11.

Tertia cōclusio: in Religioso (quidquid Doctores nō distinguant) nouitius post citationem, vel infamationis accusationem, debet in seculari iudicio puniri, etiam corporaliter, quia non habet statum fixum. Tiraq. de ret. titul. 1. §. 1. glos. 8. à num. 27. & ne fraus fiat legi, criminaque maneant impunita sentit Bouadil. dict. num. 77. dum agit de Religioso professo. Guter. dict. quæstion. 5. dum quæstionem proponit in Religioso, & Clerico; licet idem in nouitio, etiam resoluendum esse resoluat. Mart. de iurisdic. casu 121. à num. 22. cuius opinio deffendi potest ex resolutis in 5. conclus. de qua infra in quo sensu accipi potest singularis opinio Auend. de exeq. lib. 1. cap. 22. num. 12. quem reprobant Couar. dict. cap. 32. num. 4. Guter. dict. quæst. 5. num. 8. Barbof. dict. leg. si quis, posteaquam num. 231. dum tradit quod laicus infamatus, vel citatus factus Clericus debet puniri etiam corporaliter.

Quarta conclusio, eadem quæ in prima & secunda conclusione diximus de laico facto Clerico habent locum in Monacho professo. Bouadil. & Guter. vbi proximè, & est de mente omnium, ex reg. 1. *Qui cum uno*, in §. reus, ff. de re milit. vbi reus accusatus si fiat miles coram iudice militiæ est conueniendus, quia retinetur inuitus licet volens militiam susceperit. De quo tamè vide Barbof. in dict. l. si quis à num. 166.

Quinta conclusio, concessio nostra agit de nouitio, qui post delictum commissum denuntiationem, vel infamationem; absque præuentione tamen ingreditur Religionem. Probatur, quia in professo nullum priuilegium contulisset, post citationem verò offenderet iuris principia, l. *ei quis*, posteaquam de iudicis, cap. proposuisti de foro compet. cum similibus in alijs verò casibus tametsi fraus præsumatur, vt tradunt citati conclus. 2. Tamen, quia status Religionis est rigidus, & valde laboriosus in nouitio cessat fraudis præsumptio in dubio, in specie Mart. de iurisdic. cas. 121. num. 25. & licet alias prouatio fraudis in contrarium admittatur Farin. quæstion. 8. num. 110. Barbof. l. *si quis*, posteaquam à num. 227. de iudicis. Summus tamen Pontifex omnem in contrarium probationem reiecit, vt cōstat ex illis verbis: *A seculo fugientes*, & illo: *Absque ulla*, id est: *Absque ullius contradictione* Et in his terminis multum vtilitatis afferat hæc Bulla.

Sexta conclusio: nouitius in causa ciuili, nisi præuentus fuerit, per

per citationem, coram iudice Ecclesiastico conueniendus est Hof-
tens. in cap. statum, colum. 2. verb. *Tosse*, de regular. commu-
nis ex Tiraq. de ret. tit. 1. §. 1. glos. 8. num. 21. Mart. de iurisdic-
casu 121. num. 24.

Ex quibus deducitur, quòd Ordinarius non potest perse, aut per
alios procedere ad capturam Religiosi. Clement. vnic. §. 1. §. non-
nulli de excessib. Prælatorum, vbi Molin. 4. Natta consil. 257.
numer. 7. Etsi sit nouitius, nisi ob delictum in sæculo factum præ-
sumatur in fraudem intrasse Religionem. Enriq. lib. 7. capit. 25. §.
7. ad finem. Si autem capiat, aut manus iniiciat Episcopus incidit
in excommunicationem. Deducitur ex capit. si Clericus à contra-
rio, de sentent. excommunication. lib. 6. Quia si Episcopus exce-
dit modum in captura subditi Clerici incurrit. Glos. verb. *Excedat*,
in dict. capit. si Clericus, à fortiori incurrit in captura exempti.
Glos. quam verb. *Capiunt*, in Clementin. vnic. §. 1. de excessib.
Prælatorum, vbi Cardin. not. 5. Guido singul. 307. & de capien-
tibus nouitium. Nauar. capit. 27. numer. 79. ac proinde non va-
let citatio, aut processus contra nouitium. Enriq. dict. §. 7. lit-
ter. P.

Tandem notabis ad praxim, & ad explicationem conclusionis
quartæ Bullam Sixti V. qua latronis, furis, homicidæ receptionem,
& professionem annullat, procedere cum actis publicis constiterit
iudic, & iuriam secularem ante susceptionem habitus de ipso cri-
mine aduersus eos accusationem suscepisse, vel Inquisitionem in-
stituisse, quibus casibus ipsis Iudicibus, ac Curijs. Secularibus pro-
cedendi facultas, & puniendi etiam corporaliter conceditur, non
obstante professione, cum ea sit nulla. De quo Eman. 3. tom. regu-
lar. quæst. 10. art. 1. & 7.



BONIFACIUS VIII.

anno 1294.

BONIFACII VIII.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- 1 *Præcipit sub pœna officij, & beneficij, ne fratres nostri opus Captiuorum predicare impediatur, quodque transgressores punitioni subiaceant.*
- 2 *Præcipit, vt legata nobis relicta, sine ulla dilatione soluantur, & impediētes iubet puniri.*

BONIFACIUS Episcopus feruus feruorum Dei; venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, & Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præsbyteris, Archipræsbyteris, & alijs Ecclesiarum Rectoribus, & Prælatiſ, ad quos litteræ istæ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quarellam grauem recepimus dilectorum filiorum Magistri, & fratrum Beatæ Eulaliæ Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini de Misericordia Captiuorum quam præ magnitudine culpæ, ac Captiuorum dispendio dissimulare, nec volumus, nec debemus. Proposuerunt siquidem iam dicti fratres, quod cum pro confratrijs, & elec-

mosynis Captiuorum requirendis, iuxta consuetudinem suam auctoritate Apostolica confirmatam, ad Ecclesias quorundam Archipræsbyterorum accedūt, eos recipere nolunt; sed (quod grauius est) de Ecclesijs suis prædictos fratres eijcere non verentur, cum deberent ipsos benigne, ac patienter audire, & parrochianos suos ad conferendas Captiuis eleemosynas ardentius exortare. Accedit ad hoc, quod idem Præsbyteri quandam partem eleemosynarum Captiuorum exigunt impudenter, & vt possint extorquere, quod quarunt (parrochianis suis reclamantibus) Captiuorum obsequium impedire, pro suæ voluntatis arbitrio non formidant; quod tamen prædictorum fratrum gra-

uamen, & Captiuorum dispen-
dium, clausis non debemus ocu-
lis pertransire: quibus potius, ex
debito Pastoralis officij patro-
cinium, contra hominum insolentiam
tenemur impartiri. Vniuersitati
vestrae per Apostolica scripta
mandamus ad instar foelicis
re'cordationis Innocentij IV.
Alexandri IV. Urbani IV. &
Clementis IV. Romanoru' Pon-
tificum praedecefforum nostro-
rum, per Apostolica scripta man-
damus, atque praecipimus qua-
tenus vniuersis Praesbyteris ve-
strae potestati subiectis, sub poe-
na officij, & beneficii iniungatis,
vt praedictos fratres in Eccle-
sijs suis, ad opus Captiuoru', qui
duris, & diuersis cruciaminibus,
in vltamarinis partibus crucian-
tur praedicare, & eleemosynas
querere, iuxta quod eis Aposto-
lica Sedes indulfit, sine aliqua co-
tradictione permittant, salua
moderatione Concilij Genera-
lis, nec aliquid ab eis exigere, vel
extorquere praesumant. Si vero
de iam dictis Praesbyteris post
modum ad Audientiam vestram
quaerela peruenerit, in transgres-
sores praeepti nostri, iuxta mo-
dum culpa' veritate agnita, tali-
ter vindicetis, quod eos suae te-
meritatis poeniteat, & fratres
ipsi pro deffectu iustitiae non co-
gantur ad nostram praesentiam
laborare.

Peruenit praeterea ad Audien-

tiam nostram, quod si quando
parrochiani praedictis fratribus
de rebus suis quidquam in testa-
mento relinquunt, haeredes eo-
rum, & curatores, vel illi, qui res
illas poenes se habent ipsum le-
gatum eis soluere contradicunt;
qui grauem culpa' maculam con-
trahunt, & non mediocriter ocu-
los Diuinae Maieftatis offendunt,
quia ea, quae sanctis Dei Eccle-
sijs, & viris Religioni, & hone-
ftati deditis rationabiliter in te-
ftamento legantur temeritate
qualibet detinere praesumunt.
Vniuersitati vestrae per Aposto-
lica scripta mandamus, quate-
nus, si quando praedicti fratres,
apud vos quaerimoniam exinde
deposuerint, illos, quos vobis no-
minauerint, si vobis ita esse con-
fiterit, moneatis ardentius, &
districtius co'pellatis, vt ea, quae
praedictis fratribus sunt in testa-
mento legata, remoto appella-
tionis obstaculo, sine malitiosa
dilatione, absque diminutione
perfoluant, vel in praesentia ve-
stra (appellatione remota) exhi-
beant iustitiae co'mplementum.
Quod si monitis vestris parere
contempferint eos appellatione
cessante, vsque ad condignam sa-
tisfactionem excommunicationis
vinculo adstringatis. Datis
apud urbem veterem, idibus O-
ctobris, Pontificatus nostri an-
no tertio.

Bullarium Ordinis

SCHOLIA SERAPHINI.

I Vbet Pontifex sub num. 2. ne relicta, & legata in testamento, vel codicilijs, pro Redemptione Captiuorum ab hæredibus, vel possessoribus detineantur, sed ad restitutionem compellantur. Pro cuius concessionis explicatione aduertes. Primò, quod donata, seu relicta pro Redemptione, vel pia causa habent hipotecariam, dominiumque ipso iure in Ecclesiam, piumque locum transfertur. l. vltim. ad fin. cap. de sacros. Eccles. Gom. l. 50. Taur. num. 27. Couarru. lib. 1. variar. cap. 14. num. 14. Valasc. de iure emphyt. quæst. 4. num. 19. Tiraq. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 39. num. 1. Præterea vt hæc bona præscribantur contra Ecclesiã, requiruntur quadraginta anni in Auth. quas actiones, C. eodem. Couar. reg. possessor. 2. part. §. 2. à num. 3. Licet si res legata vltro alienetur, pereat legatum, vel rem legatam, ff. de adimend. legat. §. si rem. instit. de legat. fallit in legato piæ causæ relicto. Tiraq. de pia causa, priuileg. 41. Item licet legatum, si reperiatur inductum, seu deletum consulto, non debeat, l. 1. ff. de his, quæ in testam. delentur. l. si idem, ff. de legat. 1. si tamen propria causa relinquatur debetur. l. proxime §. fin. ff. de his, quæ in testam. delentur. Vbi Bart. & omnes, Tiraq. de pia causa, priuileg. 16. Tandem vt alia ommittamus legatum rei alienæ ignoranter non valet, nec quo ad æstimationem. l. non dub. §. vltim. ff. de legat. 3. §. non solum, instit. eodem, cum alijs; Valet tamen si fuerit relicto piæ causæ. Tiraq. de pia causa, priuileg. 66. Ex quibus, & alijs immerito hæredes, vel possessores relicta pro Redemptione retinebant, iubeturque restituere absque appellatione, & absque controuersia, per Prælatos, ad quos principaliter legati pij exequutio cõtra laicos pertinet; licet sit mixti fori, cap. relatum 1. vbi glos. 2. de testam. Greg. l. 7. tit. 10. pag. 6. glos. 1. Couar. num. 1. in cap. si hæredes de testam. Guter. pract. part. 1. quæst. 44.

Illud autem notandum, quod licet exequutio piæ causæ sit mixti fori: attamen incerta dispositio in pauperes, vel pro Redemptione, vel alio opere pio, si postea certificari debeat, iuxta l. si quis ad declinandam, l. id quod pauperibus, l. nulli, cap. de Episcopis, & Cleric. iunctis resoluti per Cost. in cap. si præter. 1. part. verb. *Pauperes*, à num. 2. Tiraq. de pia causa, priuileg. 56. priuatiue à solis Episcopis, & non à secularibus Magistratibus certificari debet, quales sint pauperes eligendi, vel Captiui redimendi. Auth. de Eccles. titulis, §. si autem pro Redemptione.

BONIFACII VIII.

BULLA SECUNDA.

SUMMARIVM BULLÆ

Ea continet, quæ Innocentij IV. Bulla 2. Alexandri IV. Bulla 2. Clementis IV. Bulla 3. & confirmat prædecessorum concessiones, mirisque laudibus Ordinem nostrum extolliendo, benefactoribus septimam partem pœnitentiæ, & sepulturam tempore interdicti; necnon & in Aduentum nostro Ecclesiæ interdictæ aperiantur, concedit.

BONIFACIUS Episcopus seruus seruorum Dei; vniuersis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Si iuxta sententiam sapientis inter tempus seminandi, discernimus, & mettendi, seminare debemus in terris, quod cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cœlis, faciēs nobis de mammona iniquitatis amicos, qui cū defecerimus, in æterna tabernacula nos admittant. Sic enim thesaurizamus nobis thesauros in Cœlo, vbi scilicet fures non effodiunt, nec furantur: sic terrena in cœlestia, & transitoria in aterna fœlici commertio commutamus. Licet autem indigentibus vniuersis aperire teneamur viscera charitatis: illis tamen specialius, & abundantius quodammodo debemus liberalitatis gratiam exhibere,

qui cum sint pauperes spiritu sponte subeunt onera paupertatis, vt pauperibus, & Captiuis possint copiosius subuenire, dū tanquam nihil habentes, & omnia possidētes volunt penuriam pati, & abundantiam habere; Vnde dum abundant pauperibus, sibi egent, & in se aliorum egestatem assumunt, vt ex indigentia liberalius ministrent hospitibus, Captiuis, & egenis. Hoc verò quamuis multi laudabiliter exequantur; illi tamen student laudabilius adimplere, qui Hospitalitati vaccantes, non solum recipiunt hospites, sed & subeunt, illud Profeticum exequentes: *Frangere esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam.* Hi enim cum pascunt esurientes, sitientes potant, colligunt hospites, nudos vestiunt, & non solum infirmos visitant: imò (quod laudabilius est) student quod

Bullarium Ordinis

quod dicit Beatus Ioānes in Euāgelio adimplere: *Maiorem charitatē nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Illa omnia exequūtur. Propter quæ Dominus in vltimo districtiōnis examine remuneraturum se bonos, & malos asserit puniturum.

Cum igitur dilecti filij Magister, & fratres Beatæ Eulaliæ Barcinonēsis, Ordinis sancti Augustini pro Redemptione Captiuorum, totis viribus elaborent, & ad transmarinas partes (pro Captiuis Christianis, qui à Saracenis diuersis tormentis, vt negent fidem Catholicam cruciantur redimendis) migrent, ibique se impignorent pro illis, & tam graui periculo se exponant. Vniuersitatē vestram, ad instar fœlicis recordationis Innocentij, Alexandri, Urbani, Clementis, prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificū, monemus, & hortamur in Domino, ac in remissione vobis iniungimus peccatorum, quatenus, vt cooperatores sitis operum pietatis, accedentes ad vos, eorumque nūcios benigne recipere, & honeste tractare curetis, eis grata subsidia, & pias elemosynas conferētes, vt quod Captiuis contuleritis, per manus eorum in terris, vobis, per manus Captiuorum thesaurizetis in Cœlis, cum Apostolo sentientes; *Quoniam qui parce seminat, parce, & mettet, & qui*

seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & mettet vitam æternam.

Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate, ac ea, quam Dominus nobis indulfit potestate confissi, omnibus, qui de facultatibus suis ipsis Captiuis subuenerint, annuatim, septimam partem iniunctæ poenitentiae relaxamus, auctoritate Apostolica statuētes, vt his, qui eorum fraternitatem assumpserint, si Ecclesiæ ad quas pertinent fuerint interdictæ, ipsosque in mori contigerit, nisi excommunicati, vel nominatim interdicti fuerint, ac etiam publici vsurarij, sepultura Ecclesiastica non negetur.

Statuētes insuper, vt si quis fratrum ipsorum, qui ad easdem fraternitates missi fuerint, vel collectas in quamlibet Ciuitatem, Castellum, vel Viccum interdictum aduenerint, in eorum iucundo Aduentu semel aperiantur Ecclesiæ annuatim, & campanæ pulsentur, & excommunicatis eictis, Diuina Officia celebrētur. *Date igitur elemosynam, vt omnia munda sint vobis, quoniam elemosyna à morte liberat, quia sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna peccato resistit.* Datis apud urbem veterem 13. Kalendas Nouembris, Pontificatus nostri anno tertio.

SCHOLIA SERAPHINI.

[Bi: *Maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat, Quis pro amicis suis.* Commendat Pontifex zelum Redemptorum, qui pro redimendis Captiuis, se ipsos in pignus tradunt, vt fatetur Pontifex ibi: *Se impignorent pro illis, & tam graui periculo se exponant.* Quod est quartum votum nostrae Profefsionis, propter quod Ordo noster caeteris perfectior est, declarante Calixto III. in quadam Bulla, de qua suo loco.

Ob quaerunt Monachi nostri non possunt ad alios Ordines, etiam strictiores transire, etiam cum Superioris Generalis voluntate, absque specialis Sedis Apostolicae licentia, nisi ad Cartusianos, ex decreto eiusdem Pontificis.

Secundo notabis, quod Pontifex relaxat septimam partem poenitentiae iniunctae, illis, qui Captiuis (hoc est) Captiuorum Redemptioni subuenerint, annuatim, de quo saepius dixisti in alijs Bullis, praecipue Innocentij IV. cōfratresq; cōcedit, vt tēpore interdicti se peliri possint; In quo notabis, quod ne neruus Ecclesiasticae disciplinae eneruetur, & potestas Ecclesiastica vilipendatur priuilegiū hoc, nō omnibus cōfratribus cōpetit; sed illis, qui Ordini sunt oblati mutato habitu saeculari, vel qui bona sua dederunt inter viuos eisdem regularibus, retento sibi, quamdiu vixerint vsufructu. Ita declarauit Innocent. III. in cap. vt priuilegia 24. de priuileg. vbi Innocentius num. 3. Abbas not. 1. & vult Couarru. in cap. Alma, 2. part. §. 2. num. 7. qui declarat in quibus Ecclesijs sint sepeliendi. Enriq. lib. 13. cap. 48. §. 3. Nauar. cap. 27. num. 181. & in Salmanticensi Academia ita declaratur, refert Collector in compendio, verb. *indulgentia*, quo ad saeculares sub num. 16.

Tertio notabis ex num. 4. quod in iucundo Aduentu Redemptorum tempore interdicti, semel aperiantur Ecclesiae annuatim, & cā panis pulsentur, & excommunicatis eiectis, Diuina Officia celebrentur, de quo dixisti in Bulla 2. Innocentij IV.

Modo aduertendum erit, quod non plures in anno, sed solum singulae in singulis locis aperiantur, dict. cap. vt priuilegia. Couarru. in cap. Alma, 2. part. §. 2. num. 7. vers. *Est & Templarijs.* Quod tamen priuilegium, vt iam aduertisti, cessauit per dictum cap. Alma, vbi glos. vltim. Abb. num. 2. in cap. vt priuilegia 24. de priuilegijs, de quo in num. sequenti.

Bullarium Ordinis

Quartò nota, quòd quamuis glos. vltim. per text. ibi. in cap. Alma mater, de sentent. excommunicationis, lib. 8. tenuerint priuilegium hoc, de quo in cap. vt priuilegia 24. de priuilegijs esse reuocatum sequanturque Collector, & Eman. citati in Bulla 2. Innoçentij IV. sub num. 3. Attamen cum Bonifacius in dict. cap. Alma non irritauerit priuilegia posterius data dict. glos. vltim. Enriq. lib. 13. cap. 48. §. 1. Valebit hoc priuilegium, si ab aliquo ex sequentibus Pontificibus fuerit concessum, vel reualidatum. Abb. in dict. cap. vt priuilegia, num. 2. Nam Bonifacius electus est anno 1292. Illefcas in Pontificali hist. 1. part. in Bonifacio, priuilegium hoc concessit anno 3. Pontificatus, edidit autem cap. Alma. anno 1300. Collector, verb. *interdictum tertio*, num. 8. not. 2. Vnde reuocatum fuit hoc priuilegium, per dict. cap. Alma. sed postea reualidatum, vt infra videbis.

BONIFACII VIII.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ

Nos, & nostra, sub Sedis Apostolicæ protectione suscipit.

BONIFACIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus domus sancte Mariæ Barcinonensis, de Misericordia Captiuorum, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam Ordo exigit rationis; vt id per sollicitudinē officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato cōcurrentes assensu, personas vestras, & locum, in quo sub cōmuni vita degitis, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis, (præstante Domino) poteritis adipisci, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus; specialiter autē terras, domos, possessiones, & alia bona vestra, sicuti ea omnia iuste, ac pacifice possidetis, vobis, & per vos domui vestræ auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio

com-

communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protestationis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datis Laterani, nonis Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

BONIFACII VIII.

BVLLA QVARTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1 *Commendatorem Agramontensem à violentia Episcopi Urgelensis liberat.*

COLLECTOR.

Piissimo viro fratre Petro Amerio 4. Magistro Generali, die 12. Junij anno 1301. in æternam caducam vitam commutante, fratres nostri æquites (quos laicos scriptores nostri appellant) in eam suspensionem acti sunt, vt putarent fratres Clericos, Magistrum Generalem Sacerdotali dignitate insignitum, velle creare. Vnde in præclarissima, Regiaque domo Podij Valentia; nullo iure, pro Comitibus Generalibus celebrandis, æquites congregati, fratrem Arnaldum Amer, Petri successorem designarunt, die 29. Septembris eiusdem anni 1301. Econtra verò fratres Clerici Fr. Guillelmo de Osuna, Barcinonensi Priore (cui legitime illud incumberebat) ad electionem conuocante, à Clericis, & paucis æquitibus electus est Barcinonæ sanctissimus Petrus Formica Sacerdos, die 18. mensis Octobris eodem anno 1301. Hinc primum Ordinis schisma, Prouincia Castellæ, Vandalia, & Valentia Arnaldum prosequente; Aragonia verò, Gottolanis, & Gallis Formicam: litè verò coram sanctissimo Bonifacio deducta, venerandus senex Formica sanctitatis opinione clarissimus, ante obtentam confirmationem, in foelitiorem vitam translatus est, die 25. Martij, anno 1302. Et licet post illius mortem à Clericis electus fuisset Barcinonæ grauissimus Fr. Raymundus Albertus, illiusque electionem confirmasset Bonifacius XV. Kalendas

Bullarium Ordinis

Octobris eiusdem anni. Tandem eadem confirmatione irrita facta, vniuersum ordinē eiusdē Pontificis auctoritate pacifice rexit Arnaldus; quia verò venerabilis Petrus formica secundū cōstitutiones Ordinis electus est, illum quintū, Magistrum Generalem placet appellare. Sextū verò Arnaldum æquitē, qui laicorum penultimus, non sine laude Ordinem fuit moderatus.

Dum ergò Ordo litibus, & iurgijs istis implicatus erat, quasi occasionē captans, nactusque Episcopus Vrgalensis, nostros vexationibus, & molestijs afficere incēpit, contra tot Pontificum diplomata (in grauissimam Dei iniuriam id cedere) tantientia, elemosynas ad Captiuorum Redemptionis, tantissimum opus petere impediuit. Et denique Commendatorem domus nostræ Agramontensis, sibi (nescio quibus in causis) subijci debere contendit, inuito quidem, & casu conato, vtpote iuris, vel alterius auctoritatis auxilio destituito.

Summus enim Pontifex Bonifacius partibus auditis, auctoritate Apostolica declarauit, præcepit, & ordinauit Commendatorem prædictum, ac fratres nostros, nulla ratione, titulo, vel causa debere esse Episcopo subiectos. Sub datis apud Lateranum, 5. idus Aprilis, Pontificatus sui anno octauo.

BONIFACII VIII.

BVLLA QVINTA.

COLLECTOR.

Pijssimus frater Raymundus Albertus, anno 1317. Primus auctoritate Apostolica Magister Generalis electus Clericorum; Religionis verò octauus post fratrem Arnaldum Rosigniolivltimum æquitum, vt postea dicemus: Captiuorum ardentissimo amore actus, ad vniuersos Archiepiscopos, & Episcopos, & venerabiles Abbates, & cæteros Ecclesiarum Prælatos, Epistolam direxit datam Barcinonæ die 2. Iunij anno 1319. in qua eos orabat humiliter, & exortabatur verbis charitate, & feruore plenissimis, vt fratribus pro pijsimo Redemptionis opere laborantibus, condolerent, eisque benignitatis suæ manus adiutrices porrigerent, necnon
vniuer-

vniuersis benefactoribus Ordinis nostri, & Captiuorum indulgentiarum, quæ illis suffragantur admonet, & ad beneficia Ordinis recipit, & omnium bonorum operum participes facit, recenset ergo fauores, & gratias benefactoribus nostris à Romanis Pontificibus indultas: scilicet ab Alexandro I V. vsque ad Bonifacium VIII. de quo ait.

SUMMARIUM BULLÆ.

- 1 *Item Dominus Bonifacius Papa VIII. in quodam privilegio nostro Ordini concesso, relaxat peccata venialia, & oblita, vota fracta, si ad ea non redierint, penitentias per impotentiam non adimpletas, transgressiones fidei, & iuramentorum, in quibus proximus non leditur, offensas patrum, & matrum, sine manuum iniectioe.*
- 2 *Item, si aliquid promisserint pauperes pro defunctis, siue Missas, siue alia, & cum ipsis fratribus conueniant, ab illis promissionibus sint totaliter absoluti.*
- 3 *Item, confirmat Dominus Bonifacius, quadragenas duodecim Cardinalium, & trium Patriarcharum, & Archiepiscopi sancti Iacobi.*

COLLECTOR.

Non refert autem Magister Generalis quo anno expedita Bulla fuit, nec exemplar eius ad me peruenit, ideò vltimo loco illam collocaui. Litteræ autem Magistri Generalis authenticæ leguntur, in quodam eorum, & aliorum litterarum Pontificum trasumpto, auctoritate Hugonis Auxij, Officialis Narbonensis, anno 1331. 14. Kalendas Martij confecto, quod Barcinonæ in nostro Conuentu adseruatur, vnde exemplar illius ad me transmissum fuit.

Post Bonifacium, in Sede Apostolica constitutus est Benedictus Decimus, dictus Vndecimus; fedit menses 8. dies 6. Illius autem nulla inuenio indulta: eidem verò succedit Clemens V. qui in Galliam Sedem transtulit, vbi mansit annis circiter septuaginta.



CLEMENS V.

anno 1305.

CLEMENTIS V.

BVLLA PRIMA.

SVMARIVM BVLLÆ.

- 1 *Exortatur ad eleemosynam faciendam.*
- 2 *Legata pro Redemptione Captiuorum relicta, nostris dare iubet.*
- 3 *Benefactoribus septimam partem iniuncta pœnitentia relaxat.*
- 4 *Dantibus cibaria, aut potum nobis, vel nostris nuntijs, si sint pœnitentes, & confessi ab omnibus peccatis facit immunes.*

CLEMENS Episcopus
feruus feruorū Dei. Vni-
uersis Christi fidelibus,
ad quos præsentis litteræ perue-
nerint, salutem, & Apostolicam
benedictionem. Vniuersitatem
vestram ad instar fœlicis recor-
dationis Gregorij, Innocentij,
prædecessorum nostrorum Ro-
manorum Põtificum, monemus,
ac exortamur in Domino, ac in
remissionem iniungimus pecca-
torum, quatenus cooperatores
sitis operum pietatis, acceden-
tes ad vos fratres, vel nuntios
sanctæ Eulaliæ Barcinonensis,
Ordinis sancti Augustini de Mi-
sericordia Captiuorum, eos be-
nigne recipere, ac honeste tra-

ctare curetis, eis grata charitatis
subsidia, & pias eleemosynas cõ-
ferentes.

Insuper vobis præcipimus,
quod si quis in Redemptionem
Captiuorum aliquid relinquat,
& non nominatim testator dixe-
rit, per quem debeat Redem-
ptio Captiuorum fieri, res huius
modi ad hoc relictas, quas solent
locorum Episcopi, & eorū æco-
nomi recipere ab hæredibus præ-
dictis, fratribus tradi, & per eos
pium opus impleri.

Nos autem de Omnipotentis
Dei misericordia, & Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorū eius
auctoritate confisi, & ea, quam
nobis Dominus indulgit potesta-
te,

te, omnibus, qui de suis facultatibus ipsis subuenerint, & in tam sancta fraternitate, statuerint se collegas, annuatim septimam in iunctæ pœnitentiæ partem relaxamus, auctoritate Apostolica. Datis Lugduni 15. Kalendas No- uembris, Pontificatus nostri an- no primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Pontifex, vt bona relicta pro Redēptione Captiuorū, quorum declaratio Episcopis cōpetebat priuatiue, ex aucth. de Ecclesiasticis titulis, §. si autem pro Redēptione, vt notasti in Bul- la 1. Bonifacij VIII. ad fin. tradantur fratribus Mercenarijs per hæ- redes, Episcoposve, & ita cessat ex hoc priuilegio Episcoporū mu- nus, & electio Captiuorum.

Concedit item, hospitibus Monachorum, in eleemosynarū opus pro Redemptione Captiuorum incumbentium, contritis, & con- fessis, qui illis cibaria, & potum administrant, absolutionem om- nium peccatorum. Simile priuilegium concessum est hospitibus mi- norum. Compend. minor. verb. *indulgentiæ*, quo ad seculares 4. nu- mer. 2.

Notabis autem maximè controuerti; vtrūm præcise requiratur confessio? An sufficiat contritio? Probabilius est non requiri con- fessionem, sed sufficere intentionem confitendi tempore debito, vel concedi iam confessis. Suar. 4. tom. ad 3. part. disput. 52. sect. 3. à num. 12.

CLEMENTIS V.

BVLLA SECVND A.

SVMMARIVM BVLLÆ.

I Ordinis lites componit, Magistrum Generalem equitem in temporali- bus, & Priorem Barcinonensem in spiritualibus præfecit: ubique nullū alium Generalem ex equitibus laicis eligi, sed Clericos omnes fore statuit.

Bullarium Ordinis

COLLECTOR.

Generali Magistro fratre Arnaldo Amerio æquite Podij Valentiaë existente, fratres æquites, præcipue Prouintiaë Castellæ, ibidem congregati in ipsius locum grauissimum virum fratrem Arnaldum Rosignioli suffecerunt, econtra obsistentibus fratribus Clericis, quorum caput erat frater Raymundus Alberti Prior Barcinonensis, sanctitate, & doctrina præstantissimus, qui cum in electione Arnaldi nulla ratione fuisset constitutionis forma seruata, ad sanctissimum orbis Pontificem, rem detulit. Clemens verò ad lites & controuersias sedendas, statuit fratrem Arnaldum Rosignioli in temporalibus officio Magistri Generalis fungi debere. Priorem verò Barcinonensem, fratrem Raymundum in spiritualibus vniuersum Ordinem moderari. Mortuo tamen Rosignioli deinceps perpetuis futuris temporibus vnum solum Magistrum Generalẽ eligi iussit, qui necessario esset frater Clericus, cui omnimoda, & totalis, tã in spiritualibus, quàm in temporalibus incumberet iurisdictio. Sub datis Pisanis 2. idus Februarij anno Dñi 1308. Pontificatus sui anno 3.

CLEMENTI SVCCEDIT

Ioannes XXI. dictus XXII.

anno 1316.

COLLECTOR.

IOANNIS Pontificis Maximi, anno secundo, ad maiorem Dei gloriam, & totius Ordinis nostri incrementum, Christi Domini in terris Vicario, prudentissime id statuente: æquites Ordinis nostri Magistratu Ordinis Generali abdicati fuere, postquam annis 99. à fundatione mirabilis regiminis habenas tenuerunt. Defuncto enim fratre Arnaldo Rosignioli equite mense Maij anno Dñi 1317. Conuocatis Comitijs Generalibus centũ & quatuordecim electores, maiori ex parte, Clericũ fratrem Raymundũ Albertũ, iuxta constitutionem Clementis, Magistrũ Generalem Clericũ primũ ex ordine; Ordinis verò octauus designarunt. Cæterum eodem tempore
septua-

septuaginta electores æquites in fratrem Berengarium de Hostalesio suffragia contulerunt, tunc verò summus Pontifex, causa cognita ex fratrum suorum Cardinalium consilio ista statuit.

IOANNIS XXI. DICTI XXII.

BVLLA PRIMA.

SUMMARIUM BVLLÆ.

I Primò, utramque electionem casavit; nullius esse roboris declaravit; Primo, quia septuaginta electoribus venientibus facta est. Secundo, quia contra sui prædecessoris præceptum. Insuper ne Religio Pastore destituta maneret, Motu proprio, & certa scientia in Magistrum Ordinis in spiritualibus, & temporalibus designavit fratrem Raymondum Albertum. Datus Avinioni 15. Kalendas Decembris eiusdem anni 1317.

IOANNIS XXII.

BVLLA SECVND A.

SUMMARIUM BVLLÆ.

I Confirmat privilegia Pontificum, & Regum.

IOANNES Episcopus servus servorum Dei; dilectis filiis Præceptori domus sanctæ Mariæ Tolosanæ de Mercede Captiuorū, salutē, & Apostolicam benedictionē. Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentiū præcibus favore benevolū impartiri. Ea propter dilecti in Dño filij, vestris iustis postulationibus grato con-

curretes assensu, omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per privilegia, vel alias indulgentias vobis, & domui vestræ concessas; necnon libertates secularium exactionū à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus, rationabiliter vobis & domui vestræ prædictæ indultas, sicuti ea iuste, & pacifice

Bullarium Ordinis

obtinētis vobis, & per vos eidē domui auctoritate Apostolica cōfirmamus, & præsētis scripti patrociniō communimus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ confirmatiōis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-

tem hoc attentare præsumpserit indignationem Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Auinioni 6. Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno secundo.

SCHOLIA SERAPHINI.

DVm Pontifex se remittit ad illam possessionem: sicut ea iuste, & pacifice obtinetis. Quamuis titulus à principio fuerit nullus, atamen hæc confirmatio licet sit in forma communi, cum prædicta clausula iustam præbet præscribendi causam. Rebuf. de decimis, quæstion. 13. numer. 90. vt diximus in Bulla 2. Gregorij IX. ad fin.

I O A N N I S X X I I .

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Confirmat Bullam 2. Clementis V.

COLLECTOR.

VEhementer angebantur fratres æquites, ægreque ferebant fratres Clericos, perpetuo Magistratum Ordinis potituros. Eoque dolore acti Pontificem maximum itidem interpellarunt, qui re (Arnaldo de Via, Cardinali sancti Eustachij, ipsi ex sorore nepoti) commissa, eoque audito confirmavit de verbo, ad verbū, Clementis V. Bullam 2. in fauorem Clericorum concessam. Similiterque robur addidit electioni fratris Raymundi Alberti supplendo omnes, & quoscumque defectus, si qui in ea commisi fuissent, præcipiendo expressse, vt sine cōtradictione à totius Ordinis fratribus quacumque dignitate præditis, siue Clericis, siue laicis obedientia ei, vt legitimo, & vniuersali Religionis Prælato in spiritualibus, & temporalibus

ralibus praestaretur. Et denique sub grauiibus poenis electoribus in-
iunxit, vt perpetuis futuris temporibus Clericum, fratrem, &
non laicum eligerent, cum clausulis efficacissimis, & decreto irri-
tanti. Datis Auinione nonas Iunij, Pontificatus anno 2.

IOANNI SVCCEDIT BE-
nedictus XI. dictus XII.

anno 1334.

BENEDICTI XII.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLAE.

1 *Confirmat priuilegia Pontificum, & Regum.*

BENEDICTVS Epif-
copus seruus seruorum Dei,
dilectis filijs Magistro, &
fratribus domus sanctae Eulaliae
Barcinonensis, Ordinis sancti Au-
gustini, salutem, & Apostolicam
benedictionem. Solet annuere
Sedes Apostolica pijs votis, &
honestis petentium praecibus fa-
uorem beneuolum impartiri. Ea
propter dilecti in Domino filij,
vestris iustis postulationibus gra-
to concurrentes assensu, omnes
libertates, & immunitates a pra-
decessoribus nostris Romanis
Pontificibus, siue per priuilegia,
vel alias indulgentias vobis, vel
domui vestrae concessas, nec non
libertates, & exemptiones secu-
larium exactioinum a Regibus,
& Principibus, & alijs Christi
fidelibus rationabiliter vobis, &
domui praedictae indultos, sicuti
ea omnia iuste, & pacifice obti-
netis, vobis, & per vos eidem do-
mui auctoritate Apostolica con-
firmamus, & praesentis scripti
patrocinio communimus. Nulli
ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostrae confirma-
tionis infringere, vel ei ausu te-
merario contraire. Si quis au-
tem

Bullarium Ordinis

tem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se no-

uerit incursum. Datis Auinionibus Martij, Pontificatus nostri anno sexto.

BENEDICTO SVCCEDIT Clemens VI. anno

1342.

CLEMENTIS VI.

BVLLA PRIMA.

SVMARIVM BVLLÆ.

- 1 *Hortatur ad eleemosynam faciendam.*
- 2 *Benefactoribus unum annum & quadraginta dies concedit ad 20. annos.*

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quoniã, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, siue bonũ fuerit, siue malum oportet nos diem missionis extremæ operibus misericordie præuenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod cum multiplicato fructu

recolligere valeamus in Cœlis, firmam spem, fiduciamque tenentes: *Quoniam, qui parce seminat, parce, & mettet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & mettet vitam æternam.* Cùm itaque sicut accepimus per dilectos filios Magistrum, & fratres domus sanctæ Mariæ de Mercede Captiuorum Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini; Christiani, qui pro tempore ab inimicis Christianæ fidei detinentur, consueuerunt actenus redimi, fue-

fueritque ipsa domus pro Redemptione huiusmodi instituta, & de praesenti nonnulli Christiani, de diuersis mundi partibus, à praedictis inimicis detinētur Captiui, ad quorum liberationem, Christi fideiū eleemosynae sunt plurimum opportunae. Vniuersitatem vestram rogamus, mone-mur, & hortamur attente, in remissionem peccaminum vobis nihilominus iniungentes, quatenus de bonis vobis à Deo collatis, pro Redemptione Captiuorum eis pias eleemosynas, & gratae charitatis subsidia erogetis, vt per subuentionem huiusmodi praerati Captiui valeant redimi,

& vos per haec, & alia bona, quae inspirante Domino feceritis ad aeterna possitis foelicitatis gaudia peruenire.

Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorū, eius auctoritate confissi, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui pro Redemptione huiusmodi eleemosynas, & subsidia erogauerint, vnum annum & quadraginta dies, de iniunctis sibi pœnitentijs, misericorditer relaxamus, praesentibus post viginti annis minime valituris. Datis Auinioni secundo idus Iulij, Pōtificatus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit aliquas indulgentias, litteris post viginti annis minime valituris. In quo aduerte, quod cum Bullae Pontificum habeant vim legis, perpetuoque durent, vt resoluiisti in proœmio harum Bullarum, in fine. Haec limitata concessio operatur, vt intra hos annos habeat vim, vt priuilegia legis. Et ideo retinet haec concessio illud perpetuitatis genus, quod est non dependere à vita concedentis, nā si intra illud tempus deficeret: nihilominus vsque ad viginti annos concessio duraret. Gom. in Bull. cap. 5. num. 2. Enriq. lib. 7. cap. 21. 4. ad fin. Suar. de legib. lib. 1. cap. 10. num. 16. Vbi resoluit id solum Summo Pontifici, & non inferiori competere.

CLEMENTIS VI.

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Concedit omnibus fidelibus, qui fratribus nostris eleemosynam ad va-
lorera

Bullarium Ordinis

*lorem duorum florennorum dederint, si semel peccata confiteantur sanctam
Etamque sinaxim acceperint plenariam indulgentiam gratia specialis,
dummodo sint confratres in confraternitate nostra Religionis.*

CLEMENS Episcopus
feruus feruorum Dei. Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes litterae peruenerint, &c. Licet indignus vniuersis aperire teneamur viscera charitatis, illis tamen specialius, & abundantius quodammodo liberaliter debemus gratiam exhibere, qui cum sint pauperes spiritu sponte. Subeunt onera paupertatis, ut pauperibus possint copiosius subuenire. Cum igitur dilecti filij Magister, & fratres Ordinis Beatae Mariae de Mercede Captiuorum, pro redimendis Captiuis de manibus Saracenorum, totis viribus elaborant, & ad hoc exequendum suae facultates minime valeant, nisi Christi fidelium elemosynis adiuuentur, monemus vniuersitatem vestram, & hortamur in Domino, quatenus cooperatores sitis operum pietatis, cum Apostolo sentientes: *Quoniam qui parce seminat, parce, & mettet, & qui in benedictionibus seminat, de benedictionibus, & mettet vitam aeternam.* Nos de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, ac ea quae Dominus nobis indulsit, potestatem confissi, omnibus, &

singulis, qui de bonis suis à Deo collatis duos florennos auri Aragoniae, vel praetium aequiualens, dicto Ordini contulerint, pro solutione quarundam exactioinum quas dicti Sarraceni Christi fidei iniuncti à Redemptoribus dicti Ordinis, postquam empti sunt fideles Christi, qui in potestate eorum capti miserabiliter detinentur, pro vnoquoque iniuste exigunt, ut persoluant, dummodo de peccatis suis corde contriti fuerint, & ore confessi, concedimus, quod confessor idoneus, quem ipsi benefactores duxerint eligendum, omnium peccatorum suorum, plenariam remissionem concedere valeat de gratia speciali. Si tamen dicti benefactores in sua sancta fraternitate statuerint se collegas, & beneficia dicti Ordini praestiterint annuatim, vel alias ad discretionem praedicti Magistri Generalis, siue Commendatorum, vel fratrum eiusdem Ordinis. Nulli vero omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessioinis, & indulgentiae infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli

Pauli Apostolorum eius se noue sanctū Petrū 3. idus Maij, Pontificatus nostri anno 3.
 rint incurfurū. Dat. Romae apud

BVLLA QVARTA.

CLEMENTIS VI.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLAE.

I Confirmat priuilegia Pontificum, & Regum.

CLEMENS Episcopus seruus seruorū Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus Domus Ordinis Beatae Mariae de Mercede Captiuorum Barcinonensis, salutem, & Apostolicam benedictionē. Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petitionum precibus fauorem beneuolum compartiri. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, siue alias indulgentias, vobis, & domui vestrae concessas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum à Regi-

bus, & Principibus, & alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis, & eidem domui vestrae indultas, sicuti ea iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos, & eidem domui, auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communitimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginā nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incurfurum. Datis Auinionis, secundo Kalendas Martij, Pontificatus nostri anno secundo.



Bullarium Ordinis

CLEMENTIS VI.

BVLLA QVARTA.

SUMMARIUM BVLLÆ.

- E** Hortatur ad eleemosynam faciendam:
B Benefactoribus centum dies indulgentiæ concedit.

CLEMENS Episcopus
seruus seruatorū Dei. Vni-
uersis Christi fidelibus
præsentes litteras inspecturis, sa-
lutem, & Apostolicam benedi-
ctionem. Quoniam, vt ait Apo-
stolus: omnes stabimus ante tri-
bunal Christi recepturi, prout
in corpore gessimus, siue bo-
num fuerit, siue malum, oppor-
tet nos diem mensuræ extremæ
misericordiæ operibus præue-
nire, ac æternorum intuitu se-
minare in terris, quod reddente
Domino cum multiplicato
fructu recolligere debeamus in
Cœlis, firmam spem, fiduciam-
que tenentes: : *Quoniam qui parce
seminat, parce, & mettet, & qui se-
minat in benedictionibus, de benedi-
ctionibus, & mettet vitam aternā.*
Cum itaque, sicut accepimus
dilectis filijs Magistro, & fra-
tribus Ordinis sanctæ Mariæ de
Mercede Captiuorum, tam pro
eorundem Magistri, & fratrum
sustentatione, quam pro dicto-
rum Captiuorum Redemptione,
propriæ nõ suppetant facul-

tates. Nos eorundem Magistri
& fratrum supplicationibus in-
clinati. Vniuersitatem vestram
monemus, & hortamur in Do-
mino, vobis in remissionem pec-
caminum iungentes, quatenus
de bonis vobis à Deo collatis,
pias eis, maximè pro ipsorū Ca-
ptiuorum Redèptione, eleemo-
synas, & gratia charitatis subsi-
dia erogetis, vt per vestram eius-
modi subuentionem, eorum ino-
pie, & dictorum Captiuorū Re-
demptioni etiã consulatur, vos-
que per hæc, & alia bona, quæ
Domino inspirante feceritis pos-
sitis ad æternæ fœlicitatis gau-
dia peruenire.

Nos enim de Omnipotentis
Dei misericordia, & Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorū eius
auctoritate confissi omnibus ve-
rè pœnitentibus, & confessis, qui
de bonis sibi à Deo collatis, piæ
eleemosynas erogauerint centū
dies de iniūctis pœnitentijs eis mi-
sericorditer relaxamus. Præsentes
autē litteras mitti per quæ-
stuarios districtius inhibemus,
eas,

eas, si secus actum fuerit, carere
viribus decernentes. Datis Au-
nioni die decimasexta Kalend.
Nouembris, Pontificatus nostri
anno tertio.

COLLECTOR.

CLEMENTIS VI: extat Bulla ꝑ. quæ ea continet ad
verbum, quæ huius Pontificis Bulla secunda. Datis Auinio-
ni, quarto idus Martij, Pontificatus sui anno quarto.

CLEMENTIS VI.

BULLA SEXTA.

SUMMARIVM BVLLE.

*Declarat fratres nostros, non intelligi nomine quæstorum, quos Cle-
mens V. prohibuit: imo benefactoribus concedit singulis diebus, usque
ad unum mensem, unum annum & quædraginta dies.*

CLEMENS Episcopus
seruus seruorū Dei. Vni-
uersis Christi fidelibus,
præsentes litteras inspecturis, sa-
lutem, &c. Non obstantibus Cō-
stitutionibus, olim per Dominū
Clementem bonæ memoriæ Pa-
pam V. in Viennensi Concilio de
quæstoribus factis, quæ incipiūt:
Abusionibus, &c. Quia isti non
sunt quæstores, sed Religiosi, sa-
crum habitū portantes, nostros
fratres Christianos redimentes,
quare indulgentias eis concessas
volumus, & concedimus, &c.
Nos de Omnipotentis Dei mi-
sericordia, & Beatorum Petri,
& Pauli Apostolorum, eius au-
toritate confisi, omnibus bene-
factoribus dicti Ordinis, & Re-
demptionis singulis diebus, usque
ad unum mensem, unum annum
& quædraginta dies de iniunctis
sibi pœnitentijs, misericorditer
in Domino relaxamus. Nulli er-
gō omnino hominū liceat hanc
paginam nostræ voluntatis, con-
cessionis, & relaxationis infrin-
gere, vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autem hoc atten-
tare præsumpserit, indignationē
Omnipotentis Dei, & Beatorū
Petri, & Pauli Apostolorū eius,
se nouerit incurсурū. Datis Au-
nioni quinto nonas Octobris, Pō-
tificatus nostri anno quarto.

SCHO-

Bullarium Ordinis

SCHOLIA SERAPHINI.

DE quæstoribus dixisti in Bulla 2. Nicolai III. Adde Auiles de Prætoribus, cap. si. Zerol. verb. *Quæstores*, pag. 1. Azeued. lib. 1. tit. 9. & lib. 3. tit. 6. l. 37. recopilat. Caned. ad sext. collect. 9. Barbof. ad Trident. sess. 21. cap. 9. de reformat. & nota ex Bulla hac, quod nostros quæstores eleemosynarum approbat.

CLEMENTI SVCCEDIT Innocentius VI. anno

1352.

INNOCENTII VI.

BVLLA PRIMA.

SVMARIVM BVLLÆ.

1 Confirmat Pontificum, & Regum privilegia.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Magistro, & fratribus domus Beatæ Mariæ Captiuorum Barcinonensis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam Ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem nostri officij ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, siue alias indulgentias vobis, & domui vestræ indultas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum à Regibus, & Principibus, seu alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis, & domui prædictæ

dictæ concessas, sicuti eas iuste, & pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem domui, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere,

vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Avinionis, quarto Kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

SVB INNOCENTIO VI.

BVLLA SECVNDÆ.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1 Cardinali Legatus concedit, vt in Ecclesijs, & cæmeterijs plurimum Monasteriorum Prouincie Castellæ, corpora defunctorum sepeliantur.

GVILLEMVS permissiõne Diuina sanctæ Mariæ in Cosmedim, Diaconus Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus. Dilectis nobis in Christo, Commendatori, & fratribus domus sanctæ Mariæ de Mercede Captiuorum Hispanensis, salutẽ in Domino. Ad ea quæ in commodum eorum, qui contra hostes Christianæ fidei dimicantes, Captiui per ipsos hostes detinentur, ac ad eorum Redemptionem continuo infudatium redũdare, cognoscimus libenter conuertimus aciem nostræ mentis. Attendẽtes itaque quod ad ipsorum Captiuorum Redemptionem huiusmodi assidue anhelantes, vigilias in hoc

impenditis pro viribus, & labores, vos, & Ecclesias vobis subiectas illa gratia prosequi volentes, per quam ad præmissa reddi promptiores possitis, ac Christi fideles ad suas, pro Redemptione huiusmodi largiendũ eleemosynas, fortius animentur, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vt liceat vobis in vestris videlicet; Sanctæ Mariæ Hispanensis, & sanctæ Mariæ Corduensis, ac sanctæ Eulaliæ de Lorca, ac sanctæ Mariæ del Puig, in Murcia, ac sanctæ Eulaliæ in Lorca Grenensis, & Cartaginensis Dioccesum, ac sanctæ Catherinæ Toletanæ, ac Beati Antolini in Guadalfaxara, ac sanctæ Mariæ in Huete Conchenfis

Bullarium Ordinis

chenfis Diceceſis, ac ſanctæ Maria de Algecira Eccleſijs, & cæmeterijs earundem, corpora illorum fidelium, qui in ipſis Eccleſijs, & cæmeterijs ſuam elegerint ſepulturam tradere, & tradi facere libere Eccleſiaſtica ſepulturæ: iure tamen Eccleſiarum Parrochialium, & alterius cuiuslibet ſemper ſaluo, diſcretionis veſtræ auctoritate qua fungimur, de ſpeciali gratia tenore præſentium indulgemus. Null

ergo omnino hominũ liceat, hæc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datis Hiſpali idibus Decembris, Põtificatus in Chriſto, Patris, & Domini noſtri Domini Innocentij, Diuina Prouidentia Papæ VIII. anno quarto.

COLLECTOR.

Indultum hoc tranſcribi, & publicari mandauit Seguinus Abbas ſancti Tiberij, Ordinis ſancti Benedicti, prædicti Domini Guillelmi Cardinalis, Sedis Apoſtolicæ in Regnis Caſtellæ, & Legionis Legati Generalis Auditor, Hiſpali die trigeſima Decembris anno milleſimo trigeſimo quinquageſimo ſeptimo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Hæc Bulla non eſt Innocentij, ſed Cardinalis Legati Guillelmi. Notabis Legatorum triplicem eſſe ſpeciem, alij ſunt Legati nati, qui cum Archiepiſcopatus dignitate eo ipſo creantur, ſeu naſcuntur, cap. 1. de officio Legati: Alij dicuntur miſi; hi ſunt Legati, non Cardinales, qui mittuntur à Pontifice ad aliquod negocium, Prouinciamve, vt ſolent eſſe Nuntij Apoſtolicæ. Alij tandè ſunt Legati de Latere, & hi ſunt Cardinales, qui de Latere Pontificis mittuntur, c. 1. de officio Legat. in 6. Lancelot. Conrad. in temp. Iudicum, lib. 2. c. 3. §. 3. à n. 10. Gambarà de offic. Legat. in principio, lib. 1. à n. 8. Monet. de conſeruat. c. 4. n. 24. cum ſeq. Legatus de Latere cum ſit ordinarius, c. 2. de off. Legat. in 6. Gam. decif. 353. n. 1. Roland. cõf. 46. in princ. lib. 1. Eius ſtatuta ſunt velut leges, durantq; perpetuo; etiam poſt eius diſceſſum, vel deceſſum, cap. fin. de off. Legati, vbi gloſ. verb. *ſtatuta*, recepta ex Nauar. in §. Leuitico, not. 31. à num. 25. & in cap. placuit, num. 16. 4. de pœnit. diſtinct. 6. Idecque hæc
Bulla

Bulla perpetuam habet legis firmitatem. Nauar. cap. 27. num. 74. sicut de Bullis Summorum Pontificum resoluiti in proemio numer. fin.

INNOCENTIO SVC-

cedit Vrbanus V. anno

1326.

V R B A N I V.

BVLLA PRIMA.

SUMMARIUM BULLAE.

1 *Confirmat priuilegia Pontificum, & Regum.*

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus domus Beatae Mariae de Mercede Captiuorum Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor aequitatis, quam Ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes as-

sensu, omnes libertates, & immunitates a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, vel alias indulgentias vobis, & domui vestrae concessas, necnon libertates, & exemptiones secularium ex actionum a Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis, & domui praedictae indultas, sicuti eas iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem domui auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communitus. Nulli ergo

Bullarium Ordinis

ergo omnino hominū liceat, hāc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, &

Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Avinionis, octavo Kalendas Nouembris, Pontificatus nostri anno primo.

V R B A N I V.

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- I *Concedit fratribus nostris Sacerdotibus, ad infideles declinantes facultatem audiendi confessiones fidelium ibi de gentium, & absoluenā à peccatis, nisi fuerint Papa reseruata.*

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Captiuorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Votis vestris, illis præsertim, quæ salutem animarum respiciunt libenter annuimus, & fauorem beneuolum impartimur. Cum itaque nuper accepta pro parte vestra petitio continebat, sæpe contingere aliquos ex fratribus vestris ad partes vltimarinas, & cæteras, quæ per Sarraenos, & alios infideles detinentur, pro redimendis fidelibus Christianis ibidem captiuis declinare. Nos ad ea, quæ ad fidelium ipsorum spiritualem consolationem, & profectum animarū ex-

dere valeant desiderabiliter intendentes; vestris in hac parte supplicationibus inclinati singulis vestrum, qui videlicet in Præsbyteratus Ordinem fuerint constituti, quamdiu pro præmissis ibi moram traxerint, audiendi quoties fuerit oportunum, confessiones fidelium eorundem, et à non Redemptorū, & huiusmodi confessionibus diligēter auditis, pro commissis debitum fidelibus ipsis absolutionem impendendi, & iniungendi pœnitentiam salutarem, nisi fortè talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica sit merito consulenda, plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Datis Avinionis, tertio Kalendas Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

SCHO-

SCHOLIA SERAPHINI.

CONcedit fratribus Redēptoribus ad infideles declinantibus pro Redemptione Captiuorum, vt si sint Sacerdotes possint absoluerē Captiuos, etiam non redemptos, ab omnibus peccatis, nisi talia fuerint, propter quæ Apostolica Sedes sit consulenda. Nicolaus vero IV. concessit fratribus Ordinij Prædicatorum in terris infidelium existentibus, vt possint dispensare cum irregularibus partium illarum in casibus, in quibus solent Legati Sedis Apostolicæ, ac etiã cum Clericis ipsarum partium patentibus de defectum Nataliũ: dum modo non sint de adulterio, vel incestu, aut de regularibus procreati: refert Collector, verbũ *dispensatio*, num. 2. Quo priuilegio per cõmunicationem fratres nostri ad terras infidelium declinãtes, etiam gaudent: casus autem, in quibus Legati dispensare possint, possunt colligi ex Gamar. in tract. de officio Legati. Quid autem significant verba illa: *Nisi talia sint propter quæ Sedes Apostolica sit consulenda*. Explicas infrã Bulla 2. Iulij II.

VRBANO SVCCEDIT
Gregorius XI. anno 1371.

Hic Pontifex magna Christiani orbis (vna Gallia excepta) lætitia Sedem Apostolicam in urbem Romam reuocauit anno 1376.

G R E G O R I I XI.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

I Confirmat priuilegia Pontificum, & Regum.

GREGORIVS mus Sanctæ MARIÆ de
Episcopus feruus fer- MERCEDE Captiuorum Bar-
uorum Dei. Dilectis cinonensis, salutem, & Apo-
filijs Magistro, & fratribus do- stolicam benedictionem. Cum

Bullarium Ordinis

à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam Ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, siue per alias indulgentias, vobis, & domui vestræ concessas: necnon libertates, & exemptiones secularium exactio- num à Regibus, & Principibus, & alijs Christi fidelibus vobis, & ei-

dem domui rationabiliter indul- tas, sicuti ea iuste, & pacifice ob- tinetis, vobis, & per vos eidem domui confirmamus, & præsen- tis scripti patrocinio communi- mus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ con- firmationis infringere, vel ei au- su temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpse- rit, indignationem Omnipoten- tis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se no- uerit incursum. Datis Avinio ni, idibus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

GREGORII XI.

BVLLA SECVNDA.

SVMARIVM BVLLÆ.

Tres conservatores deputat, qui bona nostra ab iniuste detentoribus reuocent, & alias iniurias propulsent ad triennium.

GREGORIVS Epif- copus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs sancti Benedicti de Bagijs, & Fugensi, ac de Montaragoniæ. Vicensis Appanuarum, & Oscensis Diocesis, Monasteriorum Abbati- bus, salutem, & Apostolicam be- nedictionem. Militanti Ecclesiæ, licet immeriti disponente Do- mino, Præsidentes, circa Curam Ecclesiarum, & Monasteriorū omnium solertia reddimur inde- fesa solliciti, ut iuxta debitū Pa- storalis officij eorū occurramus dispendijs, & profectibus (Diui- na cooperante clemētia) salubri- ter intēdamus. Sane dilectorū fi- liorū Magistri, & fratrum domus S. Mariæ de Mercede Captiuorū Barcinonēsis, Ordinis sancti Au- gustini cōquestioni percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, alijque Ecclesiarū Præ- lati,

lati, & Clerici, ac Ecclesiasticæ personæ, tam religiosæ, quam seculares; necnō Duces, Marchiones, Comites, Barones nobiles, milites, & laici, communia Ciuitatum, vniuersitates opidorū, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, & aliæ singulares personæ Ciuitatum, & Diocesium, & aliorum partium diuersarum occuparunt, & occupari fecerunt Castra, Villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, iura, & iurisdictiones: necnon fructus, census, redditus, & prouentus, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, spiritualia, & temporalia ad Magistrum, & fratres, & domum prædictā spectantia, & ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium, vel fauorem. Nonnulli etiam Ciuitatum, & Diocesium, ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere nō formidant, eisdem Magistro, & fratribus, super prædictis Castris, & Villis, & locis alijs, terris, domibus, possessionibus, iuribus, iurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, prouentibus eorundem, à quibuscunque alijs bonis mobilibus spiritualibus, & temporalibus, & alijs rebus ad eisdem Magistrum, & fratres, ac domum (vt præfertur) spectantibus multiplices iniurias, & molestias inferunt. Quare dicti Ma-

gister, & fratres nobis humiliter supplicarunt, vt cū eis valde red datur difficile pro singulis quarrelis ad Apostolicam Sedem habere cursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, iniuriatores huiusmodi, illo volentes eisdem Magistro, & fratribus remedio subuenire, per quod compescatur ipsorum temeritas, & alijs additus committendi similia præcludatur. Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, (etiam si sit extra loca in quibus deputati estis conseruatores, & iudices) præfatis Magistro, & fratribus efficacis defensionis præsidio assistentes, nō permitatis eosdem super his, & quibuslibet alijs bonis, & iuribus ad Magistrū, & fratres, ac domum prædictos spectantibus, ab eis quibusuis alijs molestari, vel eis grauiamina, vel dāna, seu iniurias irrogari facturis dictis Magistro, & fratribus (cū ab eis, vel procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti) de prædictis, & alijs personis quibuslibet, super restitutione huiusmodi Castrorum, Villarum, terrarū, & aliorum locorum iurisdictionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium, reddituum, quoque;

Bullarium Ordinis

& prouentuum, & aliorum quorumcunque bonorum; necnō de quibuslibet molestijs, iniurijs, atque damnis, præsentibus, & futuris; in illis uidelicet, quæ iudicalem requirunt indaginē summaria, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, in alijs uero, pro ut qualitas negotij exegerit iustitiæ complementum, occupatores, seu detētores, præsumptores, molestatores, & inuitatores huiusmodi; necnon contradictores quoslibet, & rebelles cuiuscunque dignitatis status, ordinis, vel conditionis extiterint, quando cunque, & quotiescunque expedierit, auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticā (appellatione postposita) compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachijs secularis. Nō obstantibus tā foelicis recordationis Bonifacij Papæ VIII prædecessoris nostri litteris (in quibus cauetur ne aliquis extra suam Ciuitatem, & Diœcesim, nisi in certis expræsis casibus, & in illis ultra vnam dietam à fine suæ Diœcesis in iudiciū euocetur, seu ne iudices, & conseruatores à Sede deputati prædicta, extra Ciuitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, siue alio, siue alijs vices suas committere, vel aliquos ultra vnam dietam à fine Diœcesum eorum trahere præsummant dūmodo

ultra duas dietas aliquid auctoritate præsentium non trahatur, seu quod de alijs, quàm de manifestis iniurijs, & violētis, & alijs quæ iudicialē exigunt indaginē, pœnis in eos, si secus egerint, & in id procurantes à dictis conseruatoribus illatis se nullatenus intromittant) quam alijs quibuscunque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de iudicibus delegatis, & conseruatoribus, quàm de personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ nostræ possent in hac parte iurisdictioni, aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare. Seti si aliquibus communiter, vel distinsim à dicta Sede sit indultū, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra, vel ultra circa loca ad iudiciū euocari nō possint, per litteras Apostolicas, nō facientes plenam, & expræssam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & quolibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quā præsentibus non expræssam, vel totaliter nō insertam, nostræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impedire, & de qua, eiusque toto tenore habenda de verbo ad verbum sit

in nostris litteris mentio specialis. Cæterum volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per aliū inchoatum, quāuis inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus, quodque à data præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum in præmissis omnibus, & eorum singulis ceptis, vel nõ ceptis, præsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictio attributa vigore, eaque firmitate positis in præmissis omnibus ceptis, & non ceptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram nobis cepta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis, per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitissent, constitutione prædicta super conseruatoribus, & qualibet alia in cõtrarium edita non obstante, præsentibus post triennium minime valituris. Datis apud Villanouam Auinionensis Diocesis, sexto idus Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Summus Pontifex certos Abbates pro conseruatoribus, & iudicibus in fauorem nostri Ordinis, cum limitatione ad triennium; de quorum conseruatorum officio multa occurrerent disputanda, nisi hæc concessio iam spirasset, de quo infra disputabimus in Bulla 5. Benedicti XIII. & in Bulla 2. Alexandri VI.

Attamen offertur difficultas, quæ hic disputanda erit: vtrum conseruatores debeant esse iudices synodales. In quo resoluendum est, quod conseruatores Regularium, non sunt necessario eligendi de iudicibus synodalibus. Nec obstat ordinatio Clementis VIII. edita anno 1591. die 19. Martij, qua cautum est, vt conseruatores quorumcunque Conuentuum, Capitulorum, militiarum, Vniuersitatum, Collegiorum, Ordinum, Monasteriorum, ac piorum locorum, quantumuis exemptorum, præter qualitates requisitas à Bonifac. VIII. in cap. *Statutum*, de rescript. in 6. sint etiam in Concilijs Prouincialibus, aut Diocesanis deputati, cuius copiam refert Monet. de conseruatorib. cap. 5. num. 145.

Respondetur namque primo, quod prædicta ordinatio est regula Cancellariæ Apostolicæ, vt ex ipsa constat, quæ dum durat habet vim legis Cusador. decis. 31. tit. de regul. Cancel. Capella vbi additio. 445. Gom. in reg. Cancel. in proœmio, quæst. 2. per totam: regula

Bullarium Ordinis

gulae autem Cancellariae per mortem Pontificis expirant. Gom. d. q. 2. Mand. reg. 1. Caned. q. 12. n. 6. & reg. 32. q. 11. n. 4. Salas de leg. lib. disput. 12. sect. 1. num. 7. praedicta quoque regula per Clementis mortem expirauit, quam Paulus V. sequentesve Pontifices inter regulas suas non posuerunt, nec renouarunt, obseruat Monet. d. c. 5. a. n. 149.

Secundò respondetur, dictam ordinationem Clementis VIII. nec tempore Clementis VIII. fuisse receptam, vnde nunquam vim legis habuit: lex autem, seu constitutio vlu non recepta non ligat, cap. in istis, §. leges, dist. 4. vbi illustrissimus Bracaren. Acugna, num. 5. Couarru. lib. 2. variar. cap. 16. num. 6. vers. *Sunt qui huius*, Benintend. decis. 13. num. 10. subdens, secundum magis communem opinionem posse sciente, & tollerante superiore per binum actum contrarium, aut eo ignorante per decenij lapsum abrogari, glos. & Doctores, vbi Felin. in cap. 1. de treug. & pace, in specie Monet. d. cap. 5. n. 152.

Neque etiam obstat Trident. sess. 25. de reformat. cap. 10. vbi requirit in conseruatore, quod sit iudex synodalis; quoniam non agit de conseruatoribus ad Vniuersitatem causarum datis, quales sunt Religionis, aut Monasteriorum cōseruatores generaliter dati. Monet. de conseruator. cap. 7. à num. 37. Sed de legatis, seu seruatoribus ad certas, & particulares causas aliquorum, vt colligitur ex context. dict. cap. 10. & ita declarauit sacra eminentissimorum congregatio, in hæc verba: *Illi, qui facultatem à Sede Apostolica obtinuerunt, eligendi sibi conseruatores, non sunt cogendi ad eligendum aliquem ex his, qui in synodis Prouincialibus, aut Diæcesanis designati fuerint. Ex decreto Concilij*. Ioann. Baptist. Confet. in summar. priuileg. regular. tit. 4. cap. 5. vers. *Canonici quoque*, ad fin. Monet. de conseruat. cap. num. 143.

Ego præter supradicta aduerto, quod si conseruatores necessario sint eligendi de iudicibus synodalibus, & si regulariter non sint Archiepiscopi, Episcopi, aut alij in dignitate constituti, prout requiri, l. fin. de offic. delegat. lib. 6. Azor 2. tom. lib. 5. cap. 34. quaest. 4. Monet. de conseruator. cap. 5. fere per totum, vix, aut nunquam nominari poterit conseruator. Ideoque Clem. in supradicta constitutione, Trident. quæ Concil. dict. cap. 10. referunt se ad cap. statutum de rescript. lib. 6. Non vero ad caput vet. de offic. delegati lib. 6. vt sic intelligas non procedere praedicta decreta in conseruatoribus generalibus, sed in datis ad vnam causam particularem, iuxta dict. cap. statutum: ideoque Gregor. XIII. post Trident. Clem. quæ

VIII. in Bull. 18. concessit Societati Iesu certas personas in dignitate constitutas, absque mentione iudicum synodalium.

GREGORII XI.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1 Confirmat priuilegia Pontificum, & Regum.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus domus sanctae Mariae de Mercede Captiuorum Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor aequitatis, quam Ordo postulat rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, seu alias indulgentias vobis, & domui vestrae concessas, necnon libertates, &

exemptiones seculariu ex actionum a Regibus, & Principibus, & alijs Christi fidelibus vobis, & eidem domui rationabiliter indultas, sicut eas iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem domui auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentes scripti patrocinio communitus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Auiunione decimo sexto Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno secundo.



Bullarium Ordinis

GREGORII XI.

BVLLA QVARTA.

SUMMARIUM BULLÆ.

Eximit nos à decimis, Regibus, & alijs quibuscunque solvendis, ad instar Religionum Militarium sancti Ioannis Hierosolymitani, de Calatrava, & Montefia.

GREGORIVS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus Beatae Marię de Mercede Captiuorum, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dum salubria laborum vestrorum studia, quibus vacatis assidue pro Redemptione Christi fidelium, qui ab inimicis fidei orthodoxa miserabili captiuitate detinentur, necnon multiplicia expensarum onera, quę pro Redemptione huiusmodi continue supportatis, diligenter attendimus, dignum reputamus, & congruum, vt vos, & loca vestra, specialiter favoribus, & gratia prosequamur. Exhibita siquidem nobis pro parte vestra petitio continebat, quod licet omnes fructus, redditus, & prouentus beneficiorum, domorum, & aliorum locorum vestrorum, vna cū elemosynis, quę vobis à Christi fidelibus largiuntur (victu, & vestitu

vobis dumtaxat deductis) in Redemptionem fidelium Christianorum, qui per inimicos eiusdem fidei captiui detinentur conuer-ti debeant, & etiam conuertantur, tamen decimas, reddituum, & prouentuum Ecclesiasticorum, Regibus, & alijs Principibus cō-celias leuari, seu exigi cōtingat, & Collectores decimarum huiusmodi vos ad solutionem, seu præstationem decimarum ipsarum compellunt, quare pro parte vestra nobis extitit humiliter supplicatum, vt cum Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, de Calatrava, & de Montefia domorum Magistri, & fratres à solutione, seu præstatione decimarum ipsarum exempti sunt penitus, & immunes, vos vt circa Redemptionis Captiuorum ipsorum melius, & liberius insistere valeatis à præstatione, seu solutione decimarum earundem eximere de benignitate Apostolica dignemur.

Nos

Nos igitur volentes vobis super hoc paterna sollicitudine prouidere, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod vos de vestris, ac beneficiorum, domorum, & aliorum locorum ipsorum fructibus, redditibus, seu prouentibus predictis, decimam huiusmodi (cum ipsam quibuscunque Regibus, seu Principibus, aut alijs quibuscunque per Sedem Apostolicam concedi contigerit) in futurum soluere, seu prestare, aut in ea cum alijs personis Ecclesiasticis contribuere minime teneamini, neque ad id a quo quam compelli possitis, per litteras Apostolicas, sub quacunque forma, vel expressione concedendas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, & Ordine, ac domibus vestris huiusmodi mentionem, deuotioni vestrae auctoritate Apostolica de speciali gratia tenore presentium indulgemus. Decernentes in super suspensionis, interdicti, ac excommunicationis sententias, si quas contra vos, vel aliquem vestrum, aut domos, seu alia loca vestra praedicta per quoscunque occasione praemissa fieri contigerit, seu etiam prorogari irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Aui-nioni, decimo sexto Kalendas Junij, Pontificatus nostri anno tertio.

SCHOLIA SERAPHINI.

BVilla haec notabilis est, expresseque concedit Ordini Beatae Mariae de Mercede, vt Monachi non teneantur soluere decimas Reales, vt colliges, ex illis verbis: *Vos de vestris, ac beneficiorum, domorum, & aliorum locorum ipsorum fructibus, prouentibus, redditibus praedictis decimam huiusmodi soluere in futurum, seu prestare, aut cum alijs personis Ecclesiasticis contribuere minime teneamini.* Et tunc dicuntur reales quando concessio exprimit ne de terris, & possessionibus decimas soluant; personales vero quando simpliciter dicitur, ne decimas soluantis, vt in Bulla 2. Innocentij IV. de qua supra. Vnde quando sunt reales transit priuilegium in colonum, & emphyteutam. glos. recepta, verb. *exercendas*, in Clem. 1. de decimis. Greg. verb. *huertas*, in l. 4. tit. 2. part. 1. Azor. 1. tom. lib. 7. cap. 26. quaest. 7. Suar. de Relig. 1. tom. lib. 1. cap. 19. à nu. 13. Monet. de decimis, cap. 5. quaest.

Bullarium Ordinis

i. conclus. 1. & quaest. 2. num. 56. Eman. 2. tom. de regular. quaest. 44. art. 4. Enriq. lib. 7. cap. 27. §. 5. 6. 7. & 8. vbi lit. K. communem cicit, & in dict. §. 7. lit. H. in partibus, & Romana Curia obtentum sepius testatur pro sua Religione.

Neque obstabit, quod priuilegium de decimis non soluendis concessum Monachis, non extenditur ad conductorem, vel emphyteutam, cap. licet 11. de decim. Clem. 1. eodem Guter. l. 2. canon. cap. 21. num. 134. Respondetur namque hoc procedere attento iure, & quando priuilegium personale est: & in dubio consuetudinis interpretationi standum erit. Mandos. de priuilegijs ad instar, glos. 11. num. 40.

GREGORII XI.

BVLLA QVINTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1. Confirmat priuilegia Pontificum, & Regum.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus domus sanctæ Eulaliæ de Mercede Captiuorū Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionē. Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentium præcibus fauorem beneuolum impartiri. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates, & immunitates, a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, seu alias indulgentias vobis, & domui vestræ concessas; necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum, a Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis, & domui prædictæ indultas, sicuti eas iuste, & pacifice obtinetis, & per vos eidem domui auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio comunimus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum

ftolorum eius se nouerit incur- idus Octobris, Pontificatus no-
surum. Datis Auinioni octauo stri anno tertio.

GREGORII XI.

BVLLA SEXTA.

SVMARIVM BVLLÆ.

Inferit ex auctoritate, munitque Bullam Gregorij Noni, primam quæ Ordinem confirmauit.

GREGORIVS Episco-
pus seruus seruorum Dei;
ad futuram rei memoria.
Tenorem quarundam litterarū
fœlicis recordationis Gregorij
Papæ IX. prædecessoris nostri,
in registro ipsius prædecessoris
reperitum, pro eo quod sicut di-
lectorum filiorum Magistri, &
fratrum domus sanctæ Eulaliæ
de Mercede Captiuorum Bar-
cinonensis, Ordinis sancti Augu-
stini. Petitio nobis nuper exhi-
bita continebat prædictæ origi-
nales litteræ casualiter sunt a-
misse de registro ipso de verbo
ad verbum transcribi, & ad ipso-
rum Magistri, & fratrum suppli-
cationis instantiam, præsentibus
annotari fecimus, qui talis est:
Gregorius Episcopus seruus ser-
uorum Dei, &c. *Sicut in Grego-
rio IX. Bulla unica.* Cæterum,
vt earundem litterarū tenor præ-
dictus sit certus, & omnimodam
rei seu facti, certitudinē faciant,

auctoritate Apostolica decerni-
mus, vt illud idem robur, eun-
demque vigore dictus tenor per
omnia habeat, quæ haberent ori-
ginales litteræ supradictæ, &
eadem prorsus eidem tenori fi-
des adhibeatur quodocunque,
& vbicunque, siue in iudicio, vel
alibi fuerit exhibitus, vel osten-
sus, & eidem stetur firmiter in
omnibus, sicut eisdem originali-
bus litteris adhiberetur, & sta-
retur si forent exhibitæ, vel osten-
sæ. Nulli ergo omnino homi-
num liceat hanc paginam nostræ
constitutionis, & voluntatis in-
fringere, vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præsumpserit, indigna-
tionem Omnipotentis Dei, &
Beatorum Petri, & Pauli Apo-
stolorum eius se nouerit incur-
surum. Datis Auinioni, octa-
uo idus Ianuarij, Pontificatus
nostri anno quarto.

Bullarium Ordinis

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit, vt ex registro transcribatur Bulla Gregorij IX. qui Ordinem primus confirmauit; quia originales litteræ prædictæ confirmationis fuerunt deperditæ. Notabis quod originale dupliciter in iure capitur; vel pro ipso registro, & matricæ, cap. *quoniam*, de probat. vel pro trafumpto ex registro, cap. vlt. de fide instrum. De quibus Couar. pract. cap. 19. à num. 3. Mascard. conclus. 711. à num. 56. & conclus. 712. In præfenti capitur originale in secunda acceptione pro trafumpto. Ergo hoc auctoritate Summi Pontificis desumptum à registro: *Eandem fidem habet, quam priores litteræ deperditæ*, cap. penult. ibi: *Auctoritate Ordinarij*, cap. vltim. ibi: *Eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura*, de fide instrument. glos. & cõmun. in dist. cap. pen. Guid. decis. 2. Boer. decis. 21. num. 41. & decis. 36. à num. 4. & num. 27. in principio. Couarru. practic. cap. 19. num. 3.

GREGORII XI.

BULLA SEPTIMA.

SUMMARIUM BULLÆ.

I Inserit, & auctoritate munit Nicolai IV. Bullam 3.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Tenorem quarundam litterarum fœlicis recordationis Nicolai Papæ IV. prædecessoris nostri, in registro ipsius prædecessoris repertum, de registro ipso de verbo ad verbum transcribi, & ad dilectorum filiorum Magistri, & fratrum domus sanctæ Eulaliæ de Mercede Capti-

uorum Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini, qui se dictis litteris asserunt indigere, supplicationis instantiam annotari fecimus, qui talis est. Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, &c. Et sequitur Nicolai IV. Bulla 3. Cæterum, vt earundem litterarum tenor prædictus sit certus, & omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, Apostolica auctoritate decernimus, vt illud idem

idem robur, eamque vim, eundemque vigorem, dictus tenor, per omnia habeat, quæ haberent originales litteræ supradictæ, & eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quandocumque, & vbiçumque, siue in iudicio, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel ostensus, & eidem stet firmiter in omnibus, sicuti eis dem originalibus litteris adhiberetur, & staretur, si forent exhibitæ, vel

ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Avinionis, octauo idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

COLLECTOR.

GREGORIO XI. vita functo, grauissimum omniũ schisma Ecclesia passa est. Etenim cum quindecim Cardinales, ex quibus vndeci n, natione Galli; quatuor verò Itali, Urbanũ VI. natione Italũ elegissent. Iterũ ijdemet Cardinales, in oppido *Fundos* nuncupato, Clementẽ VII. Gallum, in Summũ Pontificẽ designarunt, qui Antipapa, & Pseudo Pontifex, ab omnibus merito habitus est. Eodemque modo Benedictus XIII. eius successor. Clemens verò Avinionem se contulit, vbi Pontificia munera exercuit in Hispania, & plurimis alijs varijs Regnis: Urbanus verò Romæ sedit. Quia ergò Hispaniæ Regna (Lulitania excepta) Clementi, & Benedicto, & non Urbano obedientiam præstabant, Ordo noster, ab ipsis Pseudo Pontificibus, quam plurima diplomata obtinuit; nullum verò à legitimis Pontificibus, sed nihilominus, Antipaparum litteræ robur, & auctoritatem habuerunt, tum quia durãte desidio Pontificum, ante Ecclesiæ declarationem, non temere Principes Christianique populi, in alterutram partem inclinabant; tanquam Concilium Constantiense, seu 36. gesta Benedicti XIII. approbavit, à principio suæ creationis, vsque ad diem 18. Iunij Pontificatus asserti anno 23. sessione verò sequenti 37. die 26. Iulij, anno 1417. ab vniuerso Concilio schismaticus, & hæreticus declaratus, per sententiam diffinitiuam fuit depositus.



Bullarium Ordinis

GREGORII XI.

BVLLA OCTAVA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Eximit Religionem nostram, à solutione cuiusdam Regalis census.

GREGORIVS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis, Magistro Generali, & fratribus Beatae Mariae de Mercede Captiuorum, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dum salubria laborum vestrorum studia, quibus vaccatis assidue pro redemptione Christi fidelium, qui ab inimicis fidei orthodoxae, miserabili captiuitate detinentur, necnon multiplicia expensarum onera, quae pro redemptione huiusmodi, continue supportatis; diligenter attendimus, dignum reputamus, & congruum, ut vos, & loca vestra specialibus favore, & gratia prosequamur. Exhibita siquidem nobis pro parte vestra petitio continebat, quod licet omnes fructus, redditus, & proventus beneficiorum domorum, & aliorum locorum vestrorum, vna cum eleemosynis, quae vobis Christi fidelibus largiuntur victu, & vestitu, vestris dumtaxat deductis in redemptionem fidelium Chri-

stianorum, qui per inimicos eiusdem fidei, Captiui detinentur conuerteri debeant, & etiam conuertantur, tamen decimas reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum, Regibus, ac alijs Principibus concessas leuari, seu exigi contingat, collectores decimarum huiusmodi, vos ad solutionem, seu praestationem decimarum ipsarum compellunt. Quare pro parte vestra nobis extitit humiliter supplicatum, ut cum Hospitalis sancti Iohannis Hierosolymitanensis de Calatraua, & de Montesia domorum Magistri, & fratres, à solutione, seu praestatione decimarum, exempti sunt poenitus, & immunes, vos, & circa Redemptionem Captiuorum ipsorum, melius, & liberius insistere valeatis à praestatione, seu solutione decimarum earundem, eximere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur volentes vobis super hoc paterna sollicitudine providere, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod vos de vestris, ac beneficiorum domorum, & aliorum loco-

locorum ipsorum fructibus, redditibus, seu prouentibus prædictis, decimam huiusmodi ipsa quibuscunque Regibus, seu Principibus, aut alijs quibuscunque per Sedem Apostolicam concedi contigerit, in futurum soluere, seu præstare, aut in ea, cum alijs personis Ecclesiasticis cōtribuere, minime teneamini; neque ad id à quo quam compelli, possitis per litteras Apostolicas, sub quacunque forma, vel expressione verborum concedendas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, & ordine, ac domibus vestris huiusmodi mentionem; deuotioni vestræ auctoritate Apostolica de speciali gratia tenore præsentium indulgemus. Decernentes, suspensionis interdicti, ac excommunicationis sententias, si quas contra vos, vel aliquem vestrum, aut domos, seu alia loca vestra prædicta, per quoscunque occasione præmissa ferri contigerit, seu etiam promulgari irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Auinioni, decimo sexto Kalenda Iunij, Pontifica-

tus nostri anno tertio. Ac de prouisione dicti Domini Regis, per litteras ipsius Domini patentes pergamenæ eius sigillo cum imagine Regalis Maiestatis, in cera rubea impresso, & pendenti in filis, sericis rubei croceique coloris, quorum series sequitur sub his verbis.

IOANNES DEI GRATIA,
Rex Aragonum, Valentia, Maioricarum, Sardinia, & Corcica, Comesque Barcinone, Rosilionis, & Ceritania. Fidelibus nostris vniuersis, & singulis, Collectoribus, Subcollectoribus, seu Receptoribus, aut alijs Commissarijs decimarum, per Dominum Summum Pontificem nobis concessarum, vel concedendarum, & quibusvis alijs, præsentibus, & futuris, ad quos præsentibus peruenierint, seu pertineant intra, salutem, & gratiam. Reuerenter fuit coram nobis expositum pro parte Magistri Generalis, & fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Captiuorum, quod licet ipsi, & omnes fructus, redditus, & prouentus, beneficiorum, domorum, & aliorum locorum suorum, vna cum eleemosynis, quæ eiusdem pro redimendis Captiuis à Christi fidelibus largiuntur, sint, & esse debent franchi, quiti poenitus, & immunes à solutione decimarum prædictarum, ex privilegio eisdem concessio per Dominum Papam Gregorium Vn-

decimum. Tamén vos, seu aliqui vestrum compellitis, seu vultis compellere eosdem adsoluendum decimas ante dictas, cumque facta nobis fide legitima de prædicto priuilegio vellimus illud omnino seruari iuxta eius seriem, & tenorem. Propterea ad supplicationem humilè prædictorum Magistri, & fratrum inde nobis factam, vobis, & vnicuique vestrum dicimus, & mandamus expressè de certa sciètia quatenus dictū priuilegiū, & cōtenta in eo, eisdem Magistro, & fratribus obseruetis firmiter iuxta eius seriem, & tenorem, quibusvis prouisionibus, seu litteris in contrarium factis, obsistentibus nullomodo. Dat. Barcinoe sub nostro sigillo pendenti, decima die Februarij, anno à Natiuitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octauo, Regniq; nostri secundo. REX IOANNES. Vos tamen prædictis, non inspectis dictam decimam pro redditibus, & bonis, quæ obtinent in dictis Regnis, & terris de facto leuare, & exigere intinemini ab eisdem, quod in eorum, & sui Ordinis præiudicium eiusdem asserunt redundare. Obq; nobis humiliter supplicarunt, vt super prædictis de

remedio iustitiæ condescendi, prout ad nostrum spectat officium dignaremur prouidere, ne indebite molestentur, & ad id compellantur ad quod eos ratio, & æquitas non adstringūt. Nosque eorum supplicatione admissa benigne, vt consona rationi vobis, & cuiilibet vestrum auctoritate Apostolica qua fungimur in hac parte, dicimus, & mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, firmiter, & extricte, quatenus priuilegia præinserta dictis Magistro, ac fratribus ad vnguè inuiolabiliter obseruetis, & ab alijs obseruare faciatis, iuxta ipsorum mentes series, & tenores, & in aliquo contra minime valeatis, aut quæquam venire, seu contra facere permittatis, quauis ratione, vel causa quibusvis litteris, seu mandamentis contra ipsum Magistrum, & fratres, nobis, seu alijs quibusvis personis in contrarium emanatis, obsistentibus nullomodo. In quorum testimonio præfentes dictis Magistro, & fratribus fieri, & sigillo nostro pendenti iussimus communiri. Dat. Cæsaraugustæ die vigesima sexta Maij, anno à Natiuitate Domini millesimo trecesimo octuagesimo octauo.



GREGORIO XI. SVC- cedit Urbanus VI.

V R B A N I VI.

BVLLA VNICA.

SUMMARIUM BVLLÆ.

- 1 *Nostrum Ordinis laudat.*
- 2 *Quærelam Religionis refert.*
- 3 *Ordinarijs, gratias, & indulgentias nostro Ordini concessas interpretari prohibet.*
- 4 *Sedi Apostolicæ hoc reseruat.*

VRBANVS Episcopus
feruus feruorum Dei. Di-
lectis filijs Priori, & fra-
tribus domus sanctæ Mariæ de
Mercede Captiuorum Barcino-
nensis, Ordinis sancti Augustini,
salutem, & Apostolicam benedi-
ctionem. Gloriosa semper, & ubi
que laudabilis de Mercede Cap-
tiuorum Religio, in qua Eccle-
siæ Christi aduersus fidei hostes,
& in proximorum vtilitatē plu-
rimum deseruiretis, promere-
tur, (vt ipsa nos sincera diligētes
in Domino charitate) ea vobis li-
benti animo concedamus, per-
quæ omnis turbationis causa se-
mota, sancti instituti vestri sua-
uior exequutio procuretur.

Nuper siquidem pro parte ve-
stra conquestio proposita est,
quod nonnulli Archiepiscopi,
Episcopi, & alij Prælati Eccle-
siastici vestris libertatibus dero-
gabant, indulgentias, seu priuile-
gia vobis ab Apostolica Sede cō-
cessa interpretando, & ad suum
intellectum trahendo, ac præfer-
tim, quod vos, iuxta ipsorum in-
terpretationem, priuilegijs ipsis
vti, & nō aliter cōpellūt; quod in
non modicū dānum vestrū emer-
git. Super quo nobis fuit humili-
ter supplicatū, vt cura, & diligē-
tia paterna de opportuno reme-
dio prouideremus. Nos vestris
supplicationibus inclinati, ne præ-
fati Archiepiscopi, siue Episco-

Bullarium Ordinis

pi, & alij Ecclesiæ Prælati dicta priuilegia, & indulgentias (etiã si dubia cõtineant) de cætero interpretari præsumant, auctoritate præsentium, districtius inhibemus.

Volentes insuper, vt (cum eius sit interpretari, cuius est condere) interpretatio, super huius-

modi dubijs, à Sede Apostolica requiratur.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam, &c. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, &c. Datis Romæ apud sanctum Petrũ, decimo idus Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

VRBANVS VI. ordinarijs gratias, & indulgentias, priuilegiaque nostro Ordini cõcessa interpretari prohibet, Sediq; Apostolice interpretationem referuat, quia solus Romanus Pontifex, & nullus inferior illo cognoscere potest de priuilegijs ab Apostolica Sede concessis. Ex text. in cap. cũ venissent, vbi glos. & omnes de iudicijs, glos. verb. *interpretatus*, vbi Doctores in cap. 1. de postulat. Prælat. post alios Decan. n. 3. in l. in ambiguis, ff. de regulis iuris. Palac. in repet. capit. not. 2. §. 1. n. 49. Sylu. verb. *interpretatio*, q. 2. & verb. *index*, 2. n. vlt. Rot. decis. 83. p. 2. diuersi. & alij, vt per Enriq. lib. 7. de indulg. c. 29. §. 3. Salas de legibus, disp. 21. n. 2. consonat text. in l. ex facto 42. in princip. 161. ipsi Principes, ff. de vulgar. c. 1. vers. *Sed si*, c. 2. vbi Doctores de confirmat. vtil. & vulgaris reg. quæ habet: eius est interpretari, cuius est condere, vt ait Pontifex in præsent. leg. 1. & vlt. cap. de legib. c. inter. alia 31. vers. *ut igitur*, de sentent. excommunicat. c. vlt. vers. *unde*, de concess. Præb. lib. 6.

Quæ regula, sicut in legibus, ita & in priuilegijs, & similibus concessionibus, ex eadem ratione locum habet, d. cap. *cum venissent*, vbi Berof. n. 3. sic frequenter Pontifices in plerisque priuilegijs interdunt; ne inferiores eadem interpretentur, vt in mendicatib. & alijs refert Enriq. d. lib. 7. c. 22. §. 5. lit. F. & passim in nostris Bullis, sic in rescriptis, & alijs concessionibus Apostolicis legimus illam clausulam: *Sic per quoscunque iudicari sublata aliter interpretandi facultate.*

Sed quia multa iura obstare videntur, & per glos. in d. c. *cum venissent*, de iudic. & dict. verb. *interpretatus*, vbi text. in c. 1. de postulation. Prælat. glos. vlt. vbi DD. in c. sicut 11. q. 1. & in c. super litteris, & passim in tit. de rescript. & in tit. de priuileg. iudices inferiores

res cognoscunt de rescriptis priuilegijs, & mandatis Apostolicis, tã quo ad validitatem ex surreptione, quã quo ad intentionem concedentis, habilitatem impetrantis, & multa alia; imò Doctores, seu professores vtriusque iuris, tã legentes, quã scribentes priuilegia, sicut, & leges iuris communis frequenter interpretantur iuxta l. 1. cap. de professorib. lib. 10.

Quamobrem, pro materiae resolutione obseruandum est, triplicẽ esse legis interpretationem, ex glos. in l. si de interpretatione, ff. de legibus, Abb. & Dec. in c. 1. de postul. Prælat. prosequitur Suar. de legib. lib. 1. c. 1. à n. 1. scilicet; authenticã, vsualẽ, & doctrinalẽ. Authentica erit, quæ fit auctoritate legislatoris. Vsualis, quæ consuetudine, & vsu fit. Doctrinalis, quæ fit per doctrinam, & auctoritatem interpretum, & in materia difficili, & per scribentes intricata, vt videre licet apud Salas dict. disputat. 21. à n. 1. tamen ex ipsorum Doctorum mente, iurisque principijs breuiter differendum erit, quando vnaquæque sibi locum vendicet.

Resoluendũ ergò primo est, recurrendũ esse pro interpretatione priuilegij ad legislatorẽ, quando de priuilegijs agitur principaliter, & dubiũ versatur circa intellectũ, seu interpretationẽ, quæ respicit validitatem priuilegij; veluti si agatur de potestate, aut intentione, maximè dubia concedentis, ex Bald. in l. hi qui, in princ. vbi Paul. in fin. C. de appellat. Abb. Decan. n. 3. Felin. in princ. Bero. n. 2. & mẽte glos. in princ. in c. cũ venissent de iudicijs probat, post alios, Dec. in d. l. in ambiguis, & alij ex præcitatis decis. Rot. 83. à n. 2. p. 2. diuers. pro quibus faciunt verba, dicti cap. cũ venissent, ibi: *Cũ super priuilegijs Sedis Apostolicae causa vertitur, nolumus de ipsis per alios iudicari.* Quæ verba, vt expendit Ber. d. n. 2. Magis videtur denotare causam principalẽ motã super priuilegijs, & eorũ validitate, nã vbi de illis agitur incidenter, proprie, & simpliciter loquendo, nõ dicitur verti causa super priuilegijs; sed super eo, in quo priuilegiũ velut articulus causæ incidenter deducitur, argũ. text. in c. ferus, de verb. c. cum super, de offic. de leg. cũ alijs, nec tunc de priuilegijs iudicatur, seu de causa principali, l. 1. in fin. ibi: *Pertinet enim ad officium iudicis, qui de hereditate cognoscit vniuersam incidentem questionẽ, quæ in iudicium deuocatur, examinare; quoniam nõ de ea (scilicet causa status principalis, quæ incidit) sed de hereditate pronunciat.* Accedit, quod verba simpliciter prolata intelligenda sunt principaliter, & nõ incidenter, per prius, & non per posterius, arg. text. vbi glos. verb. *ad singulorum*, in l. 1. §. huius, ff. de instit. tradit post alios Roland. conf. 55. à n. 17. col. 1.

Bullarium Ordinis

Præterea licet de priuilegijs agatur incidenter, & minus principaliter, sed tamen vertitur ius, & præiudicium Sedis Apostolicæ, vel Principis concedentis, legislatori interpretatio referuatur Anton. Abb. num. 3. decis. 4. Ber. 13. & 19. & omnes in dict. cap. cum venissent, de iudicijs, iuncto cap. cum venissent, de integr. restit. vt eaque enim idem est, & alterius pars: Accedit text. in cap. cum tempore in fin. de arbit. cap. cum olim 14. ad fin. de priuileg. cum alijs, de quibus Felin. num. 27. vers. *hanc*, de constit. & in cap. *cum olim*, num. 3. de præscript. consonant ea, quæ ex communi tradit Rot. d. decis. 83. num. 6.

Item licet agatur incidenter; si tamen vertitur dubium graue, vel ita difficile, vt vix explicari valeat; præsertim si pendeat ab intentione Pontificis, vel Principis, qui commode addiri potest, tunc necessario recurrendum est ad ipsum, ex Abb. not. 1. in cap. 1. de iuram. calumn. per text. ibi in princip. Abb. num. 3. dicens communè in cap. cum venissent, de iudic. ibi: Dec. num. 4. vers. *Similiter*, alias in noua impres. num. 20. idem Dec. num. 1. in l. in ambiguis, ff. de regul. iur. Rot. decis. 83. num. 6. part. 2. Enriq. lib. 7. de indulgent. cap. 29. §. 3. quæ sententia deducitur ex l. 1. & 2. C. de relat. cum traditis per Dec. in cap. 1. lect. 1. num. 27. alias num. 90. de constit. & ex text. in cap. per venerabilem, colum. 4. ad fin. ibi: *Cum aliquid fuerit difficile, vel ambiguum, ad iudicium est Sedis Apostolicæ recurrendum.* Qui filij sint legitimi, sic intelligi potest, l. ex fact. vers. *Respondet*, ff. de vulgari. l. Neratius 151. in fin. ff. de regul. iur. cap. suggestum, iuncta glos. vltim. de decim. & glos. 1. in fin. in reg. Deut. in 6. Quam communiter receptam, testatur Rot. dict. decis. 83. num. 8. post alios; sic procedit Bulla nostra, ibi: *Etiamsi dubia contineant, & ibi: Interpretatio super huiusmodi dubijs à Sede Apostolica requiratur.* Ex quibus fit, quod licet non agatur principaliter de valore priuilegij, nec de præiudicio Sedis Apostolicæ; sed incidenter, & supposita priuilegij validitate: insurgat tamen dubium circa interpretationem, & extensionem priuilegij, non poterunt Prælati inferiores illud interpretari; sed ad Pontificem supremum recurrendum est.

His consequens est, nec Nuntium Apostolicum, nec Legatum de Latere talem interpretationem facere posse, quia interpretatio conaret personæ. Innocent. in cap. fin. de successionib. ab intest. Dec. à num. 3. num. 1. in cap. 2. de offic. de legat. & in c. cum accessissent, de constit. Aldobrand. verb. *Papam*, ad Dec. num. 2. alias nu.

6. in cap. cum venissent, de iudicijs, vbi in effectu omnes, quia appari procedunt, concedere tollere, & interpretari dict. l. 1. & vlt. C. de legib. Dec. in d. cap. cum accessissent, not. 3. num. 3. vers. *Et adde*, in nou. num. 15. vbi additio.

Quando verò, nec principaliter de priuilegijs agitur, sed incidenter, & non de iure, aut præiudicio Pontificis, seu Principis, sed litigantium tantummodo, possunt inferiores cognoscere de priuilegijs, & eorum dubijs, nisi admodum difficilia, & grauissima proponantur in consequentiam causæ, & litis decidere. l. hi, qui. cap. de appellat. Abb. num. 3. Dec. 4. in nou. à num. 17. Ber. 13. & omnes, in dict. cap. cum venissent. Dec. in l. in ambiguis, num. 2. ff. de regul. iur. Sylu. vbi super, & alij, vt per Enriq. lib. 7. cap. 19. §. 4. post lit. P. cum sequent. Et suadetur in dict. cap. 1. de pestulat. Prælator. cū alijs citatis per glos. ibi, verb. *interpretatus*, text. etiam in l. ex facto, vers. *verum*, ibi: *Voluntatem Principis inspicientibus*, cap. super litteris, in fin. cum multis alijs, tit. de rescript. & in tit. de priuileg. quæ sic intelligenda sunt, & ita praxis obseruat.

Circa verò interpretationem legis adhibenda est distinctio vulgaris. glos. in dict. l. si de interpretat. & verb. *interpretatus*, in dict. cap. 1. de post. Prælat. Quem vltra Doctores ibi probat communis in cap. inter alia describent. excommunicat. & in leg. vlt. cap. de legibus. Syluest. dict. loco, Ber. num. 4. in dict. cap. cum venissent. Perez in proœmio, quæst. 2. ad ordinament. Suar. de legib. lib. 6. cap. 1. & passim alij secundum quos interpretatio probabilis, & non necessaria; quæ & magistralis dicitur, & ius, vel legem communem nõ constituit, conceditur Magistris, seu Doctoribus, & professoribus l. 1. cap. de professorib. lib. 12. cum similibus. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 2. ad fin. ibi: *Doceant, & interpretantur*, De quo Eman. de regul. 1. tom. quæst. 11. art. 3. Enriq. lib. 7. cap. 19. §. 4. Reginald. de pœnit. lib. 20. num. 53. in fin. dict. l. ex facto. ff. de vulgari. ibi: potest dici. Vtrum autem ea potestas Licentiatis, seu Bachalaureis tradit Perez vbi proximè q. 9.

Necessaria verò, & particularis interpretatio, in casu, de quo inter litigantes agitur; licet legem non constituat, pertinet ad iudices, seu Magistratus de causa cognoscentes, iuxta l. cum prolatis, ff. de re iudicat. l. nam vt ait, ibi: *Vel interpretatione*, iuncta l. præcedent. in fin. ibi: is, qui iurisdictioni, & l. benignius 17. ff. de legibus orig. in pœnis, in 6. docet Innocent. dict. cap. cum speciali, de appellatione communiter receptus ex Abb. dict. num. 3. & omnes in dict. cap. cū venissent.

uenissent. Abb. in cap. 1. de postulat. Prælat. Sylu. d. loco, Perez d. q. 2. Dec. n. 2. in d. l. in ambiguis, ff. de regul. iuris, & alij relati per Suar. & Enriq. vbi proximè.

At verò interpretatio necessaria, & generalis, quæ ius commune constituit, spectat ad solum Principem, qui legem generalem, & cõmunem condere potest, l. 1. cap. vlt. cap. de legib. d. cap. inter alia, de sent. excomm. tradunt Couar. lib. 1. cap. 11. n. 7. Menchac. success. creat. §. 1. n. 47. Perez d. q. 2. Afflict. in proœmio constit. q. 2. & alij ex præcitat. & eadem vis, seu potestas competit consuetudini longex, id est decennali, cuius interpretatio generalis est, & necessaria, & ius cõmune constituit, licet non scriptum, d. l. si de interpretatione, de legib. cap. cum dilectus, 8. de consuetud. tradunt Couar. d. cap. 2. n. 11. & post multos Molin. lib. 2. cap. 6. n. 58.

Licet autem Summus Pontifex, quoad leges diuinas quas tollere, aut in mutare non potest, cap. sunt quidam, 25. quæst. 1. cum vulgari sit inferior, & idem videatur dicendum in Summ. Pontif. respectu diuinæ legis, quod dicitur in Episcopis, & similibus, respectu humanæ, seu Pontificiæ, ex reg. c. cū inferior. de maiorit. notat Nauar. in man. prælud. 9. n. 1. & consequenter interpretatio Diuinæ legis ad solū Deū illius auctorem, & cõditorē pertinere videatur, ex reg. d. l. 1. & vlt. d. c. inter alia. Nihilominus tamē Sūmus Pōtifex interpretatur legē Diuinā; ita vt illius interpretatio necessaria, & generalis ius cõmune constituat, ex glos. in d. c. sunt quidā, ibi: *In euangelio interpretando*, quæ sequuntur Doctores ibi, & post D. Th. Fortun. & alios, Couar. de sponsal. 2. p. c. 6. §. 9. à n. 2. & alij, vt per Enriq. lib. 8. c. 13. §. 1. post lit. I. Et satis deducitur ex c. per venerabilē, qui filij sint legitimi, & iuuat ratio, quia ad interpretandā legē Diuinā, non apparet additus ad Deū legislatorem, & ne contingat, dubia quæ in eiusmodi lege occurrūt, absq; remedio, & interpretatione manere, & Deū ipsum in necessarijs deficere, & potestatem in Ecclesia imperfectā reliquisse, necessario fatēdū est, esse aliquē in terris, ac subinde Sūmū Pontificē, qui licet inferior, tanquam Dei Vicarius, eiusmodi legē Diuinā interpretari valeat, & interpretatione generali, & necessaria, quæ ius, seu legē communem constitat; at contra verò in legibus humanis, quia adest Princeps illarum conditor, ad quem pro interpretatione recurri potest; propterea inferior illo adiri nequit, & procedit reg. d. l. 1. & vlt. cum similibus.

Aduertēdum autē erit, quod vbi lex aliqua, priuilegium, aut similis concessio Summi Pontificis, vel Principis alterius, simpliciter pro-

prohibet interpretationem, nisi aliud verbis, mente, materia, aut alijs coniecturis colligatur prohibita, censetur generalis, extrinseca, vel quæ hominis interpretatio dicitur; non verò magistralis, particularis; sicut nec intrinseca, seu legalis, vt ex Bald. ad fin. in l. 3. cap. de liber. præterit. notat. Dec. num. 4. alias num. 28. in dict. cap. cum venissent, de iudic. Perez dict. quæst. 2. & post multos Calder. de nominat. quæst. 8. num. 34. Eman. 1. tom. quæst. 11. art. 3. Enriq. dict. §. 4. Salas de legib. disput. 21. sect. 11. sic intelligentes prohibitionem interpretandi decreta Concilij Trident. & alias similes, quæ tamen (si aduertas) non prohibent simpliciter, ne quis interpretetur; sed ne interpretetur aliter, quam in eisdem contineatur, & sic prohibet interpretationes extrinsecas, & repugnantes ipsis priuilegijs, & concessionibus.

Tandem notabis, quod vbi inferior, casu, quo non potest interpretatur priuilegia, & similia, ex potestatis defectu corrui, ipso iure interpretatio, iuxta regulam, ea quæ in 6. c. at si Cleric. in princip. de iudic. intendit d. c. cum venissent, ibi: nolumus per alios, vbi Anton. quem sequitur Ber. num. 19. & alij contra Abb. nu. 5. quem tamen explicat Ber. d. n. 19.

CLEMENTIS PSEUDO VII.

BVLLA PRIMA.

SUMMARIUM BVLLÆ.

i *Confirmat priuilegia Pontificum, & Regum.*

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus domus sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Barcinonensis, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cû à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquita-

tis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, siue alias indulgentias

tias vobis, & domui vestræ concessas; nec non libertates, & immunitates, ac exemptiones secularium exactionum à Regibus, & Principibus, & alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis, & domui prædictæ indultas, sicuti eas iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem domui auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli er

go omnino hominū liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Avinioni, tertio idus Nouembris, Pontificatus nostri anno quarto decimo.

CLEMENTIS PSEUDO VII.

BVLLA SECUNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Concedit in pluribus festiuitatibus, unum annum, & quadraginta dies, & alias indulgentias, visitantibus Ecclesiam, & elemosynam erogantibus, ad reparationem domus nostræ de Huete.

CLEMENS Episcopus seruus seruorū Dei. Vniuersis Christi fidelibus præsentis litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Licet is de cuius munere venit, vt sibi à suis fidelibus digne, & laudabiliter feruiatur de abundantia pietatis suæ, quæ merita supplicum excedit, & vota benè feruientibus, sibi multo maiora retribuat, quam valeant promereri. Nihilominus tamen desiderantes domino redire populum acceptabilem, &

bonorum operum sectatorē, fideles ipsos ad complacēdum eis, quasi quibusdam alectiuis muneribus; indulgentijs videlicet, & remissionibus inuitamus, vt exinde reddantur Diuinæ Gratiæ aptiores. Cū itaque (sicut accepimus) domus fratrum Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Mercede Captiuorum, sub Regula sancti Augustini viuentium de Huete, Conchenſis Diœcesis, de reparationibus indigeat, non modo sumptuosius. Nos cupientes, vt Ecclesia ipsius domus congruis

gruis honoribus frequentetur, ac domus ipsa reparetur, & fratres in ea degentes sustententur, ac vt Christi fideles eo libentius causa deuotionis confluant ad eandem Ecclesiam, & ad reparationem, & sustentationem huiusmodi, manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem vberius dono caelestis gratiae cōspexerint se resectos, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus, & confessis, qui in Natiuitatis, Circuncisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, & Corporis Domini nostri Iesu Christi, ac Pentecostes; necnon Natiuitatis, Anuntiationis, Purificationis, & Assumptionis Beatae Mariae; Natiuitatis Beati Ioannis Baptistae, Apostolorumque praedictorum, ac eiusdem Ecclesiae dedicationis festiuitatibus, & in celebritate omnium Sanctorum, & per ipsarum Natiuitatis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, & Corporis Domini, Natiuitatis, & Assumptionis Beatae Mariae, Natiuitatis Beati Ioannis Baptistae, Apostolorumque praedictorum festiuitatum octauas, & per sex dies dictam festiuitatem Pentecostes immediate sequentes, Ecclesiam ipsam deuote visitaue-

rint, & ad redemptionem, & sustentationem huiusmodi, manus porrexerint adiutrices, vt praefertur, singulis videlicet festiuitatum, & celebritatis, vnum annum & quadraginta; octauarum vero, & sex dierum praedictorum diebus, (quibus Ecclesiam deuote visitauerint, & manus porrexerint, vt profertur) quinquaginta dies de iniunctis, eis poenitentibus, misericorditer relaxamus. Caeterum, vt omnia, & singula, quae per eosdem fideles, pro relaxationis huiusmodi consequenda gratia, offerri contigerit, vel donari, in usus, ad quos oblata, vel donata fuerint, integre conuertantur, sub in terminatione Diuini iudicij districtius inhibemus, ne quis cuiuscunque status, conditionis, vel dignitatis existat quidquam de oblatis, seu donatis ipsis aliquatenus appropriet, vel usurpet. Si quis autem attentare non possit a reatu praesumptionis huiusmodi ab aliquo; nisi apud Sedem Apostolicam, ac satisfactione debita, per eum, de illis, quae sibi appropriauerint, vel usurpauerint realiter prius impensa, nisi in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium obtinere. Datis Aunioni, septimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno quintodecimo.

CLEMENTIS PSEUDO VII.

BULLA TERTIA.

SUMMARIUM BULLÆ.

Contra impetrantes Commendatorias, & alia Ordinis beneficia, ut aduersus eos procedere valeat Magister Ordinis, ac si confirmationes eorundem beneficiorum non impetrassent; etiam si impetrantes Sedes Apostolica Capellani existant.

CLÉMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs, Magistro Generali, & Diffinitoribus Capituli Generalis Beatæ Mariæ de Mercede Captiuorum, Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Vestræ deuotionis sinceritas promeretur, ut petitionibus vestris, illis præsertim, quæ utilitatem, & commodum vestræ Ordinis respicere dignoscuntur, fauorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis pro parte vestra petitione continebat, quod nonnulli vestri Ordinis fratres nonnullas Commendatorias, & alia beneficia Ecclesiastica ipsius Ordinis, ac quidam alij, collationem, & prouisionem de eis auctoritate ordinaria eis facturam, confirmationes actenus à Sede Apostolica impetrarunt, ac quotidie impetrare nituntur. Nonnulli etiam ex eis in Capellanos eiusdem Sedis recipi procura-

runt. Propter quod inobedientia, rebellio, & dissolutio huiusmodi impetrantium, ac domorum dicti Ordinis destructio, & bonorum ipsius dilapidatio sæpe sequuntur. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatū, ut prouidere super præmissis de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ Apostolica auctoritate concedimus, ut cōtra quoslibet fratres dicti Ordinis, qui Commendatorias, & alia beneficia huiusmodi, seu collationum, & prouisionum eis ipsis facturam, & fiendarum confirmationes à Sede Apostolica impetrarunt; etiam si dictæ Sedes Capellani existant, proinde procedere valeatis; ac si Commendatorias, & beneficia ipsa, seu eorum collationum, & prouisionum huiusmodi confirmationes à Sede Apostolica minime impetrassent.

Nulli

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, nec ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Avinionis, sexto idus Decembris, Pontificatus nostri anno quintodecimo, idest anno Domini 1392.

COLLECTOR.

CLEMENTI Pseudo VII. succedit Petrus de Luna Antipapa. Dictus Benedictus Pseudo XIII. anno Domini 1394.

BENEDICTI PSEUDO XIII.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

I *Confirmat priuilegia Pontificum, & Regum.*

BENEDICTVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Magistro, & fratribus Ordinis sancte Mariæ de Mercede Captiuorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica, pijs votis, & honestis petentium præcibus fauorem beneuolum impartiri. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates, & immunitates, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, seu alias indulgentias vobis, vel Ordini vestro concessas; necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum, à Regibus, & Principibus, & alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis, ac Ordini prædicto indultas, sicuti ea omnia iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Ordini auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem

tem

Bullarium Ordinis

tem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se no-

uerit incursum. Datis Aui-
nioni, quinto idus Ianuarij, Pon-
tificatus nostri anno tertio.

BENEDICTI PSEUDO XIII.

BVLLA SECVNDA.

SUMMARIUM BVLLÆ.

Concedit, vt fratres Ordinis nostri, à Magistro Generali deputati, aliorum fratrum possint confessiones audire, & à peccatis Sedi Apostolica non reseruatis, absolueret.

BENEDICTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriã. Sincerę deuotionis affectus, quę dilecti filij, Magister Generalis, & fratres Ordinis sanctę Marię de Mercede Captiuorum, ad nos, & Romanam gerunt Ecclesiam promeretur, vt petitionibus suis, illis præsertim, per quas, sicut pie desiderant, conscientię pacem, & salutem animę (Deo propicio) consequuntur. Hinc est, quod nos ipsorum Magistris, & fratrum in hac parte supplicationibus inclinati, vt fratres dicti Ordinis in Prębyteratus Ordine constituti idonei, discreti, & periti, pro tempore existentes, quos Magister, qui nunc est, & successores sui, Magistri Generales dicti Ordinis, qui pro tempore fuerint, ad hoc duxerint deputandos confessionibus quorũ-

cũque aliorum fratrum eiusdem Ordinis præsentium, & futurorum diligenter auditis, pro commissis, debitã eis absolutionem impendere, & iniungere pœnitentiam, salutem valeant, nisi talia fuerint propterque Sedes Apostolica esset merito consulenda eisdem Magistro, & fratribus auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Saonę, sexto Kalendas Nouembris, Pontificatus nostri anno decimo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Magistro Ordinis, vt Religiosi ab ipso approbati, possint audire confessiones fratrum eiusdem Ordinis, eosque absoluerè, exceptis referuatis. Duo notanda occurrunt, Primum, priuilegium hoc non esse derogatum, per Tridentin. session. 23. capit. 15. de reformation. Quod nihil innouauit circa regulares, ac proinde sic approbatus à suo Prælato ad audiendas confessiones fratrum, non eget Episcopi approbatione. Enriq. de pœnit. lib. 6. cap. 6. §. 9. & capit. 13. §. 1. Suar. de pœnit. capit. 28. section. 4. à num. 4. Nauar. cap. 4. numer. 2. Eman. in Bulla, §. 9. num. 9. 15. atanem confessor à solo Prælato approbatus, eligi non potest per Bullam Cruciatæ à fratribus eiusdem Ordinis. Enriq. lib. 6. capit. 6. §. 9. Ledesm. de pœnit. capit. 13. dif. 6. & versic. *La duda vnlecima.* Suar. de pœnit. disputation. 28. section. 6. num. 11. Vega in sum. 2. part. verb. *Indulgentias*, cap. 7. cas. 32. Illustris Acugna Archiepiscopus Bracharensis, de iubil. capit. 9. à num. 11. Licet contradicant Graffis, 1. part. decis. lib. 4. capit. 15. numer. 12. Eman. in Bulla, §. 7. num. 9. Coriol. de casib. referuatis, 1. part. sect. 3. artic. 16. num. 1.

Secundò, Religiosus à suo Prælato non approbatus non absoluit. Suar. de pœnit. disputation. 26. section. 2. numer. 12. Enriq. lib. 6. capit. 6. §. 6.

COLLECTOR.

INNOCENTIO succedit Gregorius XII. anno 1406. Ecclesia schismate laborante Concilium Pisis cogitur, in quo electus fuit Alexander V. Summus Pontifex; & sic Ecclesia in tres Pontifices diuiditur. Alexander 5. anno 1409. Alexandro uiuente. Gregorio succedit Ioannes XXII. dictus XXIII. anno 1409. Gregorius XII. Benedictus XIII.



BENEDICTI PSEUDO XIII.

BVLLA SEXTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Concedit Pontifex omnibus Christi fidelibus, nostram sanctæ Mariæ de Podio domum peregrinatione visitantibus, plenariam suorum peccatorum indulgentiam.

BENEDICTVS Episcopus feruus feruorū Dei. Conuenit Apostolico moderamini pia Religione pollentibus, be reuola cōpassione succurrere, & petentium desiderijs congruum impertiri suffragiū. Ex hoc enim lucrī, potissimum præmium à conditore omnium Deo, insidereis arcibus promerebimur, si venerabilia loca nostro tempore, aut ad meliorem fuerint statum perducta, aut ne vnquā in aliquo minuantur corroborata. Sane venerabilis fratris nostri Petri Diaconi sancti Angeli S. R. E. Cardinalis præcibus inclinati, ob maximamquā gerit deuotionem erga augustissimum sanctæ Mariæ Templum de Podio, fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Diocesis Valentis, cuius esse fertur oriundus; Religiosos etiam fratres dicti Cenobij fauoribus prosequi volentes, ob inconcussam

charitatis vnitatem, qua inter procelas omnes Sedi Apostolicæ adhæserunt; ipsa etiam loci sacri veneranda Religio, nos ad hæc efferenda compellunt. Qua propter memoria reducentes sacri Tēpli limina in honorē Beatissimæ Virginis Mariæ, postquam (meritis licet imparibus) Apostolico munere fungimur sæpius adijisse, nec modica sane cordis hilaritate perfusi, in diuæ Virginis vultum speciosissimæ, præ filiis hominum, intentis oculis, & reuerenti animo ferebamur, cuius imaginem accepimus (prout præteritorum gesta commemorat) ab Angelicis manibus elaboratū eorundē ministerio à loco sancto Iethsemani, vbi sacrum corpus Mariæ iacuit, huiusmodi fœlicissimo littori diuinitus adlatā, ac summa populorū frequētia, à primis sæculis, vndequaq; cōfluentiū, indubitata fide veneratam. Idcirco prædictā sacre Mariæ ædem debito honore deco-

decorantes, praecibusque supra-
dicti venerabilis Petri S. R. E.
Cardinalis annuere volentes.
Dei Omnipotentis, & sanctorum
Apostolorum Petri, & Pauli be-
nedictione suffulti; harum litte-
rarum Apostolicarum serie elar-
gimur cunctis Christi fidelibus,
sacram sanctae Mariae aedem, de-
uota peregrinatione lustrantibus,
plenariam suorum dilectorum

indulgentiam. Datis Masiliae ad
sanctum Victorē, vndecimo Ka-
lend. Februarij, anno salutis mil-
lesimo quadringentesimo septi-
mo, Pontificatus nostri anno de-
cimo tertio. Guido Episcopus
Praenestinus Cardinalis S. E. Pe-
trus Gerardus Tusculanus Epif-
cop. Cardinalis Diacon. Ama-
deus de Salutis Sanct. Nouae,
Cardinalis Diacon.

SCHOLIA SERAPHINI.

Hanc Benedicti Bullam exornat late, & docte Reuerendus no-
ster fr. Franciscus Boyl, in discursu qui inscribitur: *Et Pache de Va-
lencia, Camara Angelical de Maria Santissima, cap. 4.* vbi testatur, se
cadauer Benedicti tractauisse, incorruptumque vidisse.

Restat tantum, vt aduertam, indulgentiam plenariam, quam praedictam Camaram visitantibus deuota peregrinatione, elargitur: Po-
tiffex, validam, perpetuamque esse; licet tempore schismatis fue-
rit concessa, ex his, quae resoluimus ad Bullam 4. huius Pontificis.

BENEDICTI PSEUDO XIII.

BULLA QVARTA.

SVMMARIVM BULLAE.

Tres Conservatores concedit pro Conuentu nostro Guadalaxarenf.
Prouincia Castalla ad decennium.

BENEDICTVS Epif-
copas feruus feruorum Dei.
Venerabili fratri Epifco-
po Seguntino, & dilectis filijs
Decano Hispalensis, & Thesau-

rario Toletanae Ecclesiarum, fa-
lutem, & Apostolicam benedi-
ctionem. Militanti Ecclesiae (li-
cet immeriti disponente Domi-
no) praesidentes, circa cura Ec-

Bullarium Ordinis

eleſarum, & Monafteriorū omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſoliciti, vt iuxta debitum Paſtoralis officij, eorum occurramus diſpendijs, & profectibus (Diuina cooperante clementia) ſalubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorum Præceptoris, & Cōuentus Monafterij ſancti Antonini, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Captiuorum de Guadalfaxara, Toletanæ Diœceſis cōquæſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epifcopi, alijque Eccleſiarū Prælati, & Clerici, ac Eccleſiaſtice perſone, tam Religioſe, quã etiã ſeculares; necnon Duces, Marchiones, Committes, Varones, Nobiles, Milites, & laici, communia Ciuitatum, Vniuerſitates, Oppidorum, Caſtorum, Villarum, & aliorum locorum, & aliæ ſingulares perſonæ Ciuitatum, & Diœceſum, & aliarum partium diuerſarum occuparunt, & occupari fecerunt, Caſtra, Villas, & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, iura, & iurisdictiones, necnon fructus, redditus, prouentus, cenſus dicti Monafterij, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, ſpiritualia, & temporalia ad eodem Præceptorem, & Conuentum communiter, vel diuiſim ſpectantia, & eadem in debite occupata, ſeu ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium,

& fauorem. Nonnulli etiam Ciuitatum, Diœceſum, & partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant eiſdem Præceptori, & Conuentui ſuper prædictis Caſtris, Villis, & locis, terris, domibus, poſſeſſionibus, iuribus, & iurisdictionibus, fructibus, cenſibus, redditibus, & prouentibus eorundem, ac quibuslibet alijs bonis mobilibus, & immobilibus ſpiritualibus, & temporalibus, & alijs rebus ad eodem Præceptorem, & Conuentum communiter, vel diuiſim ſpectantibus, multiplices moleſtias, iniurias inferunt, & iacturas. Quare dicti Præceptor, & Conuentus, nobis humiliter ſupplicarūt, vt cum eiſdem valde reddatur difficile pro ſingulis quærelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, prouidere eis ſuper hoc paterna dilectione curaremus. Nos igitur aduerſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, inuitatores huiusmodi illo volentes eiſdem Præceptori, & Cōuentui remedio ſubuenire per quod ipſorum cōpeſcatur temeritas, & alijs additus cōmitēdi ſimilia præcludatur, diſcretionē veſtrę per Apoſtolica ſcripta mādāmus, quatenus, vos, vel duo, aut vnus veſtrū per vos, vel aliū, ſeu alios; etiã ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis Cōſeruatores, & iudices præſatis Præceptori,

&c

& Conuentui efficacis deffensio-
nis praesidio afsistentes, non per-
mittatis eisdem super his, & qui-
buslibet alijs bonis, & iuribus ad
Praeceptorem, & Conuentum
supradictos spectantibus, ab eis-
dem, seu quibuslibet alijs inde-
bite molestari, aut eis grauami-
ne, seu damna, vel iniurias irro-
gari facturi, dictis Praeceptori,
& Conuentui, cum ab eis, vel
Procuratoribus suis, aut eorum
aliquo fueritis requisiti de praedi-
ctis, & alijs personis super resti-
tutione huiusmodi, Castrorum,
Villarum, terrarum, & aliorum
locorum, iurisdictionum iuriu,
& bonorum mobilium, & immo-
bilium, reddituum quoque, & pro-
uentuum, & aliorum quoruncu-
que bonorum; necnon de quibus-
libet molestijs, iniurijs, atque da-
nis praesentibus, & futuris; in il-
lis videlicet, quae iudicalem re-
quirunt indaginem summarie, &
de plano sine strepitu, & figura
iudicij, in alijs vero prout quali-
tas negotiorum exegerit iustitiae
complementum. Occupatores,
detentores, molestatores, praes-
umptores, & iniuriatores huius-
modi; necnon contradictores
quoslibet, & rebelles cuiuslibet
dignitatis, status, ordinis, vel co-
ditionis existerint, quandocun-
que, & quotiescunque expedi-
rit, auctoritate nostra per cen-
suram Ecclesiasticam (appella-
tione postposita) compescendo,

inuocato ad hoc (si opus fuerit)
auxilio brachij secularis, non ob-
stantibus, tam felicitis recordatio-
nis Bonifacij Papae VIII. praede-
cessoris nostri, in quibus caue-
tur, ne aliquis extra suam Ciuita-
tem, & Dioecesim, nisi in certis
exceptis casibus, & in illis ultra
vnam dietam, ad finem suae Dico-
cesis ad iudicium euocetur, seu
ne iudices, & Conseruatores a
Sede deputati praedicta, extra
Ciuitatem, & Dioecesim, in qui-
bus deputati fuerint, contra quos-
cunque procedere, seu alij, vel
alijs vices suas committere, aut
alios ultra vnam dietam, ad fi-
nem Dioecesis trahere praesumant
(dummodo ultra duas dietas ali-
quis auctoritate praesentium non
trahatur) seu quod de alijs, quam
de manifestis iniurijs, & violen-
tijijs, & alijs, quae iudicalem inda-
ginem exigunt, poenis in eos si fe-
cus egerint, & in id procurantes
adiectis, Conseruatores se nul-
latenus intromittant, quam a-
lijs quibuscunque constitutioni-
bus a praedecessoribus nostris
Romanis Potificibus, tam de iu-
dicibus Delegatis, & Conserua-
toribus, quam personis ultra cer-
tum numerum ad iudicium non
vocadis, aut alijs editis, quae ve-
strae possent in hac parte iurisdic-
tioni, aut potestati eiusque libero
exercitio quomodolibet obuia-
re. Seu si aliquibus comuniter, vel
diuisim a praedicta sit Sede indul-

Bullarium Ordinis

tum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra, vel ultra certa loca ad iudicium euocari, non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, & eorum personis, locis, Ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, seu speciali, cuiuscunque tenoris existat, perquam præsentibus non expressam, vel totaliter nõ insertam vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, eiusque tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum: quãuis idẽ inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus; quodque à da-

ta præsentium, sit vobis, & unicuique vestrum in præmissis omnibus, & eorum singulis cæptis, & non cæptis, præsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictionis attributa, vt eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus, & singulis cæptis, & non cæptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cepta fuissent, & iurisdictionis vestra, & cuiuslibet vestrũ in prædictis omnibus, & singulis, per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitutione prædicta super conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita, non obstante, præsentibus post decennium minime valituris. Datis in Ciuitate Valentina, Prouinciæ Tarracensis, tertio idus Iunij, Pontificatus nostri anno vigesimo primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

HÆc Bulla pro Conseruatoribus Guadalfaxaræ iam expirauit, cum concessa fuerit vsque ad decennium. Vnde nihil notandum occurrit, nisi quod licet causæ omnes coram Ordinarijs tractari debeant. Trident. sessio. 24. & 20. Suañ. in praxi, tom. 2. prælud. vlti. fallit tamen sidentur Conseruatores. Nauar. consil. 3. de officio de legat. Alderet. de exemption. Regular. 2. part. & 3. Cætera vide in Bulla 5. huius Pontificis. In secunda verò instantia, siue à Prælato appelletur iudex appellationis non est Nuntius, sed Protector Ordinis,

Ordinis, aut congregatio eminentissimorum, super negotijs Episcoporum, & regularium, ex decreto dict. Congregationis. Paulin. Bert. in praxi criminali regular. titul. 2. capit. 14. numer. 8. & 9. Vnde à Prælato Religionis ad Nuntium non datur appellatio: à Conseruatore verò, non appellatur Nuntius, sed Papa. Tusc. verbo *Conseruatores*, numer. 6. Confert. in summ. mater. priuileg. Mendicantium, titul. 3. capit. 5. ad fin. Monet. de conseruat. capit. 9. à numer. 185. Ancharran. consil. 132. Ruin. consil. 3. lib. 4. vbi numer. 4. resoluit id procedere, licet Nuntius habeat in commiffione, vt agnoscat de causis à Delegato interpositis ad Sedem Apostolicam.

Cum hic Pontifex, & alij à Nicolao V. ab anno 1327. vsque ad annum 1410. successerint durante schismate. Quæstio est; An indulgentiæ ab ipsis concessæ valerent? De qua controuersia Mascard. conclusion. 649. numer. 3. & 4. Sanchez de matrimo. 1. tom. lib. 3. disputation. 22. numer. 48. & 54. Qui resoluunt indulgentias ab omnino falsis Prælati cõcessas, esse irritas de defectu tituli, quamuis adsit communis error, contra alios ab eisdem relatos, & Anton. Gomez in Bull. cap. 4. numer. 32. Vnde indulgentias datas à falsis quæstoribus, nullas esse probant, Oldrald. consil. 76. num. 3. & sequent. & citati à Mascard. dict. numer. 4. & Sanch. dict. numer. 14. Ego puto indulgentias ab his Pontificibus concessas esse validas. Tum quia concurrebat titulus, saltim putatiuus, & communis opinio eorum, qui alterius partes sequebantur. Tum etiam, quia omnia, quæ prædicti concesserāt, post schisma extinctū approbata sunt ab Apostolica Sede, & ita omnis dubitatio cessauit.

Vtrum autem Pontifex pro schismate se dando teneatur cedere Papatui? Et an Concilium eo renitente congregari possit? Tradit Anifar. contra Gregor. XII. consil. 66. per totum. Iacob. de Concilijs lib. 3. artic. 1. pagin. 182. versic. *Similiter*, & à pag. 178. Et quando Pontifices propter potentiam cedere nolunt, & vnusquisque in sua persistit opinione, possunt domini temporales se intromittere, & faciunt dubium sopiri, & determinari per Ecclesiam. Glos. verb. *Spiritualibus*, in capit. tua nuper, de decimis, vbi Abbas numer. 10. interim verò populus satisfaciat sequens suos Pastores, & Doctores Catholicos. Suarez de fide, 3. part. disput. 12. sect. 1. num. 11. Sic Ioannes XXIII. & hic Benedictus XIII. & Gregor. XII. depositi sunt in Concil. Constanciensi Generali incepto (durante schismate) anno 1418. finito sub Martino

Bullarium Ordinis

V. Gregorius autem per Legatos sponte cecidit. Pad. in Chronografia Concilior. pag. 84. & cecidit schisma. Vide Illescas in Pontificali 2. part. lib. 6. cap. 11. & 12. & 3. tom. Conciliorum. Vtrum autem per sortem dirimi possit schisma, vide Iacob. de Concil. lib. 3. art. 1. pag. 181. vers. *An possit*, ubi per totum articulum magnas, & utiles quaestiones disputat in hac materia.

Addo ego in validitatis confirmationem, eo tempore Imperatorem, praecipuosque Europae Reges; & Beatum Vincentium Ferrer huic Pontifici adhesisse; quod omnem scrupulum, & dubium remouet. Ex traditis per Suar. de fide, 3. part. disputat. 12. section. 1. num. 11.

BENEDICTI PSEUDO XIII.

BVLLA QVINTA.

SVMMARIVM BVLLÆ:

Concedit Prouincia Castellæ Prouinciali, & fratribus eiusdem Prouincia, ac Ordini vniuerso, quod Prælati possunt absoluere fratres illius ab omni excommunicatione, & cum eisdem in omni irregularitate dispensare, ut fratribus Mendicantibus concessum est; necnon, & ipsi Prælati absolui quoque, & dispensari possint.

BENEDICTVS Episcopus seruus seruorum Dei. ad perpetuam rei memoriam. Exigit deuotionis sinceritas, ac piæ Religionis, sub qua dilecti filij professores Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, virtutum domino famulatum impendunt promeretur honestas, ut petitiones suas illas praesertim, quæ animarum salutem respiciunt, quantum cum Deo possimus ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est, quod vestri dilecti filij Prouinciales dicti Ordinis Prouinciæ Castellæ, & Portugallæ secundum morem ipsius in hac parte deuotis praecibus inclinati eidem Ordini, ut eius Prælati, seu Præsidentes, etiam secundum morem ipsius, per se, vel alium, seu alios quoscunque professores eiusdem, qui sunt, & erunt pro tempore a quibuscunque excommunicationum sententijs à iure, vel ab homine generaliter promulgatis, si quas in-

curre-

currerint, & ipsos incurrere contigerit in futurum, in casibus fratrum Mendicantium Ordinibus generaliter concessis. Si hoc humiliter petierint, in forma Ecclesiae consueta auctoritate Apostolica absoluendi, nec non cum eisdem professoribus super irregularitate, seu irregularitatibus, si quam, vel si quas huiusmodi Legati sententijs celebrando Diuina, vel immiscendo se illis (non tamen in contemptum clauium) contraxerint, prout huiusmodi fratrum Mendicantium Ordinibus est permixsum eadem auctoritate dispensandi, eligendi quosque ex eisdem professoribus, quos

voluerint, qui Praelatos, seu praesidentes huiusmodi in eisdem casibus absoluere valeant (vt praefertur) plenam, & liberam concedimus tenore praesentium facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Peniscolae Dertusensis Diocesis, quinto idus Martij, Pontificatus nostri anno vigesimo tertio.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit primo, vt Prouinciales Mercenarij, possint subditos ab omni excommunicationis à iure, vel ab homine generaliter promulgatae sententia absoluere, in quo indulto nota primo, quod sententia excommunicationis latae ab homine, generaliter equiparatur sententiae latae à iure, & qui potest absoluere ab hac, potest absoluere ab illa, ex Doct. Ioan. de Imola, num. 16. in cap. graue, de Praebend. relata per Felin. in cap. Pastoralis, §. praeterea, de officio Ordinar. Ioan. Andr. & Cardin. num. 4. in cap. ex frequentibus, per illum text. de institut. Nauar. cap. 27. num. 44. & 74. Amplia, vt possit absoluere subditos, licet eam incurrerint ante ingressum Religionis. Eman. de Bulla, §. 9. num. 127. Enriq. lib. 7. cap. 28. §. 1.

Secundò notabis, quod Praelati non possunt absoluere excommunicatum Monachum ab homine specialiter. Collector compendij, quem refert, & sequitur Eman. de Bulla, §. 9. n. 55.

Notabis tertio, quod absolutio excommunicationis per priuilegia, procedit tantum in foro interiori; non verò in exteriori, ex declaratione Pij V. quam refert Eman. dict. numer. 55. Couarru. cap.

Bullarium Ordinis

cap. *Alma*. 1. part. §. 11. num. 16. Gutier. lib. 1. canon. 3. num. 8.
& 9.

Notabis quartò, quod Martinus V. in concessione Abb. sancti Benedicti Pinciani, indulget, vt possit absoluere subditos in foro conscientie, ab omni ex cõmunicatione, etiã Sedi Apostolicę reseruata, & per communicationē competit hoc priuilegium, etiam Prouincialibus Mercenarijs. Eman. dict. Bull. §. 9. num. 129. non tamen poterunt absoluere à reseruatis in Bull. Cœnæ, cum habeat derogationem priuilegiorum omnium, etiam Mendicantium Ordini concessorum, ex eodem Eman. dict. num. 129. ad fin.

Concedit secundo Pontifex, vt Prouincialis Mercenarius per se, vel per alium possit dispensare cum subditis, in irregularitate ob Diuinorum celebrationem incurfa, si excommunicati calebrent, vel ingerant se Diuinis: hodie tamen maiorem habet potestatem, cum ex præcitata Martini V. concessione, possit dispensare cū subditis in omni irregularitate, etiam proueniente ex homicidio voluntario. Enriq. lib. 7. cap. 28. §. 1. lit. E. Eman. dict. Bulla, §. 9. num. 130. Secundum quos id procedit in homicidio occulto. Occultum autem censebitur, quo ad propositum, respectu exterorum ad euitandum scandalum, licet inter Religiosos sit notorium. Enriq. & Eman. citati. Vnde constat maius priuilegium competere Prouinciali, erga suos subditos circa dispensationem homicidij voluntarij, quam Episcopis erga suos, vt bene aduertunt Enriq. dict. lit. E. & Eman. d. n. 130. ante fin.

Concedit tertio Bulla, vt possit Prouincialis, confessarium eligere, vt eum absoluat, & dispense in irregularitate incurfa, & ita concessum est Augustinis, Prædicatoribus, & Minoribus. Felician. de censur. tit. de priuileg. cap. 12. 15. & 16. resoluunt Eman. d. Bull. §. 9. num. 128. Enriq. lib. 7. cap. 28. §. 1. lit. H. vbi plures citat; Dispensatio namque concessa Monachis, comprehendit etiam Abbatem, & Superiorem, quia est fauorabilis, cap. vlt. de simon. vbi notant Doctores. Nauar. not. 1 à numer. 3. glos. verb. *Sacerdotium*, in Clement. 1. de offic. Vicarij, communi ex Couar. de sponsalibus, 2. part. cap. 8. num. 6. non tamen potest secum dispensare. Eman. dict. num. 128. Enriq. plures referens dict. lit. H. Abbas in cap. magna de voto.



BENEDICTI PSEUDO XIII.

BVLLA SEXTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Tres pro vniuerso Ordine Conseruatores deputat, qui bona Ordinis restituant, & iniurias depellant.

BENEDICTVS Episcopus seruus seruorū Dei. Venerabili fratri Episcopo Legionensi, & dilectis filijs sancti Saturnini Tolosanensis, ac Populeti Tarraconensis Diocesis, Monasteriorum Abbatibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Viri sub Religionis habitu Domino famulantes Apostolicis debent præsijs cōmuniri, vt eo deuotius, & quietius valeant Diuinis vacare obsequijs, piūque opus eis commissum facilius, & vtilius exercere, quo à peruersorum conatibus conspexerint se deffensos, interest nostra eis supra his de opportunis remedijs prouidere. Sane dilectorum filiorum Magistrum, Prouincialium, ac Præceptorum Commendatorum communiter nuncupatorum, & fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū, conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, alijque Ecclesiarum Prælati,

Clerici, ac Ecclesiastice persone, tam Religiose, quàm seculares; necnon Duces, Marchiones, Committes, Varones, Milites, Nobiles, & laici, communia Ciuitatum, Vniuersitates, Oppidorum, & Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, & aliarum singulares personæ Ciuitatum, & Diocesis, & aliarum partium diuersarum occupant, & occuparunt, & occupari fecerunt Castra, Villas, & loca alia, terras, domus, possessiones, iura, iurisdictiones, necnon fructus, census, redditus, & prouentus dicti Ordinis, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, spirituality, & temporalia ad eosdem Magistrum, Prouinciales, Præceptores, & fratres spectantia, & ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium, & fauorem. Nonnullæ etiam Ciuitatum, Diocesis, & partium prædictarū, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, res, & bona

ad

Ballarium Ordinis

ad ipsos communiter, & diuifim pro, feu ratione Redemptionis Captiuorum, & alias ſpectantia uſurpant, occupant, & occultant, & ſuper illis, ac etiam alias eoſdem Magiſtrum, Prouinciales, Præceptores, & fratres, diuerſis, & grauibus iniurijs, violentijs, & moleſtijs, in diuerſis mundi partibus perturbare, & affligere non verentur. Nos eorundem Magiſtri, Prouincialiũ, & fratrum prouidere quieti, & malignorum conatibus obuiare volentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos vel alium, ſeu alios, etiam ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis Conſeruatores, & iudices eiſdem Magiſtro, Prouincialibus, Præceptoribus, & fratribus efficaciſſimi deſenſionis præſidio aſiſtentes, ne permittatis eos à prædictis, vel quibuſvis alijs, ſuper præmiſſis, ſeu ratione ipſorum, vel alias indebite moleſtari, vel eiſdem dâna, violentias, iniurias, vel moleſtias irrogari facturi eiſdem Magiſtro, Prouincialibus, Præceptoribus, & fratribus, cum ab eis, vel Procuratore, aut Procuratoribus eorum fueritis reſiſſi de prædictis, & alijs perſonis quibuſlibet de quibuſcunque moleſtijs, iniurijs, violentijs, atque damnis præſentibus, & futuris; in illis videlicet, quæ iudicalem

requirunt indaginé ſummarie, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij: in alijs verò prout qualitas negotiorum exegerit iuſtitie complementum moleſtatores, præſumptores, & iniuriatores huiuſmodi; necnon contradictores quolibet, & rebelles cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis extiterint; etiam ſi Pontificali præfulgeant dignitate, quancunque, & quocunſcunque expedierit, per cenſuram Eccleſiaſticam appellatio- ne poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus tam ſœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cauetur, ne quis extra ſuam Ciuitatem, & Dioceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra vnã dietam, à fine ſuæ Dioceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices, & Conſeruatores à Sede deputati prædicta, extra Ciuitatem, & Dioceſim, in quibus deputati fuerint, cõtra quocunſcunque procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere, ſeu aliquos ultra vnã dietam à fine Dioceſis eorundem trahere præſumant. Seu quod de alijs, quam de manifeſtis iniurijs, violentijs, & alijs, quæ iudicalem indaginem exigunt, pœnis in eos ſi ſecus egerint, & in id procurantes adiectis, Conſeruatores ſe nullatenus

tenus intrōmittant, & de duabus dietis in Concilio Generali; dummodo ultra tres dietas aliquid extra suam Ciuitatem, & Diocēsim; auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur; quam alijs quibuscunque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de iudicibus delegatis, & Conseruatoribus; quàm personis, ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ vestre possent in hac parte iurisdictioni, aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare, seu si aliquibus coniunctim, vel diuissim à Sede Apostolica sit indultum; quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra, vel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, & de eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali; cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam vestræ iurisdictioni, explicatio

in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, eiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mētio specialis. Cæterum volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum; quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus; quodque à datis præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum in præmissis omnibus cæptis, & non cæptis, præsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdicatio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis, ac eorum singulis cæptis, & non cæptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis prouidere, ac si prædicta omnia, & singula corā vobis cæpta fuissent, & iurisdicatio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis, per citationem, vel modum alium perpetuata legitimū extitisset constitutione prædicta super Conseruatoribus, & qualibet alia in contrarium edita nō obstante. Datis Peniscolæ Dertusensis Diocēsis, quinto idus Martij, Pontificatus nostri anno vigesimo tertio.

COLLECTOR.

NVlla alia Benedicti priuilegia huc transcribemus eo quod die vigesima sexta Iulij sequentis, à Pontificatu depositus à Concilio

lio Constanciensi, sess. 37. Nullum alium Pontificatus legitimum actum potuit exercere. Eo ergo deposito, cæterisque Pontificibus cedentibus, eligitur in eodem Concilio Constanciensi Martinus V. & schisma finitur, Licet Petrus de Luna renueret dimitti præteritam dignitatem. Eo verò anno 1423. vita functo per duos Pseudo Cardinales creatus fuit quidam Pseudo Clemens VIII., sed parum negotij facescit Ecclesiæ, vniuersis Martinū V. venerantibus. In magno illo, & celebri Concilio Constanciensi adfuit clarissimus sanctitate, & doctrina Magister frater Antonius Taxal, Ordinis nostri Generalis, & Regis Aragonum Orator, cui ob prudentiam, eruditionem, & fortitudinem animi eximiam, Concilium grauissima munia demandauit, vt ex illius actis; præcipuè sessione 22. omnibus liquet. Eo verò Constantiæ vita functo, succedit decimus sextus Ordinis Generalis Magister frater Bernardus de Plano.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Conseruatores, & iudices vniuerso Ordini, & in perpetuum Episcopum Legionensem, Abbates sancti Saturnini Tolosanensis, ac Populeti, Diocesis Tarraconensis. Qua in re multa dicenda occurrunt, sed studio breuitatis aduerto, Conseruatorum, (quo ad propositū) duplicem esse speciem; alij sunt Conseruatores strictè sumpti; alij etiam iudices cōstituuntur. Priores cognoscunt tantum de manifestis iniurijs, nec habent iudicialē indignem, cap. 1. vbi glos. & omnes, de offic. de legat. lib. 6. possunt tamē cognoscere: An factum sit notorium Glos. verb. *Conseruatores*, in dict. cap. 1. recepta ex Cued. lib. 1. diuers. cap. 5. num. 5. Decian. tom. 1. lib. 5. cap. 32. num. 9. Tiraquel. de retr. titul. 1. §. 8. glos. 5. num. 19. Capell. vbi addit 2 1 1. & huic constitutioni derogat Pontifex in nostra Bulla. Posteriores sunt vere iudices Delegati, cognoscunt quæ iudicialiter de causis priuilegiatorum, quos Pontifex in præsentiarum constituit. Insuper indulget quod ipsi per se, vel per alios cognoscant.

Concedit secundò, vt etiam extra loca, in quibus deputati sunt intra tres dietas deffendere, & cognoscere possint. In quo notabis, quod delegatus non poterat cognoscere extra locum, in quo deputabatur, nec vltra vnā dietam, cap. *statumus*, §. 1. cum duobus sequent. de rescriptis, lib. 6. quomodo autem computanda sit dieta. Menoch. cas. 206. Eman. 1. quæst. 64. art. 7. Enriq. de indulgēt. cap.

24. §. 8. in glos. lit. K. Secundū quos dieta continet septem leucas communes, computandas non à loco tribunalis, seu loci designati; sed à fine Diœcesis, cap. fin. §. 1. ad fin. ibi: *A fine Diœcesum*, de offic. de legat. lib. 6. Eman. d. art. 7. Menoch. d. loco in fin.

Circa Conferuatores vide vltra relatos à Barbof. ad Trident. sess. 14. §. à num. 11. & in dict. cap. 1. & vlt. de offic. de legat. lib. 6. Monet. de Conferuatorib. Molina de iustit. tom. 6. tract. 5. num. 29. Mandos. de praxi signaturæ, §. Conferuatoris. Azor 2. tom. lib. 5. cap. 34. An autem cognoscere possit in prima instantia? Dixisti supra in Bull. 3. eiusdem Pontificis. An autem debeant esse iudices synodales? Vide in Bull. 2. Gregorij II. Et an eius commissio expiret morte Conferuatoris? Vide in Bull. 2. Alexandri VI. num. 1. Et de qualitatibus Conferuatoris, ipsiusque delegati, n. 6. & 7. & de subdelegatione, latè vide à num. 4.

MARTINVS V.

anno 1417.

MARTINI V.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Confirmat electionem Magistri fratris Bernardi de Plano, in locum Magistri Taxal, ab Ordine suff. Et.

MARTINVS Episcopus seruus seruorū Dei. Dilecto filio nostro Bernardo de Plano, Ordinis Beatae Mariae de Mercede, Generali Magistro, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sollicitudinis studium, circa diuersa, quæ

agenda nostris incumbunt humeris, est illud potissimum; vt circa statum Ordinum quoruncunque illorum, maxime qui Pastorum regimine sunt destituti, sic sollicita diligentia intendamus: quod Ordini ipsi, per nostræ operationis studium nostri

fa-

Bullarium Ordinis

Fauoris supremi auxilio suffragentur præferuante à noxijs, & prosperitatis votiue successiuus gratulentur. Dudum si quidem Magistratu Ordinis Beatae Mariae de Mercede, Captiuorū, per obitum quiusdam Antonij Magistri Generalis dicti Ordinis in Ciuitate Constantiæ, Prouincię Maguntienſis, sacro in ea durante Concilio de mortui, vacante, dilecti filij Electores Generalis Magistri dicti Ordinis, ad quos ipsius electio secundum eiuſdem Ordinis instituta, & alias de antiqua, & approbata actenus pacifice obseruata consuetudine pertinent, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt electioni huiusmodi commode interesse (die ad electionem præfixa, vt moris est) conuenientes in vnum, te tunc Præceptorem domus Perpiniani dicti Ordinis Helnenſis Diocesis, Bachalaurum in decretis, Ordinis ipsius expresse professum, & in Sacerdotio constitutum, in dicti Ordinis Generalem Magistrum, concorditer via Spiritus Sancti elegerunt. Tuque postmodum electioni huiusmodi, illius tibi præsentato decreto, consensisti, ac per nos auctoritate Apostolica confirmari petisti, in his omnibus statutis à iure temporibus obseruatis. Nos igitur post priuationem Petri de Luna, tunc Benedicti XIII. nuncupati, ab

huiusmodi iure, quod habebat in Papatu firmitus (Diuina fauente Clementia, licet inmeriti) ad summi Apostolatus apicem assumpti, electionem ipsam, tuæque personæ idoneitatem, & merita, per dilectum filium nostrum Antonium sanctæ Cecilie, Præbyterum Cardinalem, examinari fecimus diligenter; & quia facta nobis per ipsum Cardinalem super hoc relatione primarie, & fidei, electionem ipsam inuenimus de persona tua (de qua apud nos de Religionis zelo, vitæ, ac morum honestate, ac alijs multiplicium virtutum donis, fide digna testimonia perhibentur) fore canonice celebratam eandem electionem, (etiam si prouisio huiusmodi magisterij fuerit hac vice dispositioni Apostolicæ referuata) auctoritate Apostolica confirmamus, præficiendo te ipsi Ordini in Generalem Magistrum, curam, & administrationem dicti Ordinis, sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo in illo, qui dat gratiam, & largitur præmia, confidentes, quod dirigente Domino actus tuos præfatus Ordo, per tuæ industriæ, & circumspectionis studium, fructuosius regatur, vtiliter, & prospere dirigatur, grataque in eisdem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Quo circa discretioni tuæ per Apostolica

scri-

scripta mandamus ; quatenus onus regiminis dicti Ordinis deuote suscipiens, sic te in eius cura salubriter exercenda diligentem exhibeas, & etiam studiosum, quod Ordo ipse Gubernatore prouido, & fructuo-

so administratore gaudeat se commissum. Tuque per praedictae Sedis Apostolicae gratiam, & benedictionem eandem uerius consequi merearis. Datis Constantiae, septimo idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

M A R T I N I V.

BULLA SECUNDA.

SUMMARIUM BULLAE.

Concedit Magistro Generali Altare portatile.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Iacobo Aymerich, Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, Generali Magistro, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sincerae deuotionis affectus, quam ad nos, & Romanam geris Ecclesiam, non indigne meretur, ut petitionibus tuis; illis praesertim, quas ex deuotionis feruore prodire conspiciamus; quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos tuis deuotis supplicationibus inclinati, ut liceat tibi, qui Praesbyter es habere Altare portatile, cum debita reuerentia, & honore, super quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis celebrare pos-

sis, seu per proprium, vel alium Sacerdotem idoneum Missam, & alia Diuina Officia, sine iuris alieni praesudicio, in tua, & familiarium tuorum domesticorum praesentia facere celebrari, deuotioni tuae tenore praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae voluntatis, concessionis, & inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Florentiae, quintodecimo Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno secundo.

Bullarium Ordinis

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Generali Magistro Altare portatile, vt per se, vel per alium possit Missam, vel alia Diuina Officia, in sua familiariumque præsentia cælebrare. Priuilegium hoc differt à priuilegio Prædicatorum, & Minorū. De quo in cap. in his, de priuilegijs, & Episcoporum, de quo in cap. vlt. tit. illo, in 6. Nam illud locum habet in itinere, vt probant citata iura. Enriq. lib. 13. cap. 44. §. 6. Couarru. cap. Alma, 2. part. §. 2. num. 7. verſ. *Poterant*. Suar. de censur. disputat. 34. section. 3. nu. 1. priuilegium autem hoc conceditur etiam intra Monasterium, & in quocunque loco, cum Pontifex non distinguat, nec nos distinguere debemus, l. de prætio. ff. de publician. Sic aduertit Eman. in simili priuilegio, tom. 1. quæstion. 43. art. 4. ad fin.

Notabis etiam, quod regulares habent priuilegium cælebrandi in Altari viatico, in itinere, & Castris Tabien. Miss. §. 7. Altare 2. §. 1. Nauar. cap. 25. numer. 82. in fin. Enriq. lib. 9. capit. 27. §. 2. ad fin. Et quamuis Nauar. dicat esse sublatum pro Tridentin. session. 22. Attamen in missionibus Religioni Societatis id concessit Paulus III. & cum derogatione Tridentin. Gregor. XIII. Enriq. dict. §. 2. litter. S. Ac proinde cæteris Religiosis non competit per communicationem, cum non mittantur ratione quarti voti Societatis.

Adhuc tamen puto diuersum esse priuilegium nostrum ab hoc priuilegio, ex supra resolutis. Vnde existimo, quod Prouincialis, Prælatique inferiores, non possunt in suis cællis habere Altare, cælebrarique ibidem facere. Imò (nifallor) nec Generalis Magister Altare portatile habere potest. Nam priuilegium nostri Pontificis respicit tantum personam, & deuotionem Iacobi Aymereich, vt constat ex Bulla, ergo fuit priuilegium personale, nec alijs communicandū. Sic alias declarauit Leo X. non esse per communicationem extendenda priuilegia particularibus personis concessa. Collect. verb. *Communicatio*, num. 18. Eman. 1. tom. de regular. q. 55. art. 18. Particularis autem persona censetur Magister, dum nominatur nomine proprio, adnotat. in cap. *quoniam Abbas*, de offic. deleg.

Nec cōtra supradicta obstat, quod Prædicatores, & Minores habent priuilegiū cælebrandi in Altari portatili in quocūq; loco honesto, c. in his, de priuilegijs, & ex alijs Romanorū Pontificū cōcessionibus:

nibus: quia prædicta priuilegia reuocata fuere per Concil. Trident. sess. 22. tit. *De euitandis in celebrat. Missar.* ibi: *Non obstantibus priuilegijs quibuscunque.* Atque ita resoluunt Nauar. cap. 25. Gutier. lib. 1. canon. cap. 30. num. 24. Duran. de ritibus Ecclesiæ, lib. 2. cap. 6. num. 8. Enriq. lib. 9. cap. 27. §. 2. lit. S. Ægidius de Sacram. tom. 1. quæst. 83. num. 226. Suar. ad 3. part. tom. 3. disp. 81. sect. 3. ad fin. Villalob. 1. tom. tract. 8. dif. 23. num. 3. Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 7. Bec. in sum. 4. part. casu 33. Reginald. in sum. 2. tom. lib. 29. cap. 9. sect. 4. num. 178. Azor 1. tom. lib. 10. cap. 26. quæst. 7. Ledesm. tom. 1. de Eucharist. cap. 20. dif. 4. ibi: *Alarazon de dudar se responde: Que los dichos priuilegios estan reuocados por el Concilio Tridentino.* Eman. 1. tom. quæst. 43. art. 4. Dum præceptum iuris communis non celebrandi extra locum sacrum, esse reuocatum per dict. Concil. Trident. asserit.

Nec est audiendus ipse Eman. dict. quæst. 43. art. 5. dum ait non esse scrupulis agitandos Religiosos, non impediendis Episcopis. Primo, quia præceptum hoc importat peccatum mortale, ipse Eman. dict. art. 4. Suar. dict. sect. 3. in princ. Villalob. Ægidius num. 23. & ferè omnes præcitati. Ergo prædictis priuilegijs vti non licebit, post Trident. Suar. d. sect. 3. ad fin. Reginald. d. loco. Secundo, quia regulares compelli possunt per excommunicationem, ex d. Trident. & excommunicatio prærequirit peccatum mortale. Tertio, quia Episcopus id concedere non potest. Nauar. cap. 25. n. 81. Suar. dict. sect. 3. not. 2. Villalob. n. 2. Azor. q. 3. & præcitati: imò nec Prouincialis, aut Generalis. Eman. d. q. 43. art. 6.

Nec etiam obstat aliud priuilegium Societati concessum, vt in suis domibus in priuato Oratorio à Prouinciali approuato possint Missæ dici, ex Suar. d. sect. ad fin. Eman. d. art. 4. ad fin. Villalob. & præcitati; quia aliud est deputare Oratorium permanens in loco Conuentus, veluti in dormitorio infirmorum, in hortis, & alijs locis: aliud vti Altari portatili in hac, vel illa cella.

Immerito autem Eman. dict. art. 4. ait præceptum celebrandi in loco sacro esse de fide: immeritoque dicit priuilegium Minorum, & Prædicatorum esse maius, quam priuilegium Societatis, dict. art. 4. ad fin. quia priuilegium Minorum extinctum est, per Trident. Societatis verò priuilegium concessum post Trident. & cum illius reuocatione, vnde comparatio non procedit.



Bullarium Ordinis

MARTINI V. BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1 *Fratres, & Nuntios nostros eleemosynam petere, sine ulla contradictione disponit; quodque à nullo motestentur districtius inhibet.*

MARTINVS Episcopus seruus seruorū Dei. Dilectis filijs Magistro Generali, & fratribus Ordinis Beatae Mariæ de Mercede Captiuorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sinceræ deuotionis affectus, quam ad nos, & ad Romanam Ecclesiam geritis, non indigne meretur, vt ad illa fauorabiliter intēdamus, quæ vobis fore conspiciamus opportuna. Exhibita si quidem nobis pro parte vestra petitio continebat, quod licet vos de antiqua approbata, & actenus pacifice obseruata consuetudine in Aragonia, cuius Reges fundatores dicti Ordinis extiterunt; necnon Franciæ, Castellæ, Portugalliæ, & Nauarræ Prouincijs, & Comitatu Prouinciæ, ac cærtis alijs partibus, pro eleemosynarum charitatiuis subsidijs ad opus Redemptionis Captiuorum, & alia eidem Ordini pro tempore incumbentia onera supportanda petendis, fratres, aut Nuntios vestros mittere consueueritis, & idem fratres, aut Nuntij absque impedimento, & contradictione quibuscunque ad id recipi, & admitti soliti sint. Tamen nonnulli locorum Diocesani, & officiales eorum, ac Religiosi exempti, & non exempti, eisdem fratres, & Nuntios ad petenda subsidia eleemosynarum huiusmodi, in eorum Ecclesijs admittere nolunt, quinimo eos super his impedire præsumunt. Quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, vt providere vobis

vobis super hoc de opportuno remedio dignemur. Nos igitur intendentes, vos favoribus gratiosis prosequi in hac parte huiusmodi supplicationibus inclinati volumus, & Apostolica vobis auctoritate concedimus, ut fratres, & Nuntij vestri praedicti, cum à vobis ad id missi fuerint, in Prouincijs, & Comitatu, ac alijs partibus huiusmodi absque difficultate, & contradictione quibuscunque charitativa subsidia supra dicta libere petere valeant. Quodque diocesani, & officiales, ac Religiosi praedicti in horum Ecclesijs, & extra eas eosdem fratres, & Nuntios ad id pacifice admittere teneantur, districtius inhibentes eisdem diocesanis, ac officialibus, & Religiosis, ut fratres, &

Nuntios ante dictos, occasione quacunque super his molestare, aut quomodolibet impedire praesumant, ac decernentes ex nunc irritum, & inane, si fecus super his à quocunque, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae voluntatis, concessionis, & inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Florentiae, tertio Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno secundo.

MARTINI V.

BULLA QUARTA.

SUMMARIUM BULLAE.

Archiepiscopum Tarraconensem, & Episcopos Magalonensem, & Abutensem, Conseruatores, & iudices, super executione Bullae praecedentis, deputat.

Bullarium Ordinis

MARTINVS Episcopus seruus seruorū Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tarraconensi, & Magalonensi, ac Abulensi Episcopis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sinceræ deuotionis affectus, quam dilecti filij Magister Generalis, & fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Captiuorum, ad nos, & Romanam Ecclesiam gerunt, non indigne meretur, vt ad illa fauorabiliter intendamus, quæ eis fore conspicimus opportuna. Exhibita siquidem nobis pro parte dictorum Magistri, & fratrum petitio continebat; quod licet ipsi de antiqua approbata, & ætenuis pacifice obseruata consuetudine in Aragoniæ; (cuius Reges fundatores dicti Ordinis extiterunt) necnon Franciæ, Castellæ, Portugalliæ, & Nauarræ Prouincijs, & Comitatu, Prouinciæ, ac certis alijs partibus, pro charitatiuis eleemosynarū subsidijs, ad opus Redemptionis Captiuorum, & alia eidem Ordini pro tempore incumbencia onera supportanda petendis; fratres, aut Nuntios suos mittere consueuerint, & idem fratres, & Nuntij absque impedimento, & cōtradictione quibuscunque, ad id recipi, & admitti soliti sint. Tamen nonnulli locorum diocesani, & officiales eorū, ac Religiosi exempti, & non exempti

eosdem fratres, aut Nuntios ad petenda subsidia eleemosynarū huiusmodi in eorum Ecclesijs admittere nolunt; quinimo eos super his impedire præsumunt. Quare pro parte dictorum Magistri, & fratrum fuit nobis humiliter supplicatum, vt prouidere ipsis Magistro, & fratribus super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur intendentes Magistrum, & fratres prædictos fauoribus gratiosis profequi in ea parte huiusmodi supplicationibus inclinati, volumus, & Apostolica (Magistro, & fratribus prædictis) auctoritate concedimus, vt fratres, & Nuntij prædicti Ordinis, cum à dicto Magistro, seu fratribus prædictis ad id missi fuerint, in Prouincijs, & Comitatu, ac alijs partibus huiusmodi, absq; difficultate, & contradictione, quibuscūq; charitatiue subsidia prædicta libere petere valeant. Quodque diocesani, & officiales, ac Religiosi prædicti in eorum Ecclesijs, & extra eas eosdem fratres, & Nuntios ad id pacifice admittere teneantur. Districtius inhibentes eisdē diocesanis, & officialibus, ac Religiosis; ne fratres, aut Nuntios ante dictos (occasione quacunque) super his molestare, seu quomodolibet impedire præsumerent. Ac decernentes ex nunc irritum, & inane, si super his à quo quam, quauis auctoritate

te scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa fraternitati vestrae, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, eisdem Magistro, & fratribus, in praemissis, & circa ea efficacis defensionis auxilio assistentes, non permitatis eosdem fratres, aut Nuntios contra voluntatem, & concessionem, ac inhibitionem, & decretum nostrum huiusmodi, ab eisdem dioecesanis, & officialibus, ac Religiosis, vel quibusvis alijs quomodolibet molestari, molestatores huiusmodi, & contradi-

ctores quoslibet, & rebelles auctoritate nostra per Ecclesiasticam censuram (appellatione postposita) compescendo, non obstante, si eisdem dioecesanis, & officialibus, ac Religiosis, vel quibusvis alijs communiter, vel diuisim à Sede Apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, ac de Religiosorum nominibus huiusmodi mentionem. Datis Florentiae, tertio Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno secundo.

M A R T I N I V S
BULLA QVINTA.

SUMMARIUM BULLAE.

Statuit, ut nullus frater, qui in nostro Ordine professionem emisserit, ad alium Ordinem, sine Apostolica Sedis licentia, queat transferri.

MA R T I N V S Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Sacrae Religionis ob-

seruatio, sub qua dilecti filij Magister Generalis, & fratres Ordinis Beatae Mariae de Mercede, Captiuorum, pia vitae, studio de-

Bullarium Ordinis

diti sedulum impendunt, Altissimo famulatum, non indigne meretur, ut ad illa fauorabiliter intendamus, quæ ipsorum statum prosperum, & tranquillum respicere dignoscuntur. Hinc est, quod nos consideratione charissimi in Christo filij nostri Alfonso Regis Aragonum illustris, (cuius progenitores, ut accepimus prædicti Ordinis promotores, seu fundatores fuerunt) nobis super hoc humiliter supplicantis, ac Magistri, & fratrum prædictorum supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica statuimus, & etiam ordinamus, ut si qui Mendicantium, vel aliorum Ordinum fratres, seu Religiosi, ad præfatam Ordinem Beatæ Mariæ de Mercede, Captiuorum, pro tempore translati illius Regulam, per annum eius habitum gestando approbauerint, seu expressam in eo professionem emisserint regularem, ex tunc ab eo, ad alium Ordinem transferri nequeant, absque Sedis Apostolicæ licentia, specialem, &

expressam faciente, de statuto, & ordine, nostris huiusmodi mentionem. Decernentes ex nunc irritum, & inane, quidquid in contrarium à quo quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; nec non prædicti Beatæ Mariæ de Mercede, Captiuorum, & aliorum Ordinum statutis, & consuetudinibus; etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & alijs contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostri statuti, ordinationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Florentiæ, tertio Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno secundo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Prohibet Pontifex, ne Mendicantes, vel alij Religiosi ad Ordinem Beatæ Mariæ de Mercede translati, & in eo tacite, vel expresse professi possint ad alium Ordinem transferri, absque speciali Sedis Apostolicæ licentia. In quo noto, quod prohibitio hæc comprehendit tantum translatos ex Mendicantibus, vel alijs Ordinibus ad nostrum Ordinem; sed Calixtus III. Bulla 6. anno 1457. generaliter id omnibus nostri Ordinis professis prohibuit. De quo videbis in dicta Bulla.

Notabis autem ex hac Bulla, & ex Bulla Calixti III. (de qua infra) Mendicantes, & alios transiisse ad nostrum Ordinem, sed Clemens Papa VIII. prohibuit hunc transitum, vt constat ex eius Bulla relata per Eman. 3. tom. de regular. quaest. 52. artic. 17. Sicut antea Pius V. anno 1569. prohibuit generaliter transitum, de vna Religione ad aliam, praeter iuris communis dispositionem. Eman. dict. quaest. 52. art. 1. Vnde non reuocat ius commune, cap. licet, de regular. Nauar. conf. 88. de regular. Eman. dict. quaest. 52. art. 8. differt autem in eo haec Bulla à Bulla Calixti, quia Calixtus reuocauit etiã translatos; transitus verò aliorum Ordinum ad nostrum validus fuit, per hanc Bullam. Et ideo Clemens VIII. translatos non reuocauit; sed tantum in futurum prohibuit.

M A R T I N I V.

BULLA SEXTA.

SUMMARIUM BULLAE.

Officia Ordinis nostri annualia, siue manualia esse declarat, impetrari à Sede Apostolica prohibet, & impetrationes habitas reuocat.

MA R T I N V S Episcopus seruus seruorum Dei; ad futuram rei memoriam. Sacrae Religionis, sub qua dilecti filij, Magister, & fratres, Ordinis Beatae Mariae de Mercede, Redemptionis Captiuorum, deuotum, & sedulum exhibent Domino famulatum, promeretur honestas, vt petitionibus ipsorum, illis praesertim, quae dicti Ordinis conseruationem, statumque tranquillum respiciunt, fauorabiliter annuamus. Exhibita,

siquidem nobis pro parte dictorum Magistri, & fratrum petitio continebat; quod licet Commendae Prioratus, Vicariae, & alia officia, & beneficia Ecclesiastica dicti Ordinis, seu per fratres dicti Ordinis obtineri, seu Regi consueta ex ordinatione foundationum eorum annualia, seu alias manualia existant, & obtinentes illa pro tempore, pro solo nutu Magistri, & Diffinitorum Generalis, & Prouincialis Capituli, eiusdem Ordinis, pro tempore existentium, singulis annis, seu alias, prout eis expediens

Bullarium Ordinis

diens videtur ammoueri, & alij loco illorum deputari consueverunt: tamen nonnulli fratres ipsius Ordinis, caliditate forsam, seu ambitione ducti, obseruantias, & ordinationes eiusdem Ordinis, transgredi non verentes, naturamque ipsarum Commendarum, Prioratum, Vicariarum, officiorum, & beneficiorum, mature conantes, diuersas super collationibus, & prouisionibus, de huiusmodi Commendis, Prioratibus, Vicarijs, officijs, & beneficijs eis conferendis, etiã plerumque, cum reservationibus eorundem (cum ipsa vacare contingerit) à Sede Apostolica gratias, seu litteras sub diuersis formis impetrarunt, actenus, fatagentes, se per eas in ipsis Commendis, Prioratibus, Vicarijs, officijs, & beneficijs perpetuare, ac eorum fructus, & redditus, ac eleemosynas, qui pro utilitate, & ad Redemptionem Christi fidelium, per infideles detentorum ordinati noscuntur, in suos proprios, ac ad alios alienos, vbi ipsis placuerit, conuertunt vsus, ac verissimiliter timendum est, nisi remedium adhibeatur opportunum, quod idem, vel alij eiusdem Ordinis fratres similia in futurum facere non desistant; in animarum suarum periculum obedientiæ debitæ eneruatione, ac ipsius Ordinis præiudicium, non modicum, & grauamen. Qua-

re pro parte ipsorum Magistri, & fratrum, nobis fuit humiliter supplicatum, vt super hoc opportune prouidere de auctoritate Apostolica dignaremur. Nos igitur, charissimi in Christo filij nostri Alfonsi Regis Aragonum Illustris, nobis etiam super hoc humiliter supplicantis consideratione, à huiusmodi eorundem Magistri, & fratrum, supplicationibus, vt circa rationi consonum, inclinati, volumus, & auctoritate Apostolica, tenore presentium decernimus, per quasunque litteras, seu gratias à Sede Apostolica, seu ab eis Legatis per quosuis fratres dicti Ordinis, sub quacunque etiam forma, seu expressione verborum super collationibus, vel prouisionibus eis de dictis Commendis, Prioratus, Vicarijs, officijs, & beneficijs vacantibus, vel vacaturis faciendis actenus, etiam si de ipsis, ac de toto earum tenore presentibus de verbo ad verbum specialis mentio habenda foret, impetratas, seu in futurum de presentibus plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum specialem mentionem non facientes, impetrandas, aut ipsis alias quouismodo concessas, seu concedendas naturam, seu ordinationes foundationum, Commendarum, Prioratum, Vicariarum, officiorum, & beneficiorum prædictorum nullatenus debuisse, seu de-

debere mutari, sed ipsa debuisse, & etiam debere remanere in futurum annalia, & alias manualia iuxta ordinationes, & fundationes eorum, ad initium supradictum; etiam si impetrantibus ipsis per huiusmodi, seu aliâs dictæ Sedis, vel Legatorum eius concessum sit, vel in posterum concedi contigerit; quod ab huiusmodi Commendis, Vicarijs, officijs, & beneficijs non debeant, seu possint absque ratio-

nabili causa quomodolibet amoueri. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignatione Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datis Florentiæ, secundo idus Aprilis, Pontificatus nostri anno tertio.

M A R T I N I V:

BULLA SEPTIMA.

SUMMARIVM BULLÆ:

I Innouat, & confirmat Clementis IV. Bulla III.

MA R T I N V S Episcopus seruus seruorum Dei; ad futuram rei memoriam. Ex Apostolicæ Sedis prouisione, & personarum, præsertim sub regulari obseruantia Domino famulantium studio, piæque vitæ deuotione prouenire dignoscitur, vt Romani Pontifices quancumque prædecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innouet, restauret, ac auctoritate Apostolica fulciat innouata. Sane pro parte dilectorum filiorum Magistri Generalis, & fratrum Ordinis Bea-

tæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū, sub Regula sancti Augustini degentiū, nobis extitit humiliter supplicatū, vt scelicis recordationis Clemētis Papæ IV. prædecessoris nostri eis, qui tunc Magister, & fratres Hospitalis sanctæ Eulaliæ Barcinonensis nuncupabantur concessas litteras, cum incipiant vetustate consumi, innouare de benignitate Apostolica dignemur, quarū tenor signis, & characteribus exceptis sequitur in hæc verba. Clemens Episcopus seruus seruorū Dei, &c. Sequitur Cle-

Bullarium Ordinis

Clemētis IV. Bulla 3. Nos igitur vestris huiusmodi supplicationibus inclinati litteras ipsas, quas inspicere, & examinari fecimus, auctoritate Apostolica tenore presentium innouamus, & presentis scripti patrocinio communitimus; per hoc autem nullum ius cuiquam de nouo acquiri volumus, sed antiquum, si quod sit tantummodo conseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat

hanc paginam nostræ innouationis, communitiois, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, quinto decimo Kalendarum Maij, Pontificatus nostri anno quinto.

M A R T I N I V.

BULLA OCTAVA.

SUMMARIUM BULLÆ.

Confirmat priuilegia Pontificum, & Regum, præsertim Ioannis II. Castellæ Regis.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentium precibus fauorem beneuolum impartiri. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue

per priuilegia, seu alias indulgentias vobis, & Ordini vestro concessas: necnon libertates, & exemptiones secularium exactiois à claræ memoriæ Ferdinando, & Alfonso; necnon charissimo in Christo filio Ioanne, ac alijs Castellæ, & Legionis Regibus, seu Principibus, & alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicuti eas iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Ordini auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communitimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc

pagi-

paginam nostræ confirmationis, & cõmunionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Om-

nipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Fibuli, secũdo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

M A R T I N I V.

BULLA NONA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- *Confirmat donationem Regij Monasterij in Capella Regia Barcinonensi erecti à Martino Aragonum Rege, fratribus Cælestinis destinati: ab Alfonso vero Aragonum Rege V. nostro Ordini concessi. Episcopo Barcinonensi Bulla dirigitur, in qua res tota narratur.*

MARTINVS Episcopus seruus seruorũ Dei. Venerabili fratri Episcopo Barcinonensi, salutem, & Apostolicam benedictionẽ. Vniuersalis Ecclesiæ regimini licet immeriti (disponente Domino) præsidentes, corde gerimus, vt tenemur nostris (adiuuante Domino) efficere tẽporibus, quod per nostræ prouidentię ministerium Ecclesiæ, ac Monasteria, & alia loca Ecclesiastica; præsertim Religionis obseruantię dedicata, non debitis obsequijs defraudentur, sed cultus Diuinus in eis iugiter obseruetur, & quantum nobis ex alto permititur in spiritualibus, & temporalibus releuentur, & ad id efficacis pro-

uisionis auxilium impendatur. Sane pro parte dilectorum filiorum Prioris, & fratrum domus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, Captiuorum Barcinonensis, sub Regula Beati Augustini degentium, nobis nuper exhibita petitio cõtinebat; quod olim claræ memoriæ Martinus Rex Aragonum, ad fratres Ordinis sancti Benedicti, secundum instituta sancti Petri Cõfessoris, qui Cælestini nuncupantur, gerens specialis deuotionis affectum, quoddam Monasterium, pro certis Priore, & fratribus, sub eodẽ Ordine sancti Benedicti, & secundum statuta prædicta viuẽtibus, in quadam Capella Palatij Regis Barcinonensis construi, & ædifi-

Bullarium Ordinis

edificari incæpit, ac eisdem Monasterio, & Priori, ac nonnullis fratribus, qui inibi habitabant nonnullos redditus concessit, & assignauit; quodque post modum Prior, & fratres Monasterij huiusmodi opere imperfecto, quod valde sumptuosum incæptum breui tempore compleri non poterat, ab hac luce migrasset, ac nonnulla pacta eidem Priori, & fratribus Monasterij, in primo eorundem ad præfatum Monasterium aduentu concessa, eis non fuerant obseruata, præfatum Monasterium dimisserunt, illudque pro derelicto habentes, se aibi transfulerunt: ita quod per quindecim annos nullus ex eisdem fratribus ibidem habitauit, & interim Diuinum Officium minime fuerit inibi celebratum, quodque charissimus in Christo filius noster Alfonsus Rex Aragonum illustris ne huiusmodi laudabile propositum dicti Martini Regis effectu totaliter fraudetur, Capellam, & Monasterium huiusmodi, sic incæpta, & derelicta, quorum omnimoda dispositio ad eundem Alfonsum Regem pertinere dignoscitur, ut deseruiretur ibi laudabiliter in Diuinis, cum omnibus, & singulis pactis, conditionibus, & assignationibus suprascriptis Priori, & fratribus dictæ domus, ac Ordini Beate Mariæ Captiuorum, ac domui præfatis donauit, & incor-

porauit, ac etiam appropriauit, prout in litteris eiusdem Alfonsi Regis, inde confectis (quarum tenorem præsentibus haberi uolumus pro expresso) plenius dicitur contineri. Quare pro parte Prioris, & fratrum domus prædictorum, qui (ut asserunt) iam in Capella, siue Monasterio huiusmodi in Diuinis Officijs laudabiliter deseruiunt, nobis humiliter fuit supplicatum, ut donationi, incorporationi, & appropriationi huiusmodi, ac omnibus alijs, & singulis, in dictis litteris contentis robur Apostolicæ confirmationis adijcere, ac omnes defectus (si qui forsam interuenerint in præmissis) supplere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur de præmissis certam notitiam non habentes, ac cupientes, ut cultus Diuinus ubique refloreat, & iugiter augeatur, huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus; quatenus si est ita, donationem, incorporationem, & appropriationem prædictas, ac alia omnia, & singula in litteris prædictis contenta auctoritate nostra approbes, & confirmes, ac omnes defectus suppleas; si qui forsam interuenerint in eisdem. Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Monasterij, ac domus, & Ordinum prædicto-

etorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, litterisque contrarijs quibuscunque. Datis Frascati Tusculanensis Diocesis, quarto nonas Septembris, Pontificatus nostri anno septimo.

COLLECTOR.

Historiam, quam Bulla refert, qui plenius cognoscere cupierit consulat Bargas lib. 2. Chronici Ordinis nostri, cap. 13.

MARTINO V.

succedit Eugenius IV. anno

1431.

Concilium Basiliense à Martino V. & postea ab Eugenio inchoari iussum, legitimeque indictum, hoc anno 1431. incepit celebrari. Quia vero postmodum iustissimis causis Eugenius idem Concilium Basileae dissolui iussit, & Ferrariam, deinde vero Florentiam transtulit, Patres Basileae congregati contra legitimum Pontificem se extolentes, Amadeum Savaudiae Ducem (Eugenio legitimo Pontifice audacter, temerarie, & impie seisione 39. deposito) in Pontificem (idolum potius) erexerunt, qui Felix Pseudo V. appellatus est. Nihilominus Concilium Basileae (magni habitum ab universo ferè Christiano orbe,) non paucis extitit diebus; ideò quàm plurimae Catholicorum causae ad ipsum deductae fuerunt, inter quas ali quae nostri Ordinis: eaque gravissimae. Quia vero Nicolaus V. (qui Eugenio legitime successit,) gesta per ipsum Concilium, & per Felicem Antipapam approbavit, & confirmavit: scilicet illis, quae auctoritatem Pontificiam, fideique decreta concernunt, exceptis, ideo diplomata, & illius Concilij decreta hic placuit scribere. Bulla Nicolai extat in ipsius Concilij actis, versus finem data Spoleti anno 1443. 14. Kalendas Iunij, Pontificatus ipsius anno tertio. Erant vero multi, qui eo quod praedicta Concilij decreta, & diplomata Bullaque

Bullæque expeditæ in ipsius actis non extant, illius fuisse negant; constat enim plura alia ibidem gesta fuisse, quæ in ipsius actis referunt in Conciliorû collectione Seuerini Binnij tom. 4. Extat hoc Concilium appendicibus, & orationibus locupletatum, quæ athenus excussa non erant. Robertus deinde Gaguinus, lib. 10. de origine, & Regibus Francorum scribit in eo Concilio æditam esse pragmaticam, sanctionemque à Rege Carolo VII. approbatam, & in Senatu Parisiensi fuit publicata, quæ verò in actis Concilij non legitur. Insuper Paulus Languius in Chronicô refert, in eodem Cōcilio factam esse nouissimam reformationem Ordinis sancti Benedicti, & alia huius generis, quæ à Seuerino Binnio in notis afferuntur. Confirmationes ergo, cæteraque eiusdem Concilij indulta, Ordine temporum seruato, cum Eugenij IV. cuius tempore concessa sunt diplomatibus, afferemus.

E V G E N I I I V.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1 Confirmat privilegia Pontificum, & Regum.

EVGENIVS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filijs Magistro Generali, & vniuersis fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorû, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, tam vigor æquitatis, quàm Ordo etiam exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducat effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrêtes assensu, personas vestras, & loca in quo Diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub Beati Petri protectione suscipimus, atque nostras, omnesque libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, vel alias indulgentias vobis, & Ordini vestro indultas; necnon libertates, & exemptiones secularium

larium exactionum, à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus rarionabiliter, vobis, & dicto Ordini concessas: specialiter autem decimas, possessiones, iura, iurisdictiones, priuilegia, & alia bona vestra, sicuti ea iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Ordini vestro, auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Salua in praedictis decimis moderatione Concilij Generalis. Nul

li ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis, & communitiois infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Florentiae, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, idibus Augusti, Pontificatus nostri anno quarto.

COLLECTOR.

EVGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, sub Regula Beati Augustini uiuentibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. A nobis petitur, &c.

Ea continet ad verbum, quae Bulla praecedens. Datis Florentiae, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, tertio idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno quinto.

E V G E N I I I V.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLAE.

2 *Confirmat Pontificum praedecessorum Alexandri IV. Clementis V. Urbani IV. & Nicolai III. & Regum priuilegia.*

EVGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, ad Romanam Ecclesiam vllome-

L me-

medio pertinentibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum tam vigor æquitatis, quam Ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, tam à fœlicis recordationis Alexandro IV. Clemente V. Urbano IV. Nicolao III. quam ab alijs prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, siue alias indulgentias, vobis, & dicto Ordini concessas, necnon libertates, & immunitates, & exēptiones secularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs

Christi fidelibus rationabiliter vobis, & præfato Ordini incultas, sicuti eas iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos Ordini vestro auctoritate Apostolica cōfirmamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunimus. Nullo ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ cōfirmationis & cōmunitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Bononiæ, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, quinto nonas Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

CONCILII BASILIENSIS.

INDVLTVM PRIMVM.

SVMMARIVM INDVLTIVM.

I *Confirmat Pontificum, & Regum priuilegia.*

SACROSANCTA Generalis Synodus Basiliensis in Spiritu Sancto congregata vniuersalem Ecclesiam representans. Dilectis Ecclesiæ filijs Generali Magistro, & fratribus Beatæ Mariæ de Mercede

Redemptionis Captiuorum, salutem, & Omnipotentis Dei benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam Ordo exigit rationis, ut id per ministerium nostrum quo vniuersali

Eccle-

Ecclesiæ afficimur, ad debitum perducatur effectum. Sane pro parte vestra nobis humiliter supplicatum fuit, quatenus vobis, Ordini vestro, & Ecclesijs, ac Monasterijs vestris, super priuilegijs, indulgentijs, bonis, libertatibus, immunitatibus, consuetudinibus honestis, & præscriptis; dudum vobis concessis (vt illibata permaneant) robur nostræ confirmationis, & renouationis adijcere de benignitate nostra dignaremur. Nos igitur qui pro tuitione, & defensione Ecclesiarum, bonorum, & consuetudinum præscriptarum, ac personarum Ecclesiasticarum feruenter laboramus, huiusmodi supplicationibus inclinati: omnes libertates, immunitates, prærogatiuas, consuetudines laudabiles, & præscriptas indulgentias, bona, priuilegia, & indulta à Romanis Pontificibus, per Apostolicas, aut alias quascunque litte-

ras, vobis, Ordini vestro, & Ecclesijs, ac Monasterijs vestris prædictis concessas, & concessas; necnon libertates, & consuetudines laudabiles, exemptiones, & saluaguardias secularium exactionum à Regibus, Principibus, vel alijs Christi fidelibus, vobis, Ordini vestro, & eisdem vestris Ecclesijs, ac Monasterijs auctoritate nostra confirmamus; illasq; & ea reuocamus, & præsentis scripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & vniuersalis Ecclesiæ se nouerit incursum. Datis Basileæ octauo idus Februarij, anno à Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

COLLECTOR.

Idem Concilium concessit aliud priuilegium, confirmationis multarum Bullarum Summorum Pontificum, ad fauorem eorum, qui suis eleemosynis opus Redemptionis opitulantur, concessarum. Item deputauit iudices Commissarios Archiepiscopum Casarugustanum, & Episcopum de Tortosa quemlibet eorum in solidum, aduersus omnes, & singulos debitores, & detentores, & eos qui bona Ordinis occupabant, qui eos ad soluendum, & ea bona restituendum cogerent. Datis nonas Maij anno millesimo quadringentesimo quadragesimo. Exemplar autem nancisci non potui.

Bullarium Ordinis

Cum anno 1428. magno electorum desidio, imò, & Regis Aragonum violentia, tandem in Magistrum Generalem 18. Magister frater Antonius Dullàn eligeretur, cepit Ordinem vniuersum perfundare, non regere. Cumque quotidie admonitionibus Ordinis spiritus in peius rueret, quidam fratrum ad Concilium Basiliense confugerunt, vt in eum animaduerneret, petentes: alij vero Eugenium IV. Summum Pontificem adierunt. Concilium Basiliense Archiepiscopum Cæsaraugustanum, vel officialem Tarraconensem ad instantiam fratrum, vbi commodius ageretur, iudices designauit. Datis Basileæ idibus Aprilis, anno millesimo quadringentesimo trigesimo octauo. Officialis Tarraconensis requisitus Generalem Magistrum ad comparendum citauit; ipse vero renuit, & Concilium ipsum appellauit. Re in ipso Concilio hinc, inde, agitata; tandem Concilium Fr. Antonium Dullàn Magistratu priuauit; & ad instantiam Oratoris Alfonsi Aragonum Regis in ipsius locum Magistrum fratrem Natalem Gauer virum grauissimum doctrina, & pietate nobilem sufficit. Octauo idus Aprilis, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Patres Prouinciæ Castellæ, qui aduersus Antonium Dullàn Eugenium adiere ab eodem Summo Pontifice ex relatione Cardinalis Turrecremata, cui libellum supplex Pontifex remiserat, iudicem Delegatum Episcopum Oxomensis obtinuerunt. Ipse vero re optime cognita, etiam Dullàn Magistratu priuauit, & ad instantiam Ioannis II. Castellæ Regis, Magistrum fratrem Petrum de Huete Ordinis Generalem designauit, die vigesima nona Maij, eiusdem anni millesimo quadringentesimo quadragesimo primo. Et sic Ordo diuisus Magistro Gauer Hispania ceterior: Aragonia scilicet Valentia, Cathalonia, & Gallia deferbat. Petro vero de Huete Hispania vltior obedientiam præstabat. Quod etiam schisma aliquibus annis protractum Ordinem vexauit.

Interim frater Antonius Dullàn Florentiã petijt, vbi tunc adierat Pontifex Eugenius, cui de Petro de Huete, & Episcopo Oxomensi grauiter quæstus fuit, ab eoque obtinuit, vt Petri de Huete ab Episcopo Oxomensi Generalis designati electionem suspenderet; nulla de fratre Natali Gauer mentione habita. Ipse vero Petrus re cognita ad eundem sanctissimum appellauit. Qua appellatione interposita à Magistratus exercitio, simulque eidem sanctissimo

ctissimo breue compendium delictorum Magistri Dullan offerendum curauit, quo permotus Pontifex, carceri ei tradi iussit, ibique vitam misere finiuit homo per abrupta cupidinum distractus, non minori laude familiae nostrae, quae sponte nunquam ipsum in Magistratum collocasset, specimēque dedit in ea, & egregia merita praemio affici, & delicta puniri. Hinc verissima gnome. Reges, & Principes saeculi Religionum sacrarum familias penitus pervertere, & perdere, dum regimen earum turbantes, non eos, qui reliquis fratribus bene noti dignitatum meritissimi iudicantur; sed quod fauor aulicus commendat, eisdem praepone re satagunt, & potentiae nimiae viribus cogentes homines imbecilles consequuntur. Euenit ita anno Domini 1444. Pontificatus Eugenij XIV. Quo anno idem Eugenius omnia Ordini nostro à Concilio Basiliensi concessa approbavit, & confirmationis addidit robur. Deinde (vt in suis Annalibus Natalis Gauer refert) Eugenius IV. Papa ad supplicationem Alfonsi Aragonum Regis, confirmavit electionem Magistri Generalis in eodem Natali, à Concilio Basiliensi factam. Sub datis quinto Kalendas Nouembris, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto. Qua etiam confirmatione non obstante, cum adhuc appellatio à Petro de Huete interposita, effectum suum fortiretur, in Prouincijs Castellae Generalis Magister habebatur. Quoque tandem concordia inita est, vt postea inferius referemus.

Cum acta Concilij Basiliensis, & Felicis Pseudo Pontificis à Nicolao V. robur habeant, vti superius dicebamus, placuit Felicis ipsius Bullam vnicam, nostro Ordini concessam referre. Exemplar enim integrum non habui.

Cum Ludouicus Sabaudiae Dux maximopere exoptasset nostri instituti, & fratrum charitate eximia allectus, in suo dominio erigere Cœnobia Felici Antipapae supplicauit, vt eam Ordini nostro facultatem concederet. Flœixque facultatem concedit Ordinis nostri Magistro Generali, & fratribus, vt possint, & valeant in Allobrogibus, seu Sabaudiensi dominio Monasterium fundare. Datis Geneuae decimo sexto Kalendas Octobris, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, Pontificatus sui anno quinto.



EVGENIO SVC-

cedit Nicolaus V. anno

1447.

NICOLAVS V. initio Pontificatus sui, ad instantiam Regis Aragonum Alfonsi de nostro Ordine benemeritissimi eidem in protectorem designavit Illustrissim. D. Alfonsum Borja S. R. E. Cardinalem, tituli Sanctorum quatuor Coronatorum (qui ipsum Nicolaum sub nomine Calixti III. in Pontificatu sequutus est.) Datis Romæ die quinta Aprilis, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, Pontificatus anno primo.

Statuit ad imitationem suorum prædecessorum, quod Ordinis Commendæ, officia, & beneficia sint annalia, seu manualia. Deputatque in iudices Conseruatores Abbatem Montis-Serrati, & alios. Datis Romæ apud sanctum Petrum idibus Aprilis, anno sui Pontificatus primo, scilicet millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Nicolai V. harum 1. & 2. Bullarum exemplaria ad manus non peruenerunt.

N I C O L A I V.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1 *Fratribus nostris concedit, ut quæcunque bona, seu legata Redemptioni Captiuorum destinata possint recipere; nullusque alius. Ad eaque ipsis præstanda possessores, seu detentores compellant ad instantiam Regis Aragonum Alfonsi V.*

NICOLAI

NICOLAVS Episcopus feruus feruorū Dei. Dilectis filijs Magistro Generali, Prioribus, Commendatoribus, & fratribus Beatae Mariae de Mercede, Redemptionis Captiuorum, vbilibet consistentibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sacrae Religionis sinceritas, sub qua mundanis abiectis illecebris, deuotum, & sedulum exhibetis Altissimo famulatū, non indigne meretur, vt petitionibus vestris; (illis praefertim, quae ad fidelium pro tempore Captiuorum liberationē, & Redemptionem cedere noscuntur;) quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuamus. Cū itaque sicut exhibita nuper pro parte vestra petitio continebat. Ordo vester Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, ad hoc principaliter canonice dudum institutus fuit, vt illius pro tempore Religiosi, circa Redemptionem vtriusque sexus fidelium, qui essent pro tempore ab infidelibus Agarenis, seu Sarracenis in captiuitate detenti, (iuxta posse,) intendere deberent. Nos ad ea, quae ipsorum, pro tempore, Captiuorum commodiorem, & celeriore redemptionem cedere noscuntur, fauorabiliter providere volētes: nec non de sollicitudine, & virtutibus vestris, ac successorū vestrorum, pro tempore existentium, di-

cti Ordinis Magistrorū Generalium, Priorū, Cōmēdatorum, & fratrum plenam in Dño fiduciā obtinentes, charissimi in Christo filij nostri Alfonso Regis Aragonum Illustris, ac vestris in hac parte supplicationibus inclinatis, vobis, & successoribus supradictis, omnibus, & singulis, vt singuli ex vobis, & ipsis, qui ad id, iuxta dicti Ordinis statuta, pro tempore deputati fuerint, perse, vel alium, seu alios, omnia, & singula pecuniarū quantitates, res, & bona mobilia, & immobilia, per quoscunque, tam incolas, quam habitatores fideles Regnorū, ac terrarum totius Hispaniae, quam forenses, & alias in illis tunc existentes, praesentes, & futuros, ad redemptionem, seu liberationem Christi fidelium, à Sarracenis, seu Agarenis praedictis, in captiuitate huiusmodi, pro tempore detentorum, per testamenta, codicillos, seu vltimas voluntates, aut alias quomodolibet in perpetuum, vel ad certum tempus, siue ad tempora (praeter quam per personas nominatim expressas) pie ad tenus relictis, seu legatis, & de caetero similiter perpetuis futuris temporibus legandis, seu relinquendis ab omnibus, & singulis vtriusque sexus personis, tam laicalibus, quam clericalibus, etiam regularibus pecunias, res, & bona praedicta; vbilibet etiam extra

Bullarium Ordinis

huiusmodi Hispaniam consisten-
tia pro tempore habentibus, pos-
sidentibus, seu detinentibus, cu-
iuscunque dignitatis, nobilita-
tis, præminentia, status, gra-
dus, ordinis, vel conditionis fue-
rint, quoties expedire videbitur
petere, exigere, & percipere;
ipsoque pro tempore possesso-
res, seu detentores, omnes, & sin-
gulos (vt præfertur) prout opus
extiterit ad faciendum deputan-
dis ex vobis, ac successoribus,
pro tempore supradictis, vel cu-
iusvis eorundem, & non alij, vel
alijs de pecunijs, rebus, & bonis,
per eos pro tempore habitis, pos-
sidentibus, seu detentibus præfatis inte-
gram assignationem, per censu-
ram Ecclesiasticam, seu alias co-
gi, vel compelli facere; nec non
ad id auxilium secularis brachij
inuocare, aliaque de super neces-
saria, & opportuna, etiam face-
re libere, & licite possint, & va-

leant plenam, & liberam (aucte-
ritate Apostolica, tenore præsen-
tium) licentiam concedimus, &
etiam facultatem. Volentes ni-
hilominus, quod pecuniæ, res,
bona, & alia prædicta, quæ pro
tempore perceperitis, vt præfer-
tur ad liberationem sui, redemptio-
nem fidelium pro tempore Cap-
tiuorum prædictorum, & non
alias effectualiter, & integrali-
ter conuertantur. Non obstanti-
bus constitutionibus, & ordina-
tionibus Apostolicis, & præfati
Ordinis iuramento, confirmatio-
ne Apostolica, vel quacunque fir-
mitate alia roboratis, statutis, &
consuetudinibus cæterisque con-
trarijs quibuscunque. Datis Ro-
mæ apud sanctum Petrum, anno
Incarnationis Dominicæ mille-
simo quadringentesimo quadra-
gesimo octauo, septimo idus
Martij, Pontificatus nostri anno
secundo.

N I C O L A I V.

BULLA QVARTA.

SUMMARIUM BULLÆ.

*Abbatibus Fossæ Nouæ, & Montis Aragonum iudices deputat, super
executione Bullæ præcedentis.*

NICOLAUS Episco-
pus seruus seruorum Dei.
Dilectis filijs Fossæ No-

uæ, & Montis Aragonum Tar-
raconensis, & Hoscensis Diocæ-
sum Monasteriorum Abbatibus,

ac Priori sanctæ Annæ Barci-
nensis, salutem, & Apostolicam
benedictionem. Hodie nostræ
emanarunt litteræ quarum tenor de verbo ad verbum sequitur; & est talis.

Nicolaus Episcopus seruus
seruorum Dei, &c. *Sequitur Bul-
la immediate præcedens.*

Cupientes igitur quod lit-
terarum præfatarum, ad com-
modum, & vtilitatem eor-
um pro tempore Captiuorum
effectus proueniat. Discretionem
vestræ per Apostolica scripta
mandamus: quatenus vos, vel
duo, aut vnus vestrum per vos,
vel alium, seu alios, quoties pro
parte deputatorum pro tempo-
re prædictorum, vel alicuius eor-
um desuper requisiti fueritis,
omnes, & singulas pecunias, res,
& bona mobilia, seu immobilia
ad Redemptionem huiusmodi,
vt præmittitur, legata, & relicta,
& leganda, & relinquenda pro
tempore possidentes, seu habentes
huiusmodi ad faciendum de
illis debitam realem, & integrâ
deputatis, & deputandis omni-

bus, & singulis supradictis, iuxta
dictarum litterarum continen-
tiam, atque formam, restitutio-
nem, assignationem per censurâ
Ecclesiasticam, & alia iuris re-
media, appellatione postposita,
cogere, & cōpellere studeatis, &
procuretis. Inuocato ad hoc (si
opus fuerit) auxilio brachij se-
cularis, non obstantibus consti-
tutionibus, & ordinationibus
Apostolicis, necnon omnibus a-
lijs, quæ in alijs nostris litteris
præfatis volumus non obstare.
Cæterisque contrarijs quibuscū-
que, ac si personis præfatis, seu
quibusvis alijs communiter, vel
diuissim à Sede Apostolica indul-
tum existat, quod interdici, sus-
pendi, & excommunicari non
possint, per litteras Apostolicas
non facientes plenam, & expres-
sam, ac de verbo ad verbum de
indulto huiusmodi mentionem.
Datis Romæ apud sanctum Pe-
trum, anno Incarnationis Do-
minicæ millesimo quadringen-
tesimo quadragesimo octauo, se-
ptimo idus Martij, Pontificatus
nostri anno secundo.

N I C O L A I V:

BULLA QVINTA.

COLLECTOR.

R Aymundus de Morello, vir sanguine Illustris, virtutibus vero, &
sanctitate Illustrissimus Valentinus, prope Monasterium Ordinis

nis

nis nostri Prouinciæ Valentiaë, sancta Maria de Arguenes nuncupatum, ad distantiam vnus miliarij Hospitale constituendum curauit, vt itinerantium peregrinorum saluti consuleretur, pietatis egregium opus aliqui ex nostris exquebantur. Deinde vero ipse Morellus grandiori spiritu tactus nostræ sacrae Religionis togam induit. Municipium de Algar cuius Baronis titulo insignitus Dominus erat, Ordini nostro (testamento ante professionem condito) reliquit. Alcariam vero in eodem loco sitam Hospitali concessit. Cum que Hospitale ad oram Mediterranei situm Afrorum Mahometanorum incurfibus subiaceret; tandem illud Barbari deuastarunt, & fratres duos pijsimos, morte crudelissima affecerunt. Natalis Gauer Magister Ordinis Generalis dolore tactus, prædictum Hospitale ad dictum Monasteriũ de Arguenes, longius à mari distans transferendum curauit. Idque Pontifex hac Bulla concedit Monasterij sancti Benedicti Valentini Abbati rem demandans. Titulo autem illo Baronis, scilicet villæ de Algar, quo ante professionem prædictus Raymundus fruebatur, Ordinis Generalis Magister ex tunc potitur, vocem, & suffragium, sicut cæteri Valentiaë Proceres, vt Baro habens.

SVMMARIVM BVLLÆ.

I *Facultatem concedit ad transferendum alio Hospitale de Arguenes; idque Abbati sancti Bernardi Valentino committit.*

NICOLAVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterij sancti Bernardi extra muros Valentini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Humilibus supplicum votis; illis præsertim, quæ ad Monasteriorum, & aliorum Religiosorum locorum quorumlibet commodum, & vtilitatem cædere noscuntur libenter intendimus, eaque fauoribus (quantũ cũ Domino possumus) prosequimur opportunis. Sane pro parte dilecti

filij Natalis Gauer Magistri Generalis totius Ordinis Beatae Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, sacrae Theologiae professoris, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet dudum quidem Raymundus de Morello laicus, condens in eius vltima voluntate testamentum, inter alia, quandam possessionem Alcariam de Algar nuncupatam, in Dicecesi Valentina consistentem, ad eum tunc legitime pertinentem Hospitale pauperum Beatae Mariæ de Argue;

Arguenes eiusdem Diocesis, quod per antea construi fecerat, dedit atque legauerit; necnon tam Hospitale, quam Alcariam huiusmodi Ordini supradicto, seu domui Barcinonensi eiusdem Ordinis (se tunc in ipsius Ordinis fratrem etiam afferendo) submisserit, donauerit, atque reliquerit. Tamen à nonnullis annis citra euenisse dignoscitur, quod quidam Sarraceni, prope illas partes moram trahentes, ac se tunc ad dictum Hospitale, quod in loco solitario, & inhabitato consistit seditiose, & furtiuè conferentes, illius Ecclesiam ornamentis Ecclesiasticis spoliarunt, & quod magis dolendum est ex ea sacratissimum Corpus Dominicum furripuerunt, necnon etiam praefati Ordinis fratres in dicto Hospitali ad illius gubernationem, seu custodiam, tunc commorantes crudeliter occiderunt. Cum autem sicut ea petitio subiungebat dictus Generalis proinde considerat, quod si omnia, & singula praefati Hospitalis mobilia, & immobilia bona, ac iura ad domum de Arguenes dicti Ordinis Segorbenfis Diocesis ab eodem Hospitali, per unum milliare, vel circa, seu paulo ultra distantiam transferrentur, ipse Generalis operam efficacem adhiberet, quod in certa parte eiusdem domus de Arguenes, seu per illam unum Hospitale pro pauperibus

inibi recipiendis, & benigne per tractandis construeretur, seu ordinaretur, adeo quod exinde similia pericula de cætero euitari pluraque commoda, & utilitates pauperibus ex tunc in antea inde transeuntibus succurrere valerent. Quare pro parte dicti Generalis nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur de praemissis certam notitiam non habentes, ac dicti Generalis considerationem huiusmodi, (si ita est) plurimum in Domino commendantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretionis tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus de praemissis omnibus, & singulis, ac eorum circumstantiis vniuersis auctoritate nostra diligenter te informes, & si per informationem huiusmodi ea vera esse, ac infra scriptam translationem, si fiat in euidentem pauperum utilitatem cadere repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, bona omnia, ac singula supradicta ad eandem domum de Arguenes transferre, necnon quod in ea Hospitale huiusmodi ordinetur, seu de nouo construatur, ut praefertur, & quod in illo dumtaxat, & non ultra, ex tunc in antea perpetuis futuris temporibus omnia, & singula, quae alias idem Raymundus in dicto testamento quoad Hospitale

tale olim constructum præfatū fieri, & obseruari. Voluit, ordinavit, atque mandavit bene, & laudabiliter fiant, & obseruentur, statuere, decernere, & ordinare, eadem auctoritate procurare, non obstante voluntate, & ordinatione præfati testatoris, ac alijs in eodem testamento cō-

tentis, nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, quinto idus Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Nota, quod Raymundus de Morello Baro villæ Algar in nostro Ordine professus eandem villam, & dignitatem cum alijs bonis facto testamento Religioni reliquit. Vnde Generalis Magister eodem titulo fruitur, & in Comitibus Regni Valentia, celebratis anno 1626. sub Pilippo IV. Magister P. F. Gaspar Prieto, nunc Episcopus de Alguer, Pro Rexque Sardinia vocem, & suffragium, ut Baro habuit, & ita potest Religio, & Monasteria habere villas, dignitatesque annexas, ut constat ex text. in cap. *Cum dilectus de ordine cognitione*, ibi: *Abbas deferenti uuo*. Et ibi: *Ad Castrum Monasterij venientes*. Et ibi: *Cum prædictum Castrum ad ius, & proprietatem sui Monasterij pertineret*. Cap. Abbate de re iudicat. lib. 6. ibi: *Locum de Rosellis esse prædicti Monasterij iure dominij, vel quasi cum suis finibus ex largitione Regis Aragonia*. Cap. inter dilectos in princip. ibi: *Abbas nomine Monasterij sui restituti Monasterio memorato portum Scozula, cum honore districtu, & iurisdictione*. Loci præfati dicens: *Ad Monasterium hæc omnia pertinere hoc ipsum dicens de hominibus qui habitant in Curte*. Berun. de fide instrum. lib. 27. tit. 7. lib. 1. recopilat. Abbas not. 2. & alij in dict. cap. inter. Eman. 2. tom. quæstion. 78. artic. 9. ad fin. & art. 12. vers. 4.

Neque obstat cap. recolectes de statu Monast. quem text. post Abb. ibi notat Molin. lib. 1. cap. 13. num. 83. dict. leg. 27. quia textus ille specialiter procedit in Monachis Cisterciensibus, qui ex ratione quam text. reddit, secundum suam regulam, & primæuam institutionem non poterat obtinere villas, & alia, de quibus illic: imò nec Ecclesias, ut text. habet; quæ tamen omnia alij Regulares, & Monachi licite obtinebant, ut illic notant glos. 2. & Doctores, & satis dict. leg. partit. Eman. dict. art. 9. & aperte colligitur ex eodē

text.

text. ad fin. dum probat, quod si ad Cistercienses transferantur aliorum Ordinum, seu Religionum Monasteria habentia villas, vassallos, & alia: debent relinquere, aut commutare pro possessionibus, & bonis alijs, (vt explicat etiam d. lex Partitæ) hæc omnia, quæ Cisterciensibus non conueniunt:

Et in Germania aliqui Abbates Ordinis sancti Benedicti Comites Marchiones, & Duces, vt constat ex centurijs d. Benedicti per Fr. Antonium de Yepes compositis: Abbas namque Vuifem. Burgensis est Dux. Idem Yepes tom. 2. centur. 2. anno 160. cap. 3. pag. 120. Abbas Gemblasensis est Comes. Albertus Mireus in foundationibus Monasterior. S. Benedicti, anno 1606. in hæc verba: *Gaudetque Abbas eius loci titulo Comitis, & merito primum interproceres seculares in Comitibus Ordinum Barbantra locum obtinet.* Yepes tom. 4. centur. 5. anno 441. pag. 397. colum. 4. & sæpius ibidem de alijs refert. Abbas de Fulda est Principes Imperij, idem Yepes centur. 3. pag. 107.

Concedit facultatem ad transferendum alio Hospitale de Argenes propter Maurorum incurfiones, non obstante testamento Raymundi, qui locum designauit. Pro cuius resolutione notabis primo: quod si voluntates defunctorum adimpleri possunt, commutari non possunt in aliud opus, etiam melius, nisi circa pia adsit auctoritas Sedis Apostolicæ, cap. tua nobis de testam. Clem. quia contingit, de Relig. domib. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 6. Couarrudict. cap. tua, num. 7. Rochus de iure patronat. verb. *Construxit*, q. 11. & 14. Felin. num. 17. in cap. cum accessissent, & Decan. nu. 11. de constit. & circa profana Principis secularis auctoritas interueniat, leg. 1. legatum in princ. ff. de administrat. rerum ad ciuit. l. liberto. §. Lucius, ff. annuis legat. docent citati Doctores, & Lambert. de iure patronat. lib. 1. part. 1. quæstion. 4. princip. artic. 14.

Ratio est: quia vltima voluntas pro lege obseruanda est l. verbis legis, ff. de verb. signific. auth. de nuptijs, §. *Disponat testator, & erit lex*, cap. vltima voluntas 13. quæstion. 2. Atque ideo quemadmodum solus Princeps legem mutare potest, sic & vltimam voluntatem.

Si vero defunctorum volūtas, vel statim à principio, vel ex post facto adimpleri nõ possit, prout à defunctis scripta fuerat, aut quia bona non sufficiunt ad construendum opus mandatum, vel ex post facto perierunt, seu propter aliquod quodcunque accidens; tunc

voluntas defunctorum in aliud opus mutabitur auctoritate Prælati, vel Præsidis. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 4. l. legatum, vers. *Et ideo*, & vers. *Si vero*, ff. de administrat. rer. ad Ciuitat.

Si autem in loco designato propter aliquod accidens impleri nō potest vltima voluntas, in alio adimplenda est, auctoritate Episcopi, cap. 3. de testam. ibi: *Sine in loco, in quo constitutum fuerat; seu si ibi non potest, & alibi placet ordinari, & ibi omnia per te loco, & sine diminutione qualibet assignentur.* Vbi Couarru. num. 8. Menoch. succes. creat. §. 7. num. 21. Pin. in rubr. 1. part. cap. 2. num. 18. rescindend. Tiraq. de pia causa, priuileg. 43. Capella. & adidit decis. 26. Vnde propter periculum incursionum Maurorum, ad maiorem firmitatem, à Pontifice impetrata, & indulta est mutatio.

Notabis tandem, quod Prælati legata Monasterio ad vnum vsum, potest ad alium conuertere, ex priuilegijs Pontificum. Eman. 2. tom. quæst. 125. art. 9. Enriq. lib. 7. cap. 22. §. 7. ad fin. & Generalis, cum quorundam Concilio bona quædam vnius Monasterij potest transferre in alterum indigens. Claud. verb. *alienatio*, §. vltim. Enriq. dict. loco.

N I C O L A I V.

BVLLA SEXTA.

COLLECTOR.

Licet diuersis Summorum Pontificū constitutionibus hucusque relatis cautum fuisset, ne fratres Ordinis nostri Diocesanis Episcopis impedirentur molestarentur, aut excommunicationis sententia ferirentur, ne ve in eos Episcopalis aliquē iurisdictionis actum exercerent; vtpote immediate Apostolicæ Sedi subiectos: nihilominus auctoritatem, quam iura dicunt ambitiosam extendere affectantes, aliqui exemptionem Ordinis violare tentabant; cui malo Magister Generalis obuiam factus Clarissimi, ac Magnanimi Alfonsi Aragonum Regis auctoritate innixus nobilissimam, huius Pontificis Bullam, & concessionem obtinuit.

SUMMARIVM BVLLÆ.

Eximit nos, & nostra ab omnimoda iurisdictione Episcoporum, ad instantiam Regis Aragonum.

NICOLAVS Episcopus feruus feruorū Dei; ad perpetuam rei memoriam. Laudibus, & honore dignissima à cunctis fidelibus de Mercede Redemptionis Captiuorum Religio, quæ ab eius institutione fœlici, cum cæleri gloria totum fuit divulgata per orbem, ac immensitate virtutum militando semper emicuit; promeretur, vt ipsam eiusque loca, personas, & bona libera exempta faciamus, eaque reddamus ab omni perturbatione secura. Nuper siquidem charissimis in Christo filius noster Alfonso Rex Aragonum Illustris, nobis significare curauit, quod licet dudum prædecessores, seu Reges Aragonum, qui fuerunt pro tempore zelo deuotionis excitati, quam plurimum Christi fidelium, quos impij Sarraceni fidei Catholicæ hostes assidue capiebant captiuitati compacentes, illorumque Redèptionibus, suis, & aliorum Christi fidelium suffragijs consulere satagentes, Apostolicæ Sedis ad id auctoritate suffulti Monasterium Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis

Captiuorum Barcinonense de nouo fundauerunt, & erexerunt, instituentes inter cætera, quod fratribus, & Religiosis dicti Ordinis officium, curaque assidua, circa Captiuorum prædictorum Redemptionem, & Christi fidelium eleemosynarum ad Redemptionem eandem summe necessarium existeret; ex quo quidem Ordine, qui per diuersas mundi, præsertim totius Hispaniæ partes, ac Prouincias ampliatus existit, eiusque Monasteria iam pluribus notabilibus ædificijs constructa reperiuntur. Tamen fratres, & Religiosi Ordinis prædicti, ac locorū in quibus degunt, ordinarijs Ordinem ipsum, & illius fratres, ac Religiosos, sibi eorumque iurisdictioni ordinariæ subiectos esse prætendentibus, super charitatis subsidijs, alijsque tributis, & exactionibus, per Ecclesiasticas suarum Diœcesum personas, non exemptas eisdem ordinarijs persolui solitis. Similiter per fratres, & Religiosos dicti Ordinis de bonis, per ipsos, à Christi fidelibus, pro dictorum Captiuorum redemptione eleemosynaliter, & hostiatim mendicatis ex soluendis

Bullarium Ordinis

dis, per amplius grauantur, & inquietantur, per sepe etiam Magister Generalis, Priores, siue Commēdatōres Ordinis, & Religionis huiusmodi in eorum iurisdictione circa dicti Ordinis subditas, & inferiores personas ad ipsorum Ordinariōrum curias illico confugientes, in visitationibus, & correctionibus faciendis, multipliciter impediuntur. Vnde dictorum Captiuorum Redemptionis fructus; adeo salutiferus, & necessarius aliquando diminuitur. Vnde Ordo, Religiosa Monasteria, & illius, illorumque Religiosæ personæ, ac bona, si à prædictorum Ordinariōrum iurisdictione plenariæ eximerentur absque dubio fructus huiusmodi non parum ampliaretur. Quare pro parte eiusdem Regis nobis fuit humiliter supplicatum; quatenus dictum Ordinem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, ac illius Religionem; necnon præfatum Beatæ Mariæ de Mercede Barcinonense Monasterium, quod eiusdem Ordinis caput extitit, omniaque alia, & singula Monasteria illius domos, & loca; necnon Magistrum Generalem, Priores, Receptores, siue Commendatores, fratres Religiosos, aliaque persona, & bona, tam mobilia, quàm immobilia, præsentia, & futura Ordinis, Monasteriorum, domorū,

locorū, Magistri Generalis, Priorum, Præceptorum, Commendatorum, fratrum, & Religiosorū prædictorum, præsentium, & futurorum vbilibet consistentium ab omni superioritate iurisdictione, & obedientia, tã præsentium, quàm futurorum Archiepiscoporum, Episcoporū, & aliorum quoruncunque ordinariōrum locorum, in quibus Ordo, Religio, Monasteria, domus, & loca; necnō Magister Generalis, Priores, seu Commēdatōres, fratres, & Religiosi, ac illorū bona prædicta existant, perpetuo eximere, & liberare, aliasque in præmissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur attēdentes quanta utilitas, quantusque honor fidei Christianæ ex huiusmodi Religione prouenit, huiusmodi supplicationibus inclinati præfatā Beatæ Mariæ, omniaque alia, & singula illius Monasteria, domos, & loca; necnon Magistrum Generalem, Priores, seu Commendatores, fratres, & Religiosos, aliasque personas, & bona, tam mobilia, quàm immobilia, præsentia, & futura Ordinis, Monasteriorum, domorum, locorum, Magistri Generalis, Priorū, Præceptorum, seu Commendatorū, fratrum, & Religiosorum prædictorum, præsentium, & futurorum, vbilibet consistentium ab omni superioritate, iurisdictione,

ne, & subiectione, & obedientia quorūcunque, tam praesentium, quam futurorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum quorūcunque ordinariorū locorum, in quibus Ordo, Religio, Monasteria, domos, & loca, Magister Generalis, Priores, seu Commendatores, fratres, Religiosi, & eorum bona praedicta existunt, siue pro tempore extiterint auctoritate Apostolica tenore praesentium plenarie eximimus, & liberamus, & exemptos, exemptas, & exempta perpetuo esse decernimus, atque declaramus. Necnon illos, illas, & illa, ac bona, & res huiusmodi Sedi Apostolicae, & Romanae Ecclesiae immediate subijcimus; non obstantibus felicis recordationis Clementis Papae V. praedecessoris nostri, & alijs Apосто-

licis constitutionibus; necnon Monasteriorum, & Ordinis praedictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, caeterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae exemptionis, liberationis, constitutionis, declarationis, & subiectionis infringere, vel ai ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atre praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, quinto idus Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Com mendat Ordinem ab utilitate, & honore fidei Christianae, *ibi: Attendentes, quanta utilitas, quantusque honor fidei Christianae ex huiusmodi Religione prouenit. Consonat Trident. sess. 25. de regular. cap. 1. ibi: Non ignorat sancta Synodus, quantum ex Monasterijs pie institutis, & recte administratis in Ecclesia Dei splendoris, atque utilitatis oriatur.* Notat Suar. de Relig. 3. tom. lib. 2. cap. 17. num. 17. Adde text. in cap. vnic. §. Sane, de Religiosis domibus, lib. 6. *ibi: Quos Ordines (Praedicatorum, & Minorum) euident ex eis utilitas Ecclesiae uniuersali proueniens perhibet approbatos.*

Ibi: Ab omni superioritate, &c. Eximit Ordinem, & Monachos à iurisdictione Ordinariorum. Nomine autem Ordinariorum, qui intelligantur resoluiti in Bull. 1. Nicolai IV. num. 2.

Ibi: Immediate subijcimus, suscipit Ordinem, & Regulares sub im-

M

mediata

Bullarium Ordinis

mediata protectione Sedis Apostolicæ, prout notasti in Bull. i. Nicol. IV. num. i.

COLLECTOR.

Magister Generalis frater Natalis Gauer refert, quod idem Pontifex Nicolaus V. confirmavit omnia, & singula priuilegia, per suos prædecessores Romanos Pontifices nostro Ordini concessa; eumque sub Beati Petri, & sua protectione suscipit. Datis Romæ anno millesimo quadringentesimo quadragésimo octauo, nonas Decembris, sui Pontificatus anno secundo.

Idem Nicolaus Pontifex V. concedit litteras compulsorias, ad fauorem Ordinis nostri, contra Religiosos fratres Ordinis sanctissimæ Trinitatis, in quibus sub grauibus pœnis eis præcipit; ne elemosynas pro redimendis Captiuis petant, aut recipiant. Datis Romæ apud sanctum Petrum, die terciadecima Nouembris, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, sui Pontificatus anno octauo.

NICOLAO SVCCEDIT

Callistus III. anno 1455.

C A L L I S T I III.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLE.

Confirmat priuilegia Pontificum, & Regum.

CALLISTVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū ad Romanam Ecclesiā vllō modo pertinentibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cū à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri

nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates, & immunitates; tam a felicis recordationis Innocentio IV. Alexandro IV. Nicolao III. Clemente VI. Gregorio XI. Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, siue alias indulgentias, vobis, & dicto Ordini concessas, quas hic haberi volumus pro sufficienter expressis; ac si de verbo ad verbum insertae essent; necnon libertates, & exemptiones saecularium exactio- num a Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus rationa-

biliter, vobis, & per vos eidem Ordini auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communitus. Nullo ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis, & communitio- nis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, nonas Martij, Pontificatus nostri anno primo.

COLLECTOR.

CALLISTVS III. praecipit Generali Magistro fratri Natali Gauer, vt Ordinem vniuersum, iuxta eiusdem Ordinis constitutiones, visitet. Datis Romae die quinta Martij, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, sui Pontificatus anno primo.

CALLISTI III.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLAE.

- 1 *Confirmat, inuocat, & inserit Bullas aliquorum praedecessorum; videlicet Bonifacij VIII. Bullam 1. Alexandri IV. Bullam 5. Clementis VI. Bullam 5. aliam Clementis, Gregorij XI. Bullam 7. Martini V. Bullam 7. Eugenij IV. Bullam 3.*

CALIXTVS Episcopus
 seruus seruorum Dei; ad
 futuram rei memoriam.
 Dispositione Diuina, quãuis im-
 meriti Dominico gregi Præsidi-
 dentes; dum præclara dilectorũ
 filiorum Magistri, & fratrum Bea-
 tæ Mariæ de Mercede Redem-
 ptionis Captiuorum opera, atq;
 merita, infra nostræ mentis arcã
 na recensemus; & ad commen-
 dables, quibus eorum ministe-
 riijs erga Deum; & homines in-
 desinenter exuberant, fructus,
 digne nostros diffundimus cogi-
 tatus. Votis illis gratum liben-
 ter offerimus auditum, per quæ
 ipsorum statui indemnitatibus,
 & commoditatibus consulitur.
 Hospitaleque eiusdẽ Beatæ Ma-
 riæ; necnon domus, & loca spiri-
 tualiter, & temporaliter profici-
 ant, & quæ propterea medijs
 exquisitis processisse cõperimus,
 per nostri partes ministerij iugi-
 ter inualescant. Dudum siquidẽ
 quedam litteræ à fœlicis recor-
 dationis Bonifacio, Alexandro,
 Clemente, Martino, Gregorio,
 Eugenio, prædecessoribus no-
 stris Romanis Pontificibus, quas
 diligenter inspicere, & examinari,
 & illarum tenores (subscriptioni-
 bus, & characteribus omissis)
 præsentibus inseri fecimus, in
 hæc verba emanarunt.

Bonifacius Episcopus seruus
 seruorum Dei, vt in Bonifacij
 VIII. Bulla 1.

Alexander Episcopus seruus
 seruorum Dei, vt in Alexandri
 IV. Bulla 5.

Clemens Episcopus seruus ser-
 uorum Dei, vt in Clementis IV.
 Bulla 5.

Clemens Episcopus seruus ser-
 uorum Dei. Vniuersis Christi fi-
 delibus, ad quos præsentis litte-
 ræ peruenerint, salutem, & Apo-
 stolicam benedictionem. Licet
 indigentibus vniuersis apperire
 teneamur viscera charitatis; illis
 tamen specialiter, & abundan-
 tius, quodãmodo liberaliter de-
 bemus gratiam exhibere, qui cũ
 sint pauperes spiritu, sponte sub-
 ueunt onera paupertatis, vt pau-
 peribus possint, copiosius subue-
 nire. Cum igitur dilecti filij Ma-
 gister, & fratres Ordinis sanctæ
 Mariæ de Mercede Captiuo-
 rum, pro redimendis captiuis
 de manibus Sarracenorum to-
 tis viribus elaborent, & ad hoc
 exequendum suæ facultates mi-
 nime valeant, nisi Christi fide-
 lium eleemosynis adiuuentur;
 monemus vniuersitatem vestrã,
 & hortamur in Domino; qua-
 tenus cooperatores sitis ope-
 rum pietatis, cum Apostolo sen-
 tientes: *Quoniam qui parce semi-
 nat, parce, & mettet: & qui semi-
 nat in benedictionibus, de benedi-
 ctionibus, & mettet vitam æter-
 nam.* Nos enim de Omnipoten-
 tis Dei misericordia, & Beato-
 rum Petri, & Pauli Apostolorũ
 eius,

eius, ac eam quae Dominus nobis indulget potestatem confissi, omnibus, & singulis, qui de bonis suis sibi à Deo collatis duos florēnos auri Aragoniae, vel precium æquiualeans dicto Ordini contulerint, pro solutione quarundam exactiōum, quas dicti Sarraceni Christi fidelium inimici à Redemptoribus dicti Ordinis, postquam empti sunt fideles Christi, qui in potestate eorum Captiui miserabiliter detinentur, pro vnoquoque iniuste exigunt, vt persoluant; dummodo de peccatis suis corde contriti fuerint, & ore confessi, concedimus quod cōfessor idoneus, quem ipsi benefactores duxerint eligendum omnium peccatorū suorum plenariam indulgētiam concedere valeant de gratia speciali. Si tamen dicti benefactores in sua sancta fraternitate statuerint se collegis, & beneficia dicto Ordini præsiterint annuatim, vel alias ad discretionem prædicti Magistri Generalis, seu Commendatorum, vel fratrum eiusdem Ordinis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae concessiōis, & indulgentiae infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romae

apud sanctum Petrū, tertio idus Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, vt in Martini V. Bulla 7. in qua inserta est Clementis IV. Bulla 3.

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei, vt in Eugenij IV. Bulla 3.

Nos igitur singulas litteras prædictas vberiori Apostolicæ muniminis præsidio fulciri volētes, ipsorum Magistri, & fratrum in hac parte supplicationibus inclinati præceptum monitiones, concessiones, relaxationes, & remissiones huiusmodi; necnō omnia, & singula in dictis litteris cōtenta, & inde secuta quaecūque, auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia approbamus, & confirmamus, & præsentis scripti patrociniō cōmunimus, decernentes illa perpetuis futuris tēporibus irrefragabiliter obseruanda; prout actenus rite, & pacifice erunt obseruata, nec eis, vel effectui litterarum prædictarum, per quasvis Apostolicas, aut Sedis Apostolicæ Legatorū litteras, siue dispensationes, quorūcūq; tenorū fuerint, & quascūq; derogatorias clausulas contineant, nullatenus indebite detrahi, vel derogare debere; necnon irritum, & inane quidquid fecus à quocūque iniuste quauis auctoritate

Bullarium Ordinis

scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque: Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerariõ con-

traire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romæ, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, quarto decimo Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

COLLECTOR.

Circa hanc Bullam fateor me anxium reddisse Bullam illam infertam Clementis, quam ad litteram scripsi. Nec enim sat scio cuius nam Clementis esse potuit: Data enim fuit Romæ apud sanctum Petrum. At ex his Pontificibus, qui à nostri Ordinis erectione, ad Calixtum III. Clementes appellari voluerunt, Clemens IV. miro consensu omnium Bullarum, quotquot videre potui. (Vidi vero quam plurimas;) nullam Romæ expeditit; omnes Viterbij datas fuisse constat. At Clemens V. Gallix moram trahens electus fuit, à qua nunquam discessit. Insuper Clemens VI. Auinnione degit, nunquamque Romam Pontifex vidit. Imò, & Clemens Pseudo VII. Miro autem fœdere exemplaria omnia Bullæ huius Calixti; necnon aliarum Pij II. & Iulij II. & Sixti IV. qui eam suis inferuerunt, Romæ datam fuisse habent. Diuinare vero, & ex cerebro critica lancea abuti in re, tam graui indignum viro Theologo maximè cenfeo. Benè ergò est: omnia hæc indulta à Calixto, & quam plurimis alijs Pontificibus confirmata fuisse roburque habere. Porro, priuilegium, & gratiam eligendi confessorum, quam hic Clemens largitus est, & Calixtus confirmat, concesserant; (& si ali quando strictius) Alexander IV. Bulla 5. nu. 7. Clemens IV. Bull. 1. num. 1. Nicol. III. Bull. 1. num. 2.



CALIXTI III.

BULLA QVARTA.

SUMMARIUM BULLÆ.

- 1 *Omnes terras, possessiones, & bona, &c. Provincia Regnorum Aragona, ea proprijs nominibus exprimendo, & similiter possessiones, terras, & bona, &c. Conuentuum Hispalensis, Cordubensis, & Conchenensis nostræ Religionis, à decimarum solutione liberat, & sub Beati Petri, & sua protectione recipit.*

CALIXTVS Episcopus seruus seruorū Dei, &c. Ex Apostolicæ Sedis prouisione; necnon personarum præfata sub regulari habitu præ studio vitæ famulantium deuotione prouenire dignoscantur, Romanus Pontifex quandoque prædecessorum suorum Romanorū Pontificum gesta innouet, ac innouatione restauret, & auctoritate Apostolica fulciat innouata. Hinc est, quod nos, ad instantiam dilectorum filiorum Magistri Generalis, & fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū quædam fœlicis recordationis Urbani Pontificis Quarti, prædecessoris nostri litteras, in Cancellaria Apostolica inspicere, examinare, diligenter, & earum, cum incipiant vetustate consummi, tenorem subscriptionibus, & characteribus omnissis de verbo

ad verbum præsentibus inferi facimus. Qui talis est.

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro Hospitalis sanctæ Eulaliæ, eiusq; fratribus, tã præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis, salutem. In perpetuū religiosam vitã eligētibus Apostolicum conuenit adesse præsidium; ne forte cuiuslibet temeritatis incursum, aut eos à proposito reuocet, aut robur (quod absit) sacræ Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij nostri, iustis postulationibus clementer annuimus, & Hospitalale sanctæ Eulaliæ Barcinonensis Diœcesis, in quo pro redimendis Captiuis de manibus Paganorū Diuino vacatis obsequio, ad instar fœlicis recordationis Innoc. Pötif. IV. prædecessoris nostri sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsetis scripti

Bullarium Ordinis

patrocinio communimus. In primis siquidem statuentes, vt Ordo canonicus, qui secundū Deū, & Beati Augustini Regulam in eodem Hospitali institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem Hospitale in præsentiarum iuste, & canonicè possidet, aut in futurum (concessione Pontificū, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis præstante Domino) poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs dicimus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfatum Hospitale situm est, cum omnibus pertinentijs suis. Parrochialem Ecclesiam sanctæ Mariæ in Podio. Domos, terras, vineas, quas habetis in Ciuitate, & Diocesi Valentia. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Diocesi Maioricarum. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Diocesi Gerundensi. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate, & Diocesi Barcinonensi; & terras, quas habetis in villa Perpiniani Elnensis Diocesis. Domos, quas habetis in Diocesi Narbonensi. Domos, quas habetis in Ciuitate Tarraconensi, & in territorio Guardia de Pratis, cū domibus,

vineis, terris, & pertinentijs suis. Domos, quas habetis in Ciuitate, & Diocesi Illerdesi. Domos, quas habetis in Ciuitate Oserli. Ecclesiam sanctæ Mariæ de Riio Arganorum, cum pertinentijs suis. Ecclesiam sanctæ Eulaliæ sitam in monte Pefulano, in loco, qui Pingarnal vulgariter appellatur, cum domibus, terris, vineis, & possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sancti Thomæ sitam in Ciuitate Tortosensi, cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sanctæ Eulaliæ sitam in Ciuitate Hispalensi, cum terris, vineis, & omnibus oliuetis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sanctæ Eulaliæ in Ciuitate Corduensi, cū domibus, terris, vineis, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sanctæ Mariæ de Oliuario, cum domibus, terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sancti Michaelis de Mōte, cum terris, vineis, possessionibus, & omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sanctæ Mariæ sitam in Ciuitate Barcinonensi, cum omnibus pertinentijs suis. Ecclesiam sancti Dominici sitam in Ciuitate Valentina cum omnibus pertinentijs suis. Domos, terras, & vineas, & possessiones, quas in Ciuitate Tolosensi, & in Castro, quod Altaripa dicitur obtinetis. Domos, quas in Carcafonensi habetis Ciuitate. Do-

mos,

mos, terras, vineas, & possessiones, quas in Ciuitate Oscensi, & in villa, quae Seuffa dicitur obtinetis. Domos, terras, vineas, possessiones, quas in Castris, & villis, quae Burriana, Xatiua, Algar, Rafalmarca, Rafalacet, Gandia, Cossentanea, Segorbe, Mula, Arriona, Almaya, Bexer vulgariter appellantur. Domos, terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate Conchensi. Domos, terras, vineas, & molendas, cum aquarum decursibus, & omnibus pertinentijs eorundem, quae habetis in villa, quae dicitur Sarrio. Terras, & vineas, quas habetis in Ciuitate Illerdesi. Domos, terras, vineas, & possessiones, quas habetis in villis, quae Teruel, & Daroca dicuntur. Ecclesiam sancti Bartholomaei, quam habetis in villa quae dicitur Castellio de Ampurijs, cum domibus, terris, vineis, & pertinentijs suis. Domos, quas habetis in Ciuitate Vicensi. Domos, terras, & vineas, quas in villa, quae Monobregha dicitur, obtinetis, cum pratis, terris, vineis, nemoribus, vsuagijs, & pascuis, in bosco, & plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & semitis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis. Sane noualium vestrorum, quae proprijs manibus, aut sumptibus collitis, de quibus aliquis astenus non percepit, siue de vestrorum animalium nutrimentis, nul-

lus à vobis decimas exigere, vel extorquere praesumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos, liberos, & absolutos à saeculo fugientes ad conuersionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum, post factam in Capitulo vestro professionem fas sit, sine Magistri sui licentia de eodem loco, nisi arctioris Religionis obtentu discedere. Discedentes vero absque communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis clausis ianuis, interdictis, & excommunicatis exeluis, non pulsatis campanis, suppressa voce Diuina Officia celebrare, dummodo causam non deritis interdicto. Chryisma vero, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, ordinationes eorum, qui ad Ordines fuerint promouendi, à Diocesanis suscipietis Episcopis. Si Catholici fuerint, & gratiam, & communionem sacrosanctae Romanae Ecclesiae habuerint, & ea voluerint sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, vt infra fines Parrochia vestrae nullus sine assensu diocesano Episcoporum, & vestro, Capellam, seu Oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegijs Pontificum Roma-

Bullarium Ordinis

manorum. Ad hæc nouas, & in-
debitas exactiones ab Archiepis-
copis, Episcopis, Archidiaconis,
seu Decanis, alijsque omnibus
Ecclesiasticis, sæcularibusve per-
sonis, à vobis omnino fieri prohi-
bemus. Sepulturam quoque ip-
sius loci liberã esse decernimus,
vt eorum deuotioni, & extremæ
voluntati, qui se illic sepeliri de-
liberauerint, nisi forte excom-
municati, vel interdicti sint, aut
etiam publici vsurarij nullus ob-
sistat; salua tamen iustitia illarũ
Ecclesiarum, à quibus mortuo-
rum corpora assumuntur. Deci-
mas præterea, & possessiones ad
ius Ecclesiarum vestrarum spe-
ctantes, quæ à laicis detinentur,
redimendi, & legitime liberan-
di de manibus eorum, & ad Ec-
clesias ad quas pertinent inuocã-
di, libera sit vobis de nostra au-
toritate facultas: obtenta vero
tibi, & tunc eiusdem loci Magi-
stro, vel tuorum quolibet suc-
cessorum, nullus ibi qualibet sur-
reptionis astutia, seu violentia
præponatur; nisi, quam fratres
communi consensu, vel fratrum
maior pars consilij sanioris, secũ-
dum Deum, & Beati Augustini
Regulam, prouiderint eligendũ.
Paci quoque, & tràquillitati ve-
stræ paterna sollicitudine in po-
sterum prouidere volentes, au-
toritate Apostolica prohibe-
mus, vt intra clausurã, & locorũ,
seu grangiarum vestrarum, nul-

lus rapinam, seu furtum facere,
ignem apponere, sanguinem fun-
dere, hominem temere capere,
seu interficere, seu violentiã au-
deat exercere. Præterea omnes
libertates, & immunitates à præ-
decessoribus nostris Romanis
Pontificibus Hospitali vestro cõ-
cessas; necnon libertates, & exẽ-
ptiones sæcularium exactionum
à Regibus, & Principibus, & a-
lijs fidelibus rationabiliter vobis
indultas, auctoritate Apostolica
confirmamus, & præsentis scri-
pti priuilegio communimus. De-
cernentes ergo, vt nulli liceat
omnino Hospitale temere per-
turbare, aut eius possessiones au-
ferre, vel ablatas retinere, mi-
nuere, seu quibuslibet prætexti-
bus, & rationibus fatigare; sed
omnia integra conseruentur eis,
pro quorum gubernatione, & su-
stentatione concessa sunt vsibus
omnimodis præstitura. Salua Se-
dis Apostolicæ auctoritate, &
diocesanoꝝ Episcoporum ca-
nonica iurisdictione. Si qua igitur
in futurum Ecclesiastica sæ-
cularisve persona hanc nostræ
constitutionis paginam sciens,
contra eam temere venire ten-
tauerit secundo, tertiove com-
monita, nisi reatum suum con-
grua satisfactione correxerit, po-
testatis, honorisque sui dignita-
te careat; rerũque se Diuino iu-
dicio existere deperpetrata ini-
quitate cognoscat, & à sacratiss-
simo

fimo Corpore, & sanguine Dei; & homines Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, ac cum extremo-examine districtae subiaceat ultioni. Cunctis autem eodem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus, & hic fructum bonae actionis percipiant; & apud districtum iudicem praemia aeternitatis inueniant, Amē, Amē. Datis apud urbem veterem per manum Magistri Michaelis de Tolosa, sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarij xv. Kalend. Februarij, indictione vj. Incarnationis Dominicae, anno millesimo sexcentesimo secundo, Pontificatus vero Domini Urbani Pontificis IV. anno secundo.

Nos igitur ipsorum Magistri, & fratrum supplicationibus inclinati, litteras, & tenorem hu-

ijsmodi auctoritate praedicta in nouamus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullam ius eidem Magistro, & fratribus de nouo dari volumus; sed antiquum (si quod sit) tantummodo conseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae inuouationis, & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignatione Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, tertio Kalend. Martij, Pontificatus nostri anno secundo.

CALIXTI III.

BVLLA QVINTA.

SVMMARIVM BVLLAE.

I Omnibus locorum Ordinarijs committit, & praecipit, ut petentes elemosynas pro Redemptione Captiuorum, sine licentia Magistri excommunicent, & carceri tradant, & ad Magistrum Generalem remittant, similiter consilium, auxilium, vel fauorem dantes puniri iubet.

CALIXTVS. Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus vni

uersis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs locorum ordinarijs, tam ultra, quam

Bullarium Ordinis

quam citra montes vbilibet constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Si ad reprimendas insolentias transgressorum, & temerariorum refranandam audaciam neruus publicæ disciplinæ leniscat, eorum ad peccandum voluntas fit lapsior, & exemplum iniquitatis periculosius in alios deriuatur. Propter quod ad præsidentes officium pertinet, sic debitam executionem adhibere iustitiæ; quod commissa iam crimina puniat; & committendorum in posterum audaciam interdicit. Sanè lamentabilis dilectorum filiorum Magistri Generalis, & fratrum Beatæ Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorū, sub Regula Beati Augustini viuentium, quærela ad nostrum peruenit auditum; quod nonnulli iniquitatis, & inobedientiæ filij præter, & contra voluntatem ipsorum Magistri, & fratrum quæstas, & elemosynas, ac relictas, & legata, pro redemptione Captiuorum de manibus Sarracenorum petere, & indulgentias ipsi Ordini per diuersos Romanos Pontifices prædecessores nostros concessas prædicare, seu prædicari facere præsumunt, in præfate Religionis damnum, atque opprobrium, perniciosorum quoque exemplum, & scandalum plurimorum. Quare pro parte ipsorum Magistri, & fratrum nobis fuit

humiliter supplicatum, vt omnes, & singulos prædictos, & præcipue Ioannem Burgensem, cū suis adhærentibus, & quoscunq; alios, pro tempore in præmissis culpabiles, personaliter capi, incarcerari, & puniri mandare, aliaque super hoc opportuna prouidere paterna diligentia curemus.

Nos igitur aduersus prædictorum, ac Ioannis, & complicum suorum nefariam temeritatem procedere, & remedium opponere cupientes, ac attendentes, quod non decet tales, ac pro tempore præsumptores absque animaduersione debita relinquere incorrectos, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus; quatenus quilibet vestrū per vos, vel alium, seu alios præfatum Ioānem, & omnes, & singulos fratres dicti Ordinis, & alios, tã Clericos, quàm laicos, seu cuiuscunque alterius Religionis professores relictas, & legata, quæstas, & elemosynas huiusmodi, nunc, aut alias quandocunque perpetuo in futurum petentes, & indulgentias ipsas prædicantes, seu prædicari facientes, eis auxilium, consilium, vel fauorem quo vis modo præstantes, cuiuscunque dignitatis etiã Pontificalis, Regalis, Reginalis, Ducalis, ac status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, per om-

nes Ecclesias, & loca uestrarum Ciuitatum, & Dicecesum, quoties, & quando, perpetuis futuris temporibus, super hoc, pro parte ipsorum Magistri, & fratrum, & dilecti filij Petri Lucronensis fratris dicti Ordinis Beatae Mariae, quoties super hoc fueritis requisiti, seu aliquis uestrum fuerit requisitus, excommunicatis, seu anathematizatis, ac excommunicatos, seu anathematizatos publice denuntietis, & faciatis ab alijs denunciari, eosque personaliter vocetis, apprehendatis, & capiatis, & sub custodia detineatis, & incarceretis, seu apprehendi, capi, detineri, & in carceribus mancipari faciatis. Processus quoque reales, & personales contra eos, donec veritatem negotij habueritis summarie simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inpecta formetis, & requisiti a iure praemissis, vij, & modis, prout melius uideritis, cogatis, & compellatis Ioannem, & alios quaestores, & fauores praedictos ad id. Super quo Magister, & fratres, seu Petrus praedicti, uobis vel alicui uestrum informationem dederint, publice fatendum, cognoscendum, & confitendum; & nihilominus praefatum Ioannem, cum huiusmodi processu, ac omnibus pecuniarum summis, bonis, & rebus suis,

etiam per huiusmodi quaestas, & indulgentias adquisitis Magistro, & fratribus praedictis, seu dicto Petro exhibitori praesentium litterarum consignetis, ut ipsum Ioannem, iuxta criminum, & excessuum exigentiam punire possint contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia (appellatione postposita) compellendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: illis praesertim, quae uestrae possint iurisdictioni, in hac parte, aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare, ac statutis, & consuetudinibus, etiam municipalibus Ciuitatum, & locorum, in quibus idem Ioannes, & sibi fauentes, adhaerentes, vel consilium praestantes reperti fuerint; necnon exemptionibus, & priuilegijs: etiam personalibus, realibus, & ciuilibus, libertatibusque, & indultis, eis, vel Ciuitatibus, seu locis huiusmodi, etiam per vos, vel Sedem Apostolicam concessis, & concedendis, quibus specialiter, & expresse hac vice derogamus, & ad tales non extendi decernimus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae mil-

Bullarium Ordinis

millesimoquadringentesimo quinto Julij, Pontificatus nostri anno
quagesimo septimo, sexto idus tertio.

COLLECTOR.

Idem Callistus statuit, ut Clerici sub pœna priuationis suorum be-
neficiorum non impediunt fratres, vel Nuntios Ordinis nostri ele-
emosynas quærentes. Datis apud urbem veterem, quarto idus Octo-
bris, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo,
Pontificatus sui anno tertio. Incipit Bulla: *Disponit Diuina.*

C A L L I S T I III.

BULLA SEPTIMA.

SUMMARIUM BULLÆ.

- 1 *Quia ex emissionem quarti voti Pontifici videtur Ordo noster ceteris omnibus longe arctior, ex certa scientia, decernit, nullum, qui in Ordine nostro professionem emisserit, ad alium quemcunque posse transferri.*
- 2 *Idem statutum extendit ad iam translatos; ita ut eos possimus repetere, & debeamus: translatis vero ipsis sub præcepto obedientie imponit, ut redeant.*
- 3 *Vniuersos in dignitate Ecclesiastica constitutos Cōseruatores deputat, ut possint compellere eos, qui ad alios Ordines transierunt, & extra obedientiam manentes ad eam reuocare.*
- 4 *Addit plenissimas non obstantias.*
- 5 *Transumptis authenticis eadem fides haberi vult, ac originalibus.*

CALLISTVS Episcopus
feruus feruorum Dei; ad
futuram rei memoriam.
Super gregem Dominicum no-
stræ vigilantia diuinitus credi-
tum immensi speculatoris offi-
cium exercentes, erga singulos

Regulares Ordines aciem nostræ
considerationis intendimus, &
horum status perspicaciter medita-
mur. Et quia quorum Regula la-
xiores, quorumve arctiores exi-
stant ex multis argumētis colligi-
mus personas ipsas, quæ de aliquo
eorum

eorundem in quorum superna vocatione vocati ad alios Ordines leuiter transmigrarunt, & quae per ambitionis deuium ab eorundem obedientijs temere recesserunt ad Priorem Caulam, si arctior fuerit, reduci mandamus, prout eorum saluti, & Ordinum eorundem decori conspiciamus expedire. Cum itaque sicut exhibitum nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Magistri Generalis, & Diffinitorum Generalium, & Prouincialium Capitulorum fratrum Ordinis Beatae Mariae de Mercede, Redemptionis Captiuorum petitio continebat: nonnulli ex fratribus eiusdem Ordinis expresse professi, vocatione sua non contenti, & immemores, quod ipsi voluntatem propriam abnegantes, semetipsos, pro Redemptione Captiuorum, qui in potestate infidelium durae seruituti subiciuntur, Altissimo deuouerunt, profitentes se paratos, etiam pro vnica Redemptione Captiui, non modo seipsum captiuitati Paganorum, in excambium tradere; sed etiam, si opus fuerit, mortem, & tormenta quaelibet tolerare, se ad huiusmodi sancti voti iugo auctoritate propria substrahendo, mendicantium, seu aliorum Ordinum Monasteria, siue domos euolauerint: nonnulli vero ex eisdem habitu retento, sed obedientiae freno efracto, per

curias Praelatorum, aut Regum, Reginarum, & aliorum saecularium Principum in opprobrium dicti Ordinis, hinc, inde discurrant, & varia scandala saepe numero pariant.

Nos meditantes, quod ex accessione posterioris voti, videlicet pro Redemptione huiusmodi ad tria, per reliquos Religionum quarumlibet emitti consuetata substantialia vota, ut peregrinationes transmarinas, pro accedendo ad infideles eosdem, & periculofam cum Paganis conuersionem, & reliqua Redemptio- nis huiusmodi discrimina omit- tamus tale vinculum fratribus dicti Ordinis Beatae Mariae de Mercede videtur accedere, ut Ordo ipse videatur, non modo in regula largior, siue per alijs ordinibus antedictis, sed eis longe arctior non immerito posse censerit auctoritate Apostolica, ex certa scientia tenore praesentium statuimus, ac etiam ordinamus, omnes, & singulos, qui in praedicto Ordine Beatae Mariae solemne votum professionis expresse emisserint, ita ipsi Ordini perpetuis eorum vitae temporibus fore efficaciter obligatos, ut absque Sedis Apostolicae speciali licentia eis, ad alios quoscunque regulares etiam Monasteriorum Ordinis transeundi auctoritas, vel potestas minime sit concessa.

Bullarium Ordinis

Decernentes statutum, & ordinationem nostram huiusmodi, etiam ad præfatas eorundem professorum trahi translationes, ita videlicet, quod Generalis Magister, & Diffinitores præfati præfentes, & qui pro tempore fuerint, per se, vel alium, seu alios quoscunque Religiosos, qui dictum Ordinem Beatæ Mariæ expresse professi fuerint, ut præfertur de quibusvis alijs Ordinibus, eorumque Monasterijs, domibus, siue locis, ad quæ forsam, etiam cum suorum superiorum licentia, & habitus mutatione pro tempore transuerant; præterquam illos, qui ad Ordinem Cartusiensium transvolarunt repetere possint, & debeant; ipsique sic translati Religiosi; etiam sine repetitione huiusmodi ad Priorem Ordinem Beatæ Mariæ prædictum, sub virtute sanctæ obedientiæ redire omnimode teneantur.

Et insuper, ut eadem statutum, & ordinatio facilius vendicet sibi locum, omnibus, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, alijs Prælatibus; necnon personis Ecclesiasticis in dignitate constitutis, ad quos presentes litteræ, vel earum transcripta authentica peruenerint, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, & eorum qui libet, per se, vel alium, seu alios, statutum, ordinationem, ac lit-

teras nostras huiusmodi ubi, & quando expedire viderint, ac pro parte Generalis Magistri, & Diffinitorum prædictorum fuerint requisiti, auctoritate Apostolica solemniter publicantes, quoscunque Religiosos in eodem Ordine Beatæ Mariæ expresse professos, qui ad alios Ordines, sine dictæ Sedis Apostolicæ licentia transuerunt actenus, vel in posterum transuerint in loca dicti Ordinis Beatæ Mariæ, in quibus professionem huiusmodi emisserint, infra certum, (de quo eis videbitur præfigendum sibi) preceptorium terminum competentem, omni causa, & occasione cessantibus, protinus reuertantur, dicta auctoritate nostra moneat, & mandent eisdem. Et nihilominus, si monitioni, & mandato huiusmodi non paruerint cum effectu, ipsos ad hoc, per censuram Ecclesiasticam; necnon arrestationem (si opus fuerit) personarum, ac carcerationem, & alia fortiora remedia; necnon cõtractores quoslibet, & rebelles cuiuscunque dignitatis, status, nobilitatis, præminentia, vel conditionis fuerint: etiam si Pontificali, Regali, Reginali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mūdana dignitate præfulgeant, per censuram eandem, appellatione remota, compellant, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Non

Non obstantibus foelicis rec-
 dationis Bonifacij Papae VIII.
 praedecefforis nostri constitutio-
 nibus; illis praefertim, quibus ca-
 uetur: ne quis extra suam Ciuita-
 tem, vel Dioecesim, nisi in certis
 exceptis casibus, & in illis vltra
 vnam dietam a fine suae Dioeces-
 sis, ad iudicium euocetur, seu ne
 iudices a Sede deputati praedicta
 extra Ciuitatem, & Dioecesim,
 in quibus deputati fuerint con-
 tra quoscunque procedere, ac
 alio, vel alijs vices suas commit-
 tere, seu ad aliquos vltra vnam
 dietam a fine Dioecesum earun-
 dem trahere praesumant, ac de
 duabus dietis in Concilio Gene-
 rali, & personis vltra certum nu-
 merum, ad iudicium non vocan-
 dis, & alijs constitutionibus, &
 ordinationibus; necnon priuile-
 gijs, indulgentijs, concessioni-
 bus, statutis, decretis, ordinatio-
 nibus, & alijs litteris Apostoli-
 cis Monachorum fratrum Men-
 dicantium, & alijs Ordinibus su-
 pradictis, eorumque Monaste-
 rijs, domibus, siue locis, per Se-
 dem praedictam, vel Legatos
 eius, aut alios quoscunque in ge-
 nere, vel in specie concessis quo-
 runcunque tenore existant. Sta-
 tutisque quoque, & consuetudi-
 nibus eorundem iuramento, con-
 firmatione Apostolica, vel qua-
 uis firmitate alia roboratis, qui-
 bus omnibus, & singulis, etiam si

de illis specialis, & expressa me-
 tio habenda foret quo ad hoc, illis
 alias suo robore permanfuris de-
 rogamus expresse, ceterisque con-
 trarijs quibuscunque. Aut si ali-
 quibus communiter, vel diuifim
 a dicta sit Sede indultum, quod
 interdici suspendi, vel excomu-
 nicari, aut extra, vel vltra certa
 loca ad iudiciu euocari non pos-
 sint per litteras Apostolicas, non
 facientes plenam, & expressam,
 ac de verbo ad verbum de indul-
 to huiusmodi mentionem.

Veru, quia difficile foret praes-
 entes litteras ad singula mundi
 loca originaliter posse transfer-
 ri, volumus, quod earum trasum-
 ptis authenticis manu publica
 duorum Notarioru subscriptis,
 & sigillo alicuius Praelati Col-
 legij roboratis plena fides in iu-
 dicio, & extra vbicunque exhi-
 bite fuerint adhibeatur, ac si lit-
 terae ipsae originaliter forent ex-
 hibitae, vel ostensae. Nulli ergo
 hominum liceat, hanc paginam
 nostri statuti, ordinationis, de-
 creti, mandati, derogationis,
 & voluntatis infringere, vel ei
 ausu temerario contraire. Si quis
 autem hoc attentare praesump-
 serit, indignationem Omnipoten-
 tis Dei, & Beatorum Pe-
 tri, & Pauli Apostolorum eius,
 se nouerit incurfurum. Datis
 Romae apud sanctum Petru, an-
 no Incarnationis Dominicae mil-

Bullarium Ordinis

lesimo quadringentesimo quin- lend. Nouembris, Pontificatus
quagesimo septimo, pridie Ka- nostri anno tertio.

SCHOLIA SERAPHINI.

Pontifex auctoritate Apostolica, & ex certa scientia statuit, at-
que ordinat, omnes, qui in nostro Ordine Beatae Mariae de Mer-
cede professionem emisserint, ita ipsi Ordini fore efficaciter obli-
gatos, ut absque Sedis Apostolicae speciali licentia, ad alios quos-
cunque regulares transeundi auctoritas, & potestas minime sit con-
cessa. Reuerendissimus Pater noster Zumel, hanc Bullam doctis
Scholijs exornauit, excellentiamque nostri Ordinis praeter ceteris, ex
quarti voti emissionem late probauit à dist. 1. cap. 25. pag. 117. cum
sequentibus, vbi pag. 122. hanc transcribit Bullam.

Ultra ab ea adducta ego alias probabam Bullam hanc esse potius
declarationem, quam nouam concessionem: nam comprehendit etiã
translationes fratrum praeteritas. Neque enim Pontifex infringere
potest vota solemniter emissa in Religione approbata, & cogere ad
aliam, siue strictiorem, siue laxiorem. Nauar. comment. 4. de regu-
lar. num. 21. Vnde dum praedictos translatos reuocare ad primãuũ
statum iubet, eosque etiam non interpellatos ad reuersionem tene-
ri declarat, procedit ex eo, quia professio in alio ordine fuit nulla à
principio; ex rationibus, quas adducunt Põtifex, & Zumel vbi sup.
cum Ordo noster ceteris sit perfectior, ex quo capite illicitus, &
nullus est transitus ad alios Ordines, quidquid sit de strictiori Ordine,
de quo alibi. Hanc Bullam Ordinis, quae Beatae Mariae de Mer-
cede ex quarti voti emissionem ceteris excellentiorem, ac perfectio-
rem approbauit, cõfirmavitque amplissimis verbis Vrbanus VIII.
Bulla 8. anno 1628. septimo idus Octobris, anno Pontificatus 6. de
qua infra.

COLLECTOR.

Idem Pontifex Callistus Bulla sua, data Romae nono Kalend. Maij
Pontificatus sui anno quarto praecipit; ne possessiones, & bona no-
stri Ordinis molestantur; eaque sub Beati Petri, & sua protectione
recipit.



CALLIS-

CALLISTO SVCCEDIT

Pius II. anno 1458.

P I I I I.

BULLA PRIMA.

SUMMARIUM BULLÆ;

I Confirmat priuilegia prædecessorum, & Regum.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Magistro, & fratribus Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, ad Romanam Ecclesiã vlllo medio pertinentibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam Ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectũ. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, tam à fœlicis recordationis Bonifacio VIII. quam Alexandro IV. Nicolao III. Clemente VI. Gregorio XI. Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. Callisto III. prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuile

gia, seu alias indulgentias, vobis indultas, & cõcessas, quas hic haberi volumus pro sufficiẽter expressis, ac si de verbo ad verbum insertæ fuissent: necnon libertates, & exemptiones secularium exactioinum à Regibus, & Principibus Christianis, & alijs Christi fidelibus rationabiliter, vobis, & præfato Ordini indultas, sicuti eas iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidẽ Ordini auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hæc pagina nostræ cõfirmationis, & cõmunitationis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attẽtare præsumperit, indignationẽ Omnipotentis Dei, & Beatõrum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Romæ apud

Bullarium Ordinis

sanctū Petrū, anno Incarnationis
Dominicæ millesimo quadrin-
gētesimo quinquagesimo nono;
Pontificatus nostri anno primo.

P I I I V.

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Ordinem nostram laudat, & Bullam 3. Callisti III. & ceteras ibi contentas inserit, innotat, approbat, & ex certa scientia confirmat.

PIVS Episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriã. Ad fructus vberes, quos Sacer Ordo Beatæ Mariæ de Mercede Captiuorum, in agro militantis Ecclesiæ pia institutione plantatus, velut arbor bona produxit actenus, & producit, nostræ considerationis intuitum extendentes, ac repetentes animo; quod dicti Ordinis professores, circa Redemptionem miseræ conditionis fidelium, quos dura fors infidelium seruitutem adigit, operas suas iugiter imponendo, & bona sinceris mentibus exponendo incessanter laborare non desinunt, dignum ducimus, vt eorum petitiones; in his præsertim, per quæ indulgentiæ, immunitates, & gratiæ eis ab Apostolica Sede concessæ, nostræ confirmationis super addito robore diutius

perpetuari, & subsistere valeant, ad exauditionis gratiam fauorabiliter admittamus. Sanè dudum Bonifacius VIII. Alexander IV. Clemens VI. Martinus V. necnon Gregorius XI. & Eugenius IV. Romani Pontifices prædecessores nostri, pro foelici statu, & amplificatione dicti Ordinis, tunc Magistro, & fratribus eisdem, varia priuilegia, indulgentias, & litteras Apostolicas concesserunt, quas postmodum piæ memoriæ Callistus Papa III. etiam prædecessor noster immediatus, per suas litteras, ex certa scientia confirmavit, & approbavit, ac in eisdem suis litteris de verbo ad verbum inseri fecit, prout in illis plenius continetur. Quare pro parte dilectorum filiorum moderni Magistri; necnon Preceptorum, & fratrum dicti Ordinis

nis

nis nobis humiliter fuit supplicatum, vt omnibus, & singulis indulgentijs, & gratijs, alijsque in dictis litteris contentis, pro illorum omnium subsistentia firmitiori, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & vt illa viribus perpetuo subsistant decernere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui præfatum Ordinem, & personas eiusdem, propter pia ipsorum opera gerimus visceribus charitatis, qui que dictarum litterarum tenores diligenter inspici, & examinari, ac præsentibus de verbo ad verbum subscriptionibus, & characteribus dumtaxat ommissis similiter inferi fecimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, indulgentias, & gratias, & alia quæcumque in dictis litteris contenta, rata habentes, & grata illa omnia, & singula, ac easdem litteras, cum omnibus in eis contentis clausulis, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore præsentium confirmamus, & approbamus, & plenum robur obtinere, & perpetuo viribus subsistere decernimus, mandantes, contenta in eis, perpetuis futuris temporibus, inuiolabiliter obseruari; ita quod illis, vel eorum effectui, per quasvis alias Apostolicas, aut Sedis Apосто-

lica Legatorum litteras, quorumcunque tenorum fuerint, & quascunque in se derogatorias clausulas contineant, derogari non possint, nisi de præsentibus de verbo ad verbum, & eorum data, ac Magistri dicti Ordinis existentis nomine, & cognomine facta fuerit mentio specialis: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Tenores vero dictarum litterarum tales sunt.

Callistus Episcopus seruus seruorum Dei; ad futuram rei memoriam. Dispositione Diuina, &c.

Sequitur Callisti III. Bulla 3. cum cæteris inibi insertis.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrarum constitutionum, confirmationum, approbationum, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, quinto idus Iunii, Pontificatus nostri anno tertio.



Bullarium Ordinis

COLLECTOR.

Instante Magistro fratre Petro de Huete Generali Ordinis asserto Pius II. confirmavit ordinationem ab eodem Magistro, cū cæteris, qui ei parebant, decreta; quod videlicet Commendatores Monasteriorum Guadalifaxaræ, Vallisoleti, Hispalis, & Huete vocem haberent in Capitulo Generali. Item statuit, quod nullus quacūque dignitate præditus bona ex vna Prouincia extrahere, & ad aliam transportare auderet, quod medietates bonorum Cōmendatorum decedentium Redemptioni Captiuorū applicari deberent. Et denique, quod Monasteria Regnorum Prouinciæ Castellæ, & Portugalliæ solus Prouincialis, aut Diffinitores eiusdem Prouinciæ visitare deberent, & possent. Datis Romæ idibus Iunij, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, Pontificatus sui anno tertio.

PIO II. SVCCEDIT

Paulus II. anno 1464.

ANno 1466. nescio qua causa Redemptionis bona quàm plurima in partibus Gallieæ vsurpata fuere. Magister frater Petrus de Logroño ex Prouincia Castellæ vir grauissimus, & Captiuorum Redemptionis zelator eximius ad sanctissimum Paulum II. grauissimam detulit quærelam; Pontifex ad ipsius instantiam omnes vtriusque sexus, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis sint malitiose, & temere bona quæcunque Redemptionis subtrahentes, furripientes, occultantes, & detinentes, aut eius opem, & fauorem dantes, excommunicationis sententia, & nodo ligat. Datis Romæ die vndecima Ianuarij, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus sui anno secundo.

Harum Bullarum exemplaria ad manus habere non potui.



P A V L I I I.

BYLLA SECUNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

I *Confirmat Pontificum, & Regum priuilegia. Nosque, & nostra sub protectione Sedis Apostolica recipit.*

PAVLVS Episcopus feruus feruorū Dei. Dilectis filijs Magistro, & fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū, ad Romanam Ecclesiam vlllo medio pertinentibus, salutem, & Apostolicam benedictionē. Cū à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm Ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, & loca, in quibus Diuinis estis obsequijs mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, & in futurum iustis modis præstāte Domino poteritis adipisci, sub Petri protectione suscipimus, atque nostra; necnon omnes libertates, immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, vel alia indulta,

vobis, & Ordini vestro in genere concessas; libertates quoque, & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus rationabiliter eidem Ordini indultas: specialiter autem terras, possessiones, domos, vineas, prata, pascua, nemora, & alia vestra bona, sicuti ea iuste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidē Ordini auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hęc paginam nostræ susceptionis, cōfirmationis, & cōmunitiois infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incurсурū. Datis Romæ apud sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, pridie Kalēd. Iunij, Pōtific. nostri anno 2.

Bullarium Ordinis

COLLECTOR.

A Nno 1467. cælebratum est Capitulum Ordinis generale Guadalfaxaræ, die 26. mensis Septēbris, ad diluendam, & extinguendam litem inter Magistrum Fr. Natalem Gauer, & Migistrum fratrem Petrum de Huete. In eo inita est concordia in hunc modum: Quod Prouincialis Castellæ, & Portugalliæ habeat in sua Prouincia omnimodam, & plenariam potestatem in spiritualibus, & temporalibus, sicut Generalis Magister, cui Prouinciali pleno iure competeret suæ Prouinciæ regimen, cum ampla facultate condendi, & statuendi pro sua Prouincia quæcunque statuta bene sibi visa. Quod que Generalis Magister, in rebus regimen eius Prouinciæ concernentibus, nullo modo se intrmittere posset, neque in Commendarum, & officiorum prouisione, neque in Visitatoris munere, nisi in causa appellationis. Prædicta vero Prouincia Castellæ teneretur pro expensis Magistri Generalis soluere 42. duplas, eaque solutione contentus esset Generalis Magister. Sic sopitum schisma, quod à depositione Magistri Dullàn Ordinem vexauerat. Conducunt hæc ad Bullas Pontificum, quæ inferius adducentur addiscendas.

PAVLI II.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Confirmat Pontifex concordiam in Capitulo Guadalfaxara celebrato, inter Magistrum Generalem Ordinis Reuerendissimum Patrem fratrem Nadal Gauer, & Reuerendum Patrem Magistrum fratrem Didacum de Muros Prouincialem Castellæ.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei; ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officij Cura, quam licet immeriti disponēte Domino gerimus: nos propensius admonet, & hortatur: vt circa ea quæ Monasteriorum, & aliorum Religiosorum locorum, ac eis Præsidentum aliarumque in illis Altissimo famulantiū personarū quietem, & tranquillitatem concernunt

nunt sollicitis studijs, & remedijs fauorabilibus intēdamus: & hijs quæ propterea succifis dubitationum, & litigiorum an fractibus per concordiam terminata sunt: ne in recidiue contentionis scrupulum relebantur: sed illibata permaneant, cum à nobis petitur Apostolici muniminis adijcimus firmitatem. Sanè pro parte dilectorum filiorum Generalis Magistri, ac Prouincialis Diffinitorumque, & Commendatorum Fratrum, ac professorum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Captiuorum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quæ cum dudum videlicet à viginti annis citra interquendam Natalē Gauer, dicti Ordinis Magistrum Generalem, & Theologiae professorem ex vna: & vniuersos professores, siue fratres eiusdem Ordinis Castellæ, & Portugalliae Regnorum Prouinciae ex altera, partibus super eo cui Prouincialatus Regnorum, & Prouinciae praedictorum censeret officiū in dicto Ordine, ad ipsius Magistri Generalis nutum reuocabile: & ad quæ Commendarum dicti Ordinis quæ pro tempore fiūt ad Generalem, vel Prouincialem praedictos concessio spectare: & cui ex eisdem Generali, & Prouinciali officium visitationis in dicta Prouincia cōpeteret: & quis eorum bona decedentium, &

Commēdatorum dicti Ordinis: & quas, & quales voces in illius noui Magistri electione dicta Prouincia habere deberet: & an terra Lepuscue censeatur de dicta Prouincia: eo quod in Pampilonensi, & Baionensi Diocesi sita est: & an domus de Murcia, & de Lorca dicti Ordinis sint praedicta, seu Valētinæ Prouinciae: & cuius Prouinciae essent nonnullae aliae Ciuitates, ville, oppidi, castra, terræ, & loca pro eo, quod confinibus Regnorum praedictorum consistunt. Et si Generalis ipse pro tempore existens de bonis Commendatorum, & fratrum dicti Ordinis aliquam partem, sibi vendicare debeat: & contributiones, & exactionesque actenus fieri in dicto Ordine, tam pro Procuratore dicti Ordinis, quā in Romana Curia, ordo ipse solitus est habere, quam pro alijs ipsius Ordinis negotijs, & oneribus suportandis, fieri solitas de cætero exigere, & peti debeant adque possit dissensiones, rancores, odia, & altercationes, cum ipsius Ordinis grauis iactura, & incommodo soborte fuissent. Tandē Magister necnon professores, siue fratres, praefati cupientes dissensiones, rancores, odia, & altercationes, huiusmodi amputare, & de medio tollere: in Capitulo Generali in Conuentu domus Guadalifaxarę dicti Ordinis Tolletanae, Diocesis

Bullarium Ordinis

lis sancti Antolini vulgariter nūcupato, in dicto præsentibus ibidē, & ad hæc electis multis Diffinitoribus Prouincialibus diuersarum Prouinciarum, & Regnorum, necnon alijs eiusdem Ordinis professoribus, quandam inter se inierunt concordiam, prout in quoddam instrumento, inde confecto, cuius tenorem diligenter inspicere, & examinari, ac præsentibus de verbo ad verbum inferi fecimus plenius continetur: quare pro parte Magistri Generalis, Prouincialis, Diffinitorum, Cōmendatorum, & fratrum, nobis fuit humiliter supplicatum, vt eidem concordia, ac omnibus, & singulis in dicto instrumento contentis, pro illorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ cōfirmationis adijcere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur quibus per publica documēta plena fides facta fuit, quæ concordia, & alia in dicto instrumento contenta de vtriusque partium prædictarum consensu processerunt: huiusmodi supplicationibus inclinati concordiam ipsam, ac omnia, & singula in dicto instrumento contenta, & inde secuta quacumque auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communitus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac sta-

tutis, & consuetudinibus Monasteriorum, locorum, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Tenor verò dicti instrumenti signis dumtaxat obmissis talis est.

Nouerint vniuersi præsentium litterarum, seu præsentis publici instrumenti conuenientia, compositionis, pacti, transactionis, seriem, inspecturi, quod nos frater Natalis Gauer in Artibus, & in Theologia Magister totiusque Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Magister Generalis, Capitulum Generale celebrantes, in Monasterio, seu Conuentu prædicti Ordinis Ciuitatis Guadalfaxaræ, extra muros Toletanæ Diocesis, sancti Antolini vulgariter, nuncupato præsentibus, ibidem honorabilibus, & discretis viris Religiosis Ordinis nostri fratre Antonio Pascuet, Magistro in Theologia, Priore Monasterij Ciuitatis Barcinonæ: & fratre Gregorio de Porta, Bacchalaureo in Theologia, Cōmendatore Monasterij de Daroca, Diffinitoribus pro Prouincia Cathalonix: & fratre Didaco de Muros, Magistro in Theologia, Prouinciali Prouinciæ Regnorum Castellæ, & Portugallix, ac Commenda-

tore

tore dicti Monasterij Guadal-
 xaræ: & fratre Velasco de Fi-
 guero, Commendatore Mona-
 sterij Hispalensis: & fratre Petro
 de Locronio, Commendatore
 Monasterij Locroniensis: & fra-
 tre Ludouico de Beato Iacobo,
 Commendatore Monasterij Bur-
 gensis, Diffinitoribus pro Pro-
 uincia Regnorum Castellæ, &
 Portugallia: & fratre Ioanne de
 Reigada, Magistro in Theolo-
 gia, Prouinciali Prouinciæ Fran-
 ciæ, ac Cōmendatore Monaste-
 rij Tolosani: & fratre Alfonso
 Cota, Magistro in Theologia: &
 fratre Michaele Masdeni, Vica-
 rio perpetuo Montis Floreti, ac
 Commendatore Monasterij de
 Huesca: & fratre Guillermo Pe-
 tri, Commendatore Monasterij
 de Beses: & fratre Ioanne Marti-
 ni, Commendatore Monasterij
 de Barbastro: & fratre Fernando
 de Corduba, Cōmendatore Mo-
 nasterij Toletani: & fratre Al-
 fonso Cantero, Commendatore
 Monasterij de Corduba: & fra-
 tre Fernando Moro, Commē-
 datore Monasterij de Vbeda: &
 fratre Ioanne de Saabedra, Com-
 mendatore Monasterij de Ca-
 zorla: & fratre Ioanne de Fier-
 ro, Commendatore Monasterij
 Optensis: & fratre Martino de
 Ocio, Commendatore Monaste-
 rij Conchensis: & fratre Marti-
 no de Corduba, Commendato-
 re Monasterij de Villagarcia: &

fratre Ioanne de sancto Vincen-
 cio, Procuratore Commendato-
 ris, & Conuentus de Xerez: &
 fratre Alfonso Sarmenton, Cō-
 mendatore Monasterij Segouie-
 sis: & fratre Francisco de Mon-
 dragon, locum tenente Commē-
 datoris Monasterij Vallisoleta-
 ni, vacantis pro nunc Commē-
 datore: & fratre Didaco Valli-
 soleti, Commendatore domus
 sanctæ Mariæ de Fontibus pro-
 pe Aquilare, & fratre Ioanne de
 Fromesta, Commendatore Mo-
 nasterij Salmantini: & fratre Pe-
 tro de Cabezon, Commēdatore
 Monasterij de Colindres: & fra-
 tre Michaele de Aguirre, Com-
 mendatore domus de Burceña:
 & fratre Ioanne de Ayllon, Cō-
 mendatore domus de Soria: &
 fratre Alfonso de Quadra, Com-
 mendatore Monasterij de Al-
 maçan, cum multis alijs fratri-
 bus, & Religiosis Monasterio-
 rum, & domorum dictæ Prouin-
 ciæ Regnorum Castellæ, & Por-
 tugallia, & cæterarū Prouincia-
 rum Ordinis nostri assistantibus, &
 presentibus in dicto Capitulo,
 vt in actibus Capituli est videre
 omnibus Capitulariter, iunctis,
 & vocatis, per nos dictum Magi-
 strum Generalem ad dictum Ca-
 pitulum Generale, vt moris est
 Ordinis nostri, & specialiter ad
 infra scriptam concordiam fien-
 dam. Eo quod inter nos dictum
 Magistrū Generalem ex vna par-
 te,

Bullarium Ordinis

te, & Patres, & fratres dicti Ordinis Prouinciæ Regnorū Castellæ, & Portugallia ex alia, sunt viginti anni, & vltra quibus sunt, ortæ magnæ dissensiones, & discordiæ, vsque in hodiernū diē durantes: tā super Prouincialatum dictæ Prouinciæ, an esset officiū in dicto Ordine ad nostri nutum reuocabile, an non? quam super dandis Cōmēdis in dicta Prouincia, vtrum ad nos Magistrum Generale, vel ad Prouinciale dictæ Prouinciæ, pro tēpore existentē dictarum Cōmendarum concessio pertineat? Et super visitationem dictæ Prouinciæ, ad quem debet spectare, & super bonis Cōmendatorum, & fratrum decedentium, & ab hac vita migrātium in dicta Prouincia, qualiter debeant distribui, & ad quem distributio pertineat? Et super electionem Magistri Generalis, cū vacare contigerit, quas, & quales voces in dicta electione dicta Prouincia debet obtinere? Et super terram Lepuscua vtrū pertineat, ad dictam Prouinciā Regnorum Castellæ, & Portugallia in dicto Ordine, eo quod est in Episcopatibus Pampiloniæ, & Baionæ, & super domos dicti Ordinis de Murcia, & de Lorca, cuius sint Prouinciæ in dicto Ordine, an dictæ Prouinciæ Regnorum Castellæ, & Portugallia, an Valentia, & super alijs Ciuitatibus, villis, oppidis, castris, terris,

& locis, de quibus dubitatur, cuius sint Prouinciæ, eo quod cadunt in confinibus Regnorum, & super ius, quod dicunt Generales Magistri sibi competere de bonis Cōmendatorum, & fratrum decedētium in dicto Ordine: de quibus dicunt sibi certam partē competere, & super cōtributiones, & exactiones, quæ solent in dicto Ordine exigi, peti, & distribui, tam pro Procuratore eiusdem existente in Curia Romana, quàm pro alijs negotijs Ordinis quæ continuo incidunt, & emergunt, & super alijs negocijs, & causis, tā gentibus, & cernentibus regimē, & gubernationem dictæ Prouinciæ, & Monasteriorum, & domorū eiusdem Prouinciæ, & Commendatorū, & fratrum in eadem Prouincia degentium, & commorantium. Et quia supra prædictis omnibus, & singulis dicta diuisione durante magna scandala, damna, & sumptus dicto Ordini euenerūt, & quotidie eueniunt. Ideo nos dictus Magister Generalis attendentes, quod si dicta diuisio non cessaret Diuinus cultus in dicto Ordine minueretur, & magna damna, & incommoda dicto Ordini euenirent, & opus sanctum Redēptionis Captiuorū, ad quod dictus Ordo noster principaliter est institutus, debitū nō cōsequeretur effectū. Ideo volentes omnia supradicta euitare propter
bo-

bonū pacis, & cōcordiæ, & vt dictus Ordo, & eorum fratres spiritu tranquilo Domino possint famulari, ad perpetuam, & futurā rei memoriā, nomine nostro, & successorum nostrorum iuste, & canonicè intrantiam conuenimus, pactamus, & cōponimus, & trāligimus omnia supradicta, & eorū singula in eis annexa, & connexa, & ab eis dependentia, & emergentia, cum vobis fratre Didaco de Muros, Magistro in sacra Theologia, Prouinciali in dicta Prouincia Regnorū Castellæ, & Portugalliæ, qui præsens estis, & cum omnibus successoribus vestris in dicto Prouincialatu, & Prouincia, cum omnibus Prioribus, Cōmendatoribus, & Religiosis viris dicti Ordinis dictæ Prouinciæ, tam præsentibus, quàm absentibus, & cum omnibus successoribus suis in dicta Prouincia degentibus, & cōmorantibus quomodolibet in futurum. Et nos dicti Prouincialis, & Diffinitores, Cōmendatores, fratres in dicto Capitulo Prouincialiter assistentes nomine nostro, & absentium, & futurorum post nos pactamus, & transigimus, & conuenimus, cum vobis dicto Reuerendo Magistro Generali, mutuo hic, & inde æquali conuentione perpetuo duratura modo sequenti, & sic inferius est scriptum.

Primo, quod Prouincialatus

in dicta Prouincia Regnorū Castellæ, & Portugalliæ, non sit in Ordine nostro officiū reuocabile ad nutum Magistri Generalis, pro nunc, vel pro tēpore existentis sicut cætera officia Ordinis, sed sit beneficiū, dignitas, & personatus in Ordine nostro: à quo Prouinciali pro nunc, vel pro tēpore existēs, nō possit amoueri, per Magistrum Generalem Ordinis, nisi & iustis, & legitimis causis, & prius citatus, & auditus, & legitime conuictus iuris ordine seruato, & secundum canonicas sanctiones.

Item, quod dum dictum Prouincialatū vacare cōtigerit, per decessum, vel recessum Prouincialis, pro nunc, vel pro tēpore existētis maneat in dicta Prouincia Vicarius, & locūtenens Prouincialis, qui fuerit Vicarius vniuersalis in dicta Prouincia, in spiritualibus, & tēporalibus ipsius Prouincialis, per cuius decessū, vel recessū Prouincialatus vacauerit, & quod dictus locūtenens habeat omnimodā potestatem in dicta Prouincia, præterquā quod non possit quemquā à sua Cōmenda priuare, vel alicui de Cōmenda prouidere, & si aliquam Cōmendam vacare contigerit per mortem alicuius Cōmendatoris, vel alias, possit in eadem Cōmenda vnum gubernatorē, & locumtenentem Cōmendatoris ponere Cōmendatorē tamen non.

non. Et iste Vicarius, & dictum locum tenens Prouincialis debet conuocare omnes Cōmendatores Monasteriorū, & domorū, & omnes graduatos Magistros, videlicet Licenciatos, & Præsantos in Theologia, & eos Bacchalaureos in Theologia, quos constauerit gradū Bacchalaureatus in Theologia, in aliqua Vniuersitate recepisse de licentia Ordinis, ad electionē fiendi noui Prouincialis in dicta Prouincia. Qui omnes electores debeant congregari in Monasterio, & Cōuentu in quo ipse Prouincialis, per cuius recessum, vel decessum, ipse Prouincialatus vacauit erat Cōmendator: & dicti electores debeant cōgregari, & eligere à die qua dictus Prouincialatus vacauerit, vsque ad nonaginta dies inclusiue: & electus debeat se præsantare, cū electione facta à die quo electus fuerit, vsque ad sexaginta dies inclusiue, corā Reuerendo Magistro Generali, per se, vel per suum legitimū Procuratorē: & Magister Generalis debeat electionem factam à dictis electoribus, vel à maiori, & saniori parte eorum confirmare à die quo electio, sibi fuerit præsantata, vsque ad triginta dies inclusiue. Et si forte dicti electores infra dictos, nonaginta dies, dictā electionem non fecerint: pro illa vice dūtaxat ius amittant eligendi: & ipse Magister Generalis

pro illa vice de Prouincialatu in dicta Prouincia possit prouidere. Et si electus à die quo fuerit electus, vsque ad dictos sexaginta dies, cum electione corā dicto Reuerendo Magistro Generali, se non præsantauerit, vt dictum est, electio illa sit nulla, & electores debeant de nouo iterum eligere, & si Magister Generalis electionē infradictos triginta dies, non confirmauerit, aut distulerit confirmare: pro illa vice dumtaxat ius amittat confirmandi, & expectet confirmatio ad Sedem Apostolicam.

Item, quod quādo electus per Magistrum Generalē fuerit confirmandus: debeat iurare quod ipse erit obediens dicto Magistro Generali, & omnibus successoribus eius præsantando sibi, & successoribus suis debitam reuerentiam, & obedientiā, & quod annis singulis soluat Reuerēdo Magistro Generali vestuariū, in quo Prouincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, ipso Magistro Generali obligatur, & forma iuramenti talis est.

Ego. N. iuro per Deū, & sancta Dei Euangelia, quæ manibus proprijs tango, quod ero semper obediens vobis. N. Magistro Generali Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede, & successoribus vestris iuste, & canonice intrantibus, in omnibus licitis, & honestis obtemperabo: & obediā mā-

datis

dati vestris, & successorum vestrorum secundum constitutiones, & statuta Ordinis nostri sacri, & pacta quae Magister Generalis debet obseruare Prouinciali Prouinciae Regnorum Castellae, & Portugalliae: & iuro quod annis singulis soluam vobis, & successoribus vestris vestuariū, in quo dicta Prouincia Magistro Ordinis obligatur, sic Deus adiuuet, & haec sacrosancta Dei Evangelia.

Item, quod Prouincialis Prouinciae Regnorum Castellae, & Portugalliae in dicta Prouincia habeat plenum posse, & gerat in omnibus, & per omnia, tam in spiritualibus, quam temporalibus vicibus Generalis, cui pleno iure competat regimen dictae Prouinciae, tam in dandis Commendis, quam in visitatione Monasteriorum, & domorum, Commendatorum, & fratrum dictae Prouinciae, & celebrandis Capitulis particularibus, & Prouincialibus in dicta Prouincia, & in eis statuendi, & ordinandi, cum patribus dictae Prouinciae, quicquid in dicta Prouincia fuerit statuendum, & ordinandum, & licentijs dandis, & transmutationibus fratrum ipsius Prouinciae: & in omnibus alijs quae concernunt regimen, gubernationem, & statum Monasteriorum, & domorum, Commendatorum, & fratrum dictae Prouinciae, & quod Magister Generalis

non possit quemquam superiorem ipso Prouinciali ponere, vel mittere in dicta Prouincia: liceat tamen, & possit Magister Generalis fratres caeterarum Prouinciarum Ordinis licentiare ad tempus, ut veniant in dicta Prouincia studij, peregrinationis, vel negotiationis causa, qui dum in dicta Prouincia steterint, & residerint obediant ipsi Prouinciali, sicut caeteri fratres Prouinciae.

Item, quod Magister Generalis, nunc, vel pro tempore existens, non se intromittat in dandis Commendis, visitationibus, nec in audiendis, vel determinandis negotijs, & causis Commendatorum, & fratrum dictae Prouinciae: immediate, & per simplicem quærelam, nec in caeterisque ad gubernationem, & statum dictae Prouinciae spectant, sed haec Prouinciali dictae Prouinciae pertineant pleno iure. Si tamen Commendator, vel frater dictae Prouinciae senserit se in aliquo grauari à Prouinciali, possit libere ad Magistrum Generalem addire, & causam suam contra ipsum Prouincialem proponere, per viam appellationis, aut simplicis querellae: qui Magister Generalis habeat primo petere sufficientem cautionem à fratre, qui se dixerit in aliquo grauatum, per supradictum Prouinciale de expensis si succubuerit

Bullarium Ordinis

rit in probatione eorum quæ dicit: & præstita cautione Magister Generalis faciat citari Prouincialē, vt per se, vel per suum Procuratorē cōpareat reddēs rationem de talibus quæ sibi opponuntur: & eo vocato, & audito, quod iustum fuerit Magister Generalis discernat, & quod decreuerit faciat per censuram Ecclesiasticam obseruare. Si tamē Magister Generalis sufficiētē cautionem, non susceperit de expensis ab actore, vel accusatore, ipse Magister Generalis teneatur soluere, sed si accusator non poterit cautionē per expensas præstare: ne sua pereat iustitia possit Magister Generalis, Prouincialē ad iudicium euocare: & si succubuerit accusator, carceri mācipetur, vel aliās prout de iure venerit puniendus, & tunc ipse Magister Generalis ad expensas non teneatur. Super tamen nulla causa, aut negocio ciuili, nec criminali Magister Generalis possit ipsum Prouincialē personaliter ad iudiciū trahere: sufficiat, quod per Procuratorē sufficientem, & idoneum compareat.

Item, quod Magister Generalis, nihil exigat, aut petat, nec sibi debeat de bonis Cōmendatorum, & fratrum in dicta Prouincia decedentium, sed dispositio eorū pertineat ad Prouincialē, & Prouinciam sicut, & cætera.

Item, quod terra Lepuscæ, & domus, seu Monasteria de Murcia, de Lorca, & omnes alie Ciuitates, ville, oppida, castra, & loca, quæ sunt in omnibus dominijs, & Regnis Illustrissimorum Regū Castellæ, & Portugalliæ pertineant, & spectent in dicto Ordine ad sæpē dictam Prouinciam Regnorū Castellæ, & Portugalliæ, & Prouincialis disponat de ijs sicut de cæteris, & omnia quæ sunt extra dominiū Illustrissimorum Regū Castellæ, & Portugalliæ, & in alijs Regnis vbicumque sint, siue aliarū Prouinciarum, & Conuentuū prout Magister Generalis decreuerit.

Item, quod si Magister Generalis celebrauerit, vel celebrare decreuerit Capitulum Generale extra dictam Prouinciā, quod teneatur hoc insinuare Prouinciali Prouinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, qui Prouincialis vna cum Prouincia mittat, si voluerit duos Diffinitores ad Capitulum Generale, sicut est scriptum in constitutionibus nostris, si tamen nō decreuerit mittere non compellatur. Magister tamen Generalis non possit celebrare Capitulum Generale in Prouincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, nisi hoc petatur per Prouincialem, & Prouinciā: & fiat de eorū assensu. Et si hoc fuerit petitum Magister Generalis, possit venire, vel mittere

vnum locumtenentem, ad celebrandum dictum Capitulum Generale in dicta Prouincia, quo Capitulo durante Magister Generalis, vel suum locutenens cum consilio, & assensu Prouincialis, & Diffinitorum Prouinciae determinant. Discernant, & iudicent omnia determinanda, & fienda in Capitulo tangentia dictam Prouinciam. Finito autem Capitulo nulla penes Magistrum Generalem, vel suum locumtenentem maneat potestas in ijs quae concernunt statum, & gubernationem dictae Prouinciae Monasteriorum, & domorum, Commendatorum, & fratrum eiusdem. Ad tale autem Capitulum Generale celebrandum in dicta Prouincia, veniant duo Diffinitores caeterarum Prouinciarum si voluerint, si autem noluerint non sint constituti.

Item, quod in electione Magistri Generalis, cum vacare contigerit: obseruetur prout iacet constitutio Ordinis antiqua, quae loquitur de electione Magistri Generalis, quae incipit. Statuimus, & praesenti constitutione irrefragabili, ac perpetuo valitura ordinamus.

Item, quod postquam electus fuerit, & confirmatus in Magistrum Generalem insinuet, & significet Prouinciali dictae Prouinciae Regnorum Castellae, & Por-

tugalliae: qui Prouincialis habeat ire ad Magistrum Generalem nouiter creatum, & confirmatum, vel mittere Procuratorem suum, cui Magister Generalis teneatur ostendere confirmationem suam, & qualiter est pacificus Magister Generalis in Ordine: & tunc Prouincialis, vel ab eo missus petat à Magistro Generali, quod obseruet omnia, & singula, quae hic sunt scripta: & praestito iuramento per Reuerendum Magistrum Generalem: tunc ipse Prouincialis, vel ab eo missus praestet nomine totius Prouinciae sibi obedientiam. Si vero Magister Generalis noluerit iurare, non habeatur pro Magistro Generali in dicta Prouincia Regnorum Castellae, & Portugalliae, nec ei Prouincialis, & Prouincia obediant, tamquam Magistro Generali: nec soluant sibi vestuarium per Prouinciam soluendum Magistro Generali donec iuret. Forma aut iuramenti talis est.

Nos frater. N. Magister Generalis totius Ordinis sanctae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, iuramus vobis. N. N. nomine Prouincialis, & Prouinciae Regnorum Castellae, & Portugalliae Ordinis nostri, & per Deum, & sacrosancta Dei Euangelia, quae manibus nostris tangimus, quod obseruabimus vobis dicto Prouinciali,

ciali, & Prouinciæ omnia, & singula pacta, contracta, & conuenta inter Magistrum Generalem, & dictam Prouinciam quæ fuerunt facta olim, per Reuerendum Patrem bonæ memoriæ fratrem Natalem Gauer, Magistrū in Artibus, & in Theologia dicti Ordinis Magistrum Generalem prædecessorem nostrum in Capitulo Generali celebrato in Cōuentu, seu Monasterio nostri Ordinis Ciuitatis Guadalifaxaræ, extra muros Toletanæ Diœcesis sancti Antolini vulgariter nuncupato, quæ fuerunt laudata, approbata, & iurata per dictū Capitulum, sic Deus nos adiuuet, & hæc sacrosancta Dei Euangelia, & hoc iuramentum teneatur ipse Magister Generalis, reddere in scriptis manu propria, & nomine suo subscriptum, & suo sigillo munitum ipsi Prouinciali, vel ab eo misso, vt in Prouinciã ducat: alias Prouincia non habeat ipsum pro Magistro Generali, neque vestuarium soluat, sibi vt superius est scriptum.

Item, quod Prouincialis dictæ Prouinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliæ, nunc vel pro tēpore existens nomine dictæ Prouinciæ, soluat annis singulis Reuerendo Magistro Generali, pro vestuario suo quadraginta duplas auri Castellanas, vel earum iustam æstimationem positas, &

solutas in Monasterio Ordinis nostri ciuitatis Valentiaë annis singulis, vsque ad diem Natiuitatis Beati Ioannis Baptistæ: & si Generalis non steterit in dicto Monasterio Ciuitatis Valentiaë, soluantur dictæ duplæ suo Procuratori, si præsens fuerit, sin autē Commendatori, aut eius locum tenenti in dicto Monasterio, qui si noluerit recipere, non obligetur dictus Prouincialis illo anno iterū mittere, sed Magister Generalis teneatur proprijs expensis, illo anno mittere ad Prouincialem, pro solutione illarū quadraginta duplarum. Et cū contigerit Prouincialem dictæ Prouinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliæ mori ante quā Magister Generalis, habeat equitaturam Prouincialis, & meliorē taxam, quam ipse habebat, cū mortuus est. Et hæc sint iura Magistri Generalis in dicta Prouincia præcise, & dumtaxat.

Item, si contingat aliquem de dicta Prouincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ eligi, & assummi in Magistrum Generalem Ordinis: omnia quæ sunt superius scripta obseruet, & faciat obseruare cæteris Prouincijs Ordinis. Ita tamē quod cæteræ Prouinciæ, sibi exhibeant, & persoluant pro vestuario suo octuaginta duplas aureas Castellanas, vel earum æstimationem, positas, & solutas annis singulis,

gulis, vsque ad dictum diem sancti Ioannis Baptistæ inclusiue, in Conuentu, seu Monasterio Ordinis Ciuitatis Toleti, & cum aliquem Prouincialem cæterarum Prouinciarũ mori contingat: habet Magister Generalis equitaturam, & taxam, sicut superius est scriptum. Et si talis electus, & confirmatus in Magistrũ Generalem, fuerit ipse Prouinciarũ Regnorũ Castellæ, & Portugallia: nullus eo durante sit Prouincialis in dicta Prouincia, sed ipse regat illam. Si autem alius qui nõ fuerit Prouincialis dictæ Prouinciæ, fuerit electus de dicta Prouincia in Magistrum Generalem, & confirmatus: qui erat Prouincialis maneat in suo Prouincialatu: & soluat dictas quadraginta duplas, sicut superius est expressum: & Magister Generalis, non possit in dicta Prouincia in alijs se intromittere, sicut si non esset de Prouincia electus.

Item, quod quotiescunq; Prouincialis dictæ Prouinciæ Regnorum Castellæ, & Portugallia voluerit copiare, vel facere copiarum, & cũ decreti interpositione transcribi aliqua priuilegia indulta Ordini concessa, vsque in præsentem diẽ: & requisierint Reuerendo Magistro Generali, vt faciat sibi originalia exhibere: ipse Magister Generalis teneatur, hoc facere gratis nihil

exigendo: ita quod ipse Prouincialis, vel ab eo missus possit facere copiarum, & in publicam formam redigi proprijs expensis dictæ Prouinciæ, vt ad dictam Prouinciam sic copiata, & ad publicam formam redacta possit ducere, hoc etiam teneatur facere dictus Prouincialis quotiescunq; à Magistro Generali, vel à quocumque Prouinciali cæterarum Prouinciarum dicti Ordinis nostri fuerit requisitus: & hoc de omnibus indulgentijs, priuilegijs, indultis, gratijs, & exemptionibus à Sede Apostolica dicto Ordini nostro, vsque in hodiernũ diẽ concessis. De concedendis verò talis seruetur ordo, quod si Magister Generalis, cũ cæteris Prouincijs Ordinis aliqua obtinere voluerit à Sede Apostolica, de quibus Prouincia Regnorum Castellæ, & Portugallia voluerit gaudere: quod Magister Generalis teneatur, sibi exhibere originalia, vt faciat in publicam formam redigere, sicut superius est scriptum: ita tamen, quod Prouincia soluat tertiam partem taxæ in ipsis litteris Apostolicis positæ, & si Prouincialis eiusdem Prouinciæ Castellæ, & Portugallia obtinuerit, de quibus Magister Generalis, & cæteræ Prouinciæ voluerint gaudere: quod soluant Prouinciali, & Prouinciæ duas partes dictæ taxæ, sumptus verò, & expensas im-

Bullarium Ordinis

petrantis, & quidquid talia concessa confisterint, ultra dictam taxam Apostolicam eis posita soluat Prouincia, quæ originalia tenuerit.

In cæteris verò negotijs, & causis Ordinis expediendis, & impetrandis, & in contributione Procuratoris Ordinis ad Romanam Curiam, & in cæteris contributionibus, nihil dicta Prouincia Regnorum Castellæ, & Portugallia, cum cæteris Prouincijs de similibus contribuatur, nec perfoluat nisi hoc prouenerit de Prouincialis, & dictæ Prouinciæ assensu: liceat tamen, & possit Prouincialis, & Prouincia Regnorum Castellæ, & Portugallia Ordinis nostri suum Procuratorem continuum, vel ad tempus habere in Curia Romana, pro suis causis, & negotijs expediendis nulla obtenta, nec petita à Magistro Generali licentia: in quibus negocijs, & causis nihil cætere Prouinciæ Ordinis habeant contribuere, nisi hoc venerit de eorū assensu. Et vt omnia supradicta, & singula rata, firma, & illibata permaneant perpetuis futuris temporibus duratura. Nos frater Natalis Gauer, Magister in Artibus, & in Theologia, totius Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Magister Generalis, nomine nostro, & successorū,

nostrorum, iuste, & canonice intrantium, & nos frater Didacus de Muros, Magister in Theologia Prouinciæ Regnorum Castellæ, & Portugallia dicti Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Prouincialis, nomine nostro, & successorum nostrorū canonice intrantiū, & dictæ Prouinciæ iuramus ambo, & vnusquisque nostrum per Deū, & sacrosancta Dei Euāgelia (quæ manibus nostris tangimus) omnia supradicta, & singula obseruare, & facere obseruari, sub pœna periurij, & infamie, & sub pœna, quā super nos, & successores nostros ponimus, quod si Magister Generalis, nūc vel pro tempore existens omnia supradicta, & singula non obseruauerit, amittat vestuariū in quo sibi obligatur dicta Prouincia, per vnum annū: & si requisitus ex parte Prouincialis dictæ Prouinciæ nō reuocauerit, quicquid actum, & attentatum fuerit cōtra supradicta à die quo requisitus fuerit, vsque ad viginti dies, quod ipso facto amittat, & perdat vestuariū, quod sibi tenetur soluere Prouincia per totā vitā suā: & quod incidat in pœnas Camera Apostolicæ, pro qua Camera Apostolica soluat etiā quingētos ducatos de Camera in quibus se reddit cōdenatū, ex nūc prout ex tūc, & ex tūc prout ex nūc.

Etsi Prouincialis dictæ Prouin-

uinciae Regnorum Castellae, & Portugalliae, pro nunc, vel pro tempore existentes, non soluerit annis singulis dictas quadraginta duplas Magistro Generali, vt superius continetur: soluat dictas quadraginta duplas cum duplo. Et si requisitus ex parte dicti Magistri Generalis, non soluerit dictas quadraginta duplas cum duplo, & cum expensis quas fecerit Magister Generalis mittendo, ad requirendum eum, vsque ad octoginta dies à die quo fuerit requisitus, ipso facto sit priuatus Prouincialatu: & Magister Generalis mittat ad Prouinciam quatenus electores eligant, qui si remissi etiam negligentes fuerint in electione à die quo requisiti fuerint ex parte Magistri Generalis, vsque ad nonaginta dies pro illa vice, Magister Generalis provideat de Prouincialatu: & insuper Prouincialis sic amotus, incurrat poenas Camerae Apostolicae, pro qua etiam soluat quingentos ducatos de Camera, in quibus ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc se reddit condemnatum. Et ad maioris roboris firmitatem, nos dicti Diffinitores, & Commendatores, & fratres in dicto Capitulo personaliter assistentes omnes Capitulariter iuncti, cum dicto Reuerendo Magistro Generali, & cum dicto Prouinciali nomine totius Ordinis, tam praesentium, quam

absentium, & omnium futurorum in dicto Ordine laudamus, & approbamus, & firmamus, & consentimus, omnia supradicta, & singula pacta compositiones, & transactiones inter dictum Reuerendum Magistrum Generalem, & dictam Prouinciam factas perpetuis temporibus duraturas: & iuramus per sacra Dei Evangelia, quae manibus nostris tangimus, illa omnia, & singula perpetuo, & inuiolabiliter obseruare, & facere obseruari, sic Deus nos adiuuet, & haec sacrosancta Dei Evangelia, & sub poenis supra contentis, quibus super nos, & super successores nostros, tam absentes, quam futuros ponimus, si contrarium fecerimus. Et vt omnia, & singula supradicta, sint maioris roboris, & firmitati omnes nos dicti Magister Generalis, & Prouincialis, & Diffinitores, & Commendatores, & fratres in dicto Capitulo assistentes iuncti, & Capitulariter supplicamus Summo Pontifici, quatenus sanctitas sua dignetur nobis, haec omnia, & singula confirmare, laudare, & approbare, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & dicti Ordinis, & quibusvis indultis, & priuilegijs per Sedem Apostolicam dicto Ordini concessis, & etiam iuramento vallatis, & contrarijs alijs quibuscumque. In quorum omnium, & singulorum fide,

Bullarium Ordinis

& testimonium quatuor publica instrumenta, eiusdem tenoris fieri iussimus, & per Notarium infra scriptum in publicam formam redigi, vt Magister Generalis portaret duo, vt esset in certis Prouincijs, ad futuram rei memoriam, & duo manerent in dicta Prouincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ propter casus inopinatos, qui venire solent, vt si alterum eorum amitti contigerit, alterum illorum remaneret, vnum quoque eorum subscriptum manibus, & nominibus nostri Magistri Generalis, & dictorum Prouincialis, Diffinitorū dicti Capituli clausam, per Notarium publicum infra scriptum sigillatum sigillis apendentibus Generalatus nostri Magistri Generalis officij, & Prouincialis dicti Prouincialis. Facta, dicta, tractata, iurata fuerunt, hæc omnia, & singula suprascripta intus dictum Monasterium dicti Ordinis, dictæ Ciuitatis Guadalifaxaræ, extra muros, in vigilia sancti Michaelis vigesima octaua (scilicet) die, mensis Septembris, anno à Natiuitate Domini M. cccc. lxxij. præsentibus ibidem honorabilibus, & discretis viris Ioanni Guterri de Ecija, Archipresbytero dictæ Ciuitatis Guadalifaxaræ, & Alfonso Pontij, & Alfonso Sancij, & Frãncisco Sancij, Clericis eiusdem Ciuitatis,

testibus ad præmissa vocatis, pariter assumptis. Frater Natalis Ordinis Mercedis, Magister Generalis. Frater Antonius Pascueth, Magister, Prior Barcinonensis pro Prouincia Cathalonix Diffinitor. Frater Didacus, Magister Prouincialis Prouinciæ Castelle, & Portugalliæ, & pro eadem Prouincia Diffinitor. Frater Georgius de la Puerta, Commendator Darocæ, Diffinitor pro Prouincia Cathalonix. Frater Velascus de Figueroa, Commendator ac Prouinciæ Castellæ, & Portugalliæ Diffinitor. Frater Ludouicus, Commendator Burgenfis, Prouinciæ Regnorum Castellæ, & Portugalliæ Diffinitor. Frater Petrus de Logroño, Cōmendator pro Prouincia Regnorum Castellæ, & Portugalliæ Diffinitor. Et ego Alfonsus Didaci de Cifuentes incola, & habitator Ciuitatis Guadalifaxaræ, Toletanæ Diocesis, Sedis Apostolicæ auctoritate publicus Notarius, omnibus, & singulis suprascriptis, dum vt præmittitur dicerentur, fierent, & iurarentur vna cum prænominatis testibus interfui, & præsens fui, eaque omnia, & singula dici, fieri, & iurari audiui, & vidi, & in notã sumpsit, ex qua præsens publicum instrumentum confeci, aliena manu scriptum, & in hac publicam formam redigi, clausumq;

&

& subscriptum manibus, & nominibus dictorum Reuerendorum Magistri Generalis, Prouincialis, & Diffinitorum in dicto Capitulo, signo, & nomine meis solitis signaui, & subscripsi in fidem, & testimonium rogatus, & requisitus, loco, die, mense, & anno quibus supra, cum desuper scriptis in lxxvj. linea, vbi dicitur ordinis, & in lxxj. vbi dicitur omnium, & in lxxvj. vbi dicitur Commendatores, & fratres, & in lxxvij. vbi dicitur, & Alfonsus Didaci Apostolicus Notarius. Nulli ergo omnino hominum li-

ceat, hanc paginam nostrae confirmationis, approbationis, & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romae, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae, millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, decimo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno sexto.

PAVLO II. SVCCEDIT Sixtus IV.

SIXTI IV.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLAE.

Magister frater Franciscus Bartulono Ordinis nostri Italus obtinet confirmationem eiusdem indulti, de quo Bulla, concedentis morte praesenti, expediri non potuit.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, &c. Rationi conuenit, congruit aequitati, vt ea quae de Romani

Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu, litterae Apostolicae super illis coeactae non fuerint, suum conse-

Bullarium Ordinis

quantur effectum. Dudum siquidem fœlicis recordationis Paulo Papæ II, prædecessore nostro pro parte Francisci de Bartulono Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū expositum est, quod cum alias ipse, qui prædicationi Verbi Dei pro liberatione Christianorum, qui apud Barbaros Christi nominis inimicos dure carceribus detinebantur, ne fidem sanctam Catholicam, & orthodoxam abnegent, operam dare cupiebat, habitum per fratres dicti Ordinis Beatæ Mariæ gestari solitum suscepisset, & illum per septenniū gestauisset, prout nunc gestabat,

multas eleemosynas à pluribus Christi fidelibus in Regno Siciliae ultra Farum sibi ad liberationem Captiuorū huiusmodi oblatas recepisset, & ex illis triginta Christianos, qui apud Barbaros ipsos, graui, & intolerabili seruitute detinebantur, liberauerat, & in dies plures Christianos cū Dei auxilio, & eleemosynis sibi erogandis ab eadem seruitute liberare intendebat, &c. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, octauo Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

Hanc Bullam sic truncatam, & imperfectam, refert Magister frater Alfonsus de Bargas, lib. 2. Chronici Ordinis nostri, cap. 17. exemplar enim illius integrum non habui.

S I X T I I V.

BULLA SECUNDA.

SUMMARIUM BULLÆ.

- 1 *Confirmat prædecessorum, & Regum Priuilegia in genere.*
- 2 *Specialiter confirmat, approbat, & de nouo concedit tres Bullas; Alexandri IV. Bullam 5. Clementis Bullam illam, quæ continetur in Callisti III. Bulla 3. & Nicolai IV. Bullam 1.*
- 3 *Predictas Alexandri, & Nicolai Bullas extendit, ut benefactores nostri ab omnibus peccatis suis plenarie absoluantur, nam limitabat Alexander excipiendo peccata Sedis Apostolicæ reseruata.*
- 4 *Item, extendit Bullam Nicolai dimittendo penam, quam, post rati-*
am,

tam, paterentur Pater, Mater, Vir, aut Uxor, & denique quicumque Redemptionis, & Ordinis benefactor.

- 5 *Item, facultatem concedit, ut præcium à Nicolao assignatum possit, secundum facultatem gentium, limitari.*
- 6 *Inserit ad verbum Bullas prædictas.*
- 7 *Nos, & nostra sub protectione Apostolica suscipit.*

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei; ad futuram rei memoriam. Dilectis filijs Magistro Generali, & fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, sub regula sancti Augustini degentibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cû à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, siue alias indulgentias, vobis, & Ordini vestro concessas; necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum, à Regibus, & Principibus, vel alijs Christi fidelibus, rationabiliter, vobis, & Ordini vestro indultas ea iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Ordini auctoritate Apostolica approbamus, & confirmamus, & de gratia speciali de nouo cõcedimus,

& præsentis scripti patrociniocommunimus.

Specialiter autem nonnullas gratias, ac alias indulgentias per Alexandrum IV. Clementem VI. & Nicolaum III. prædecessores nostros, misericorditer elargitas, quarum tenores immediate subscribuntur, auctoritate prædicta confirmamus, ac approbamus, ac plenum robur obtinere, & perpetuis viribus subscribere decreuimus, mandantes contenta in eis perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruari; ita quod illis, vel earum effectui, per alias quasvis Apostolicas, aut Sedis Apostolicæ Legatorum litteras, quoruncunque tenorum fuerint, & quascunque in se derogatorias clausulas continentes derogari non possit, nisi de eisdem litteris Apostolicis, de verbo ad verbum, & earundem, ac Magistri dicti Ordinis pro tempore existentis nomine, & cognomine facta fuerit mentio specialis, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus cæterisque contrarijs quibuscunque.

Volumus etiam, & de gratia spe-

Bullarium Ordinis

speciali concedimus pro animarum remedio salutari, quod illa Bulla, siue gratia, quæ à Domino Alexandro Papa IV. data fuit, sit plenaria; ita vt in vita, & in mortis articulo toties quoties benefactores Redemptionis Captiuorum Christianorum in eo fuerint constituti, ab omnibus peccatis suis valeant obtinere plenariam remissionem omnium peccatorum suorum corde contriti, & ore confessi.

Necnon etiam volumus, quod illa Bulla à Nicolao Papa III. concessa, quæ pro viuis, & defunctis data fuit. Scilicet pro animabus patris, & matris, sit generalis: etiã pro omnibus animabus defunctorum, siue patris, siue matris, siue viri, siue vxoris, vel generaliter pro illis, qui hoc beneficium contulerint, vel fecerint in Domino. Relaxamus pariter, & dimittimus illam pœnam, quã post lucem huius sæculi, pro peccatis purgandis pati merentur, auctoritate Apostolica; soluendo pro quolibet defuncto illud pretium designatum à Domino Nicolao Papa III. continens duos florennos auri Aragoniæ, vel eius pretium æquiualens.

Volumus etiam, quod si forte aliquis fidelis Catholicus illo pretio nimis grauaretur, videlicet, quia non valeat persolvere illud supradictum pretium, propter nimiam paupertatē, seu ino-

piam, quod fratres dicti Ordinis possint, & valeant arbitrari, vsque ad medietatem pretij præfati, vel secundum facultatem bonorum illarum gentium.

Alexandri Papæ tenor talis est. Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus, &c. Sequitur Alexandri IV. Bulla 5.

Clemētis Papæ VI. talis est. Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis Christi fidelibus, &c. Sequitur illa Bulla Clementis ad verbum scripta in Callisti III. Bulla 3.

Tenor Nicolai Papæ III. talis est. Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Sequitur Nicolai III. Bulla 1.

Necnon etiam dilectis filijs Magistro Generali, Prioribus, seu Commendatoribus dicti Ordinis, personas vestras, & locum, in quo estis Diuinis obsequijs mancipati, cum omnibus bonis, quæ in presentiarum rationabiliter, & iuste possidetis, aut in futurum iustis modis, præstante Domino, poteritis quomodolibet adipisci, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, possessiones, domos, vineas, prata, pascua, nemora, molendina, & alia bona mobilia, ad præfatum Ordinem legitime spectantia, ea omnia, sicuti iuste, & pacifice pos-

possidetis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis, & concessionis, susceptionis, & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attetare praesumpserit, indignatione Omnipotentis Dei,

& Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae, millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, quarto Kalendas Septemb. Pontificatus nostri anno secundo.

COLLECTOR.

AD instantiam Magistri Fr. Petri de Logroño, Sixtus Pontifex IV. concessit (& fuit Bulla 3. praedicti Pontificis) ad fauorem, vtilitatem, & augmentum Monasterij nostri Ordinis Ciuitatis de Guadalfaxara, annuos redditus cuiusdam Eremitorij, quod iam obtinuerat, &c. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae, millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, die decima Aprilis, Pontificatus sui anno tertio.

Rursus, idem Pontifex ad supplicationem Commendatoris, & fratrum Conuentus nostri Ordinis Ciuitatis Segouienfis, facultatem concecit (per Bullam 4.) in praedicti Conuentus causis, & emergentibus negotijs, iudicem Conseruatorem eligendi. Datis Romae pridie Kalendas Septembris, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus sui anno quarto. Quarum exemplaria ad manus non peruenerunt.

S I X T I I V.

BULLA QVINTA.

SUMMARIUM BULLAE.

- 1 *Ad instantiam, & supplicationem Ioannis Aragonum Regis confirmat Bullam Callisti III. tertiam, omnesque in ea contentas.*
- 2 *In saepe concedit erogantibus in ingressu fraternitatis duos solidos, cum dimidio, & quolibet anno septem denarios, ut possint eligere confessorem, qui semel in vita eos absoluat ab omnibus non reseruatibus Sedi Apostolica, & in mortis articulo plenarie.*

SIXTVS

Bullarium Ordinis

SIXTVS Episcopus ser-
uus seruorum Dei; ad per-
petuam rei memoriam. Se-
dis Apostolicæ gratiosa benig-
nitas pijs quarumlibet; & præ-
fertim sublimarum, ac aliarum
sub regulari castimonia Domi-
no militantium personarū, qua-
rum labore, industria, & auxilio
vtriusque sexus Christi fideles
in miserabilem seruitutem, &
captiuitatem Sarracenorū Chri-
sti fidelium inimicorum dati, à
seruitute, & captiuitate huius-
modi liberentur, votis libenter
annuit, & his, quæ ab ea, pro Re-
ligiosis huiusmodi personis, ac
eorum officio facilius exercen-
do, processisse comperit; inter-
dum Apostolici muniminis vin-
culum, vt eo firmiter illibata per-
sistant; quo frequentiori suo fue-
runt præsidio pro tempore sta-
bilita, cum ab ea petitur vberius
adjicit, prout Catholicorū Prin-
cipum exposcit deuotio, & in
Domino cōspicit salubriter ex-
pedire. Dudum siquidem fœlici-
cis recordationis Callistus Papa
III. prædecessor noster nonnulla
præcepta, monitiones, conces-
siones, relaxationes, & remissio-
nes, ac omnia, & singula, in qui-
busdam litteris, per piæ memo-
riæ Bonifacium VIII. Alexan-
drum IV. Clementem VI. Gre-
gorium XI. Martinum V. & Eu-
genium IV. Romanos Pontifi-
ces etiam prædecessores nostros

Generali, & fratribus Beatæ Ma-
riæ de Mercede Captiuorū, sub
regula sancti Augustini viuenti-
bus concessa, contenta, & inde
sequuta, quæcunque auctoritate
Apostolica, & ex certa scientia
approbavit, & confirmavit, ac
Apostolici scripti patrocinio cō-
muniuit, decernens illa perpe-
tuis futuris temporibus irrefra-
gabiliter obseruanda, prout tunc
actenus rite, & pacifice obser-
uata fuerant, prout in dicti Cal-
listi prædecessoris litteris, in qui-
bus aliorum prædecessorum præ-
dictorum litteræ sunt insertæ, &
quas de verbo ad verbum præ-
sentibus inserifecimus, plenius
cōtinetur. Quare pro parte ca-
rissimi in Christo filij nostri Ioā-
nis Aragonum Regis Illustris,
& Generalis, & fratrum dicti Or-
dinis dilectorum filiorum asse-
rentium, dictum Ordinem per
præclaræ memoriæ Aragonum
Reges dicti Ioannis prædecesso-
res fundatum fore, ipsosque Ge-
neralem, & fratres ex eleemo-
synis, quo à Christi fidelibus in-
ueniunt, fideles Captiuos à cap-
tiuitate huiusmodi liberare no-
bis fuit humiliter supplicatum,
vt omnia, & singula per Calli-
stum, & alios prædecessores Ge-
nerali, & fratribus Ordinis hu-
iusmodi concessa, & in omnibus
litteris prædictis contenta ro-
bur perpetuæ firmitatis obtine-
re decernere, illaque eis de nouo

con-

concedere. Et ut Christi fideles libentius, & promptius ad Christi fidelium Captiuorum, apud eosdem Sarracenos detentorū, redemptionem, & liberationem manus porrigant adiutrices, ut omnes, & singuli vtriusque sexus Christi fideles, qui in ingressu cōfraternitatis dicti Ordinis duos solidos, cum dimidio, monetæ Iacensis, & quolibet anno septē denarios præ statæ monetæ, aut tantum in æquiualente moneta pro redemptione Captiuorum huiusmodi erogauerint, quemcunque præbyterum, secularem, vel regularem in suam possint eligere confessorem, qui eorum confessione diligenter audita eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis excessibus, peccatis, criminibus, delictis, Sedi prædictæ non reseruatim semel in vita absoluerit, & pœnitentiam salutarem iniungere; nec non in mortis articulo plenariã omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam concedere valeant, perpetuo statuere, & ordinare, aliasque in præmissis opportune providere, de Apostolica benignitate dignemur. Nos igitur qui Christi fideles prædictos à captiuitate, & seruitute huiusmodi, nostris potissimè temporibus, liberari summopere affectamus, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula per Callistum,

& alios prædecessores Romanos Pontifices prædictos Generali, & fratribus prædictis concessa, ac in Callisti, & infertis aliorum prædecessorum nostrorum litteris contenta, robur perpetuę firmitatis obtinere auctoritate prædicta ex certa nostra scientia tenore præsentium decernimus, illaque Generali, & fratribus prædictis, prout sibi, per eosdem prædecessores nostros concessa fuerunt, de nouo concedimus, ac ut omnes singuli vtriusque sexus Christi fideles præfati, qui in ingressu confraternitatis prædictæ duos solidos cū dimidio, & quolibet anno septem denarios huiusmodi, aut tantundem, ut præfertur, pro redemptione prædicta erogauerint, quemcunque præbyterum, secularem, vel regularem in suam possint eligere confessorem, qui eorum confessione diligenter audita, eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis excessibus, peccatis, criminibus, & delictis Sedi Apostolicæ non reseruatim semel in vita absoluerit, & pœnitentiam salutarem iniungere; nec non in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam cōferre valeant auctoritate, & scientia nostra prædictis, earundem præsentium tenore perpetuo statuimus, & ordinamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordi-

Bullarium Ordinis

ordinationibus, ac quibusvis litteris Apostolicis, suspensionum, & reuocationum indulgentiarum quarumcunque, tam à nobis, quàm à recolendæ memoriæ Pio II. & Paulo etiam II. similiter Romanis Pontificibus, etiam prædecessoribus nostris, ac Callisto prædicto, cum quibusdam etiam derogatoriis derogatorijs, & alijs fortioribus, & insolitis clausulis emanatis, & etiam à nobis emanandis quorumcunque tenoribus existant; etiam si in illis expresse caueatur, quod eis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma tunc expressis derogari possit. Quas, & illarum vim, seu effectum ad præmissa non extendi debere, siue posse, etiam decernimus; pariter, & declaramus cæterisque contrarijs qui-

buscunque. Tenor vero dictarum litterarum talis est.

Callistus Episcopus seruus seruorum Dei; ad futuram rei memoriã. Dispositione Diuina, &c. Sequitur Callisti III. Bulla 3. cum omnibus in illa contentis.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, & concessionis, statuti, decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario cõtrahere. Si quis autem hoc attẽtare præsumpserit, indignationẽ Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo, septimo Kalend. Nouemb. Pontific. nostri anno 8.

S I X T I I V.

BULLA SEXTA.

COLLECTOR.

FRater Ioannes Rodriguez Prouinciæ Castellæ, & Fr. Petrus Tueruel Aragoniæ, Redemptores anno 1477. centum octuaginta captiuos de infidelium seruitute miserrima liberarunt, curante præcipue grauisimo, & sapientissimo Magistro fratre Didaco de Muros Prouinciæ Castellæ Prouinciali, deinde meritissimo Episcopo Tudensi Ferdinandi Regis Catholici ad Sedem Apostolicam oratore pro grauisimo illo omnium negotio; scilicet, ut Pontifex Episcopatus conferret viris illis, quos Reges Catholici designassent, inter alios refert Zurita lib. 4. tom. 4. cap. 31. Huius Redemptionis conscius Sixtus IV. Pontifex maximus, sequentem Bullam concessit.

SUMMARIVM BVLLÆ.

I Concedit Magistro Generali, & fratribus præsentibus, & Captiuis Christianis præsentibus, & futuris, vt semel in vita, deputatis vero, & deputandis quinque, vel sex fratribus ad Redemptionis munus, ac eorum socijs, quoties ad infideles mittantur possint ab omnibus peccatis absolui, nullis exceptis, omnibus vero prædictis in mortis articulo toties, quoties, indulgentiam plenariam.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei; ad perpetuam rei memoriã. Tunc Pastoralis officij debitum exercere censemus, dum sacræ Religionis astrictarum, ac pro liberatione, & Redemptione Christi fidelium in miserabili captiuitate, & seruitute Sarracenum detentorum laborantiũ, pro tempore deputatarum personarum; necnon fidelium eorũdem, animarum, salutem procuramus. Cũ itaque, sicut accepimus, dilecti filij Generalis, & fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Captiuorum, sub regula sancti Augustini, quem claræ memoriæ Iacobus Aragonum Rex fundauit, eleemosynis à Christi fidelibus pia largitione acquisitis, fideles apud Sarracenos eosdem, in dicta captiuitate, & seruitute detentos; ne nomen Christi blasphement, & abnegent ipsius filium, redimere, conseruauerint, ac anno proximè præterito centũ octoginta Christianos, apud Sarracenos in serui-

tute huiusmodi detentos, præfatis eleemosynis ab eadem seruitute redemerint, & propriæ libertati restituerint. Nos cupientes animarum saluti Generalis, & fratrum dicti Ordinis; necnõ per illos ad redimendum dictos Captiuos, eiusdem Ordinis fratrum, ac eorum sociorum pro tempore deputatorum, ac Captiuorum huiusmodi consulere, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus, vt Generalis, & fratres dicti Ordinis præsentis tantum, ac pro redemptione huiusmodi quinque, vel sex dumtaxat deputati, & pro tempore deputandi fratres, & singuli eorum socij; necnon Captiui præsentis, & futuri, quemcunque præbyterum sæcularem, vel regularem in suũ possint eligere confessorem, qui eorum confessione diligenter audita, eos, & ipsorum quemlibet à quibusvis excessibus, delictis, criminibus, & peccatis, per eos commissis, de quibus ore confessi, & corde contriti fuerint; etiam

etiã si talia forent, propter quæ Sedes Apostolica esset merito consulenda; scilicet Generalem, & fratres præsentés tantum, ac in captiuitate detentos semel in vita dumtaxat, & deputatos, & pro tempore deputandos ad Redemptionem Captiuorum, ac socios eorũ huiusmodi toties, quoties pro ipsa Redemptione ad ipsos infideles mitterentur, absolueré, & pœnitentiã salutarem iniungere, ac quod ipsis omnibus in mortis articulo plenariã omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam, in sinceritate fidei, unitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientiæ, & deuotione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium persistentibus, dicta auctoritate largiri possint, & valeant, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, à quibusvis alijs litteris Apostolicis, suspensionum, & reuocationum plenariarum indulgentiarũ quaruncunq; tam à nobis, quã à fœlicis recordationis Callisto III. Pio II. & Paulo etiã II.

Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, cum quibusvis etiã derogatoriã derogatorijs, ac alijs fortioribus, & inlõtis clausulis emanatis, & à nobis emanandis, quoruncunq; tenorem existant; etiã si in illis expresse caueatur, quod eis nullatenus, aut nisi sub certis modis, & forma tunc expressis derogari possit, quarum vim, & effectũ ad præmissa non extendi debere decernimus, pariter, & declaramus, ceterisque contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã nostræ ordinationis, constitutionis, declarationis, & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Romæ apud sanctũ Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo, septimo Kalendas Nouembris, Pontificatus nostri anno octauo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Pontifex, vt Generalis, & fratres possint deputare sex fratres, & socios ad Redemptionem Captiuorum, qui & Captiui etiã possint eligere confessorem sæcularem, vel regularem, qui eos absoluat ab omnibus peccatis; etiã Sedi Apostolicæ referuat.

Sed

Sed aduerto, quod hæc Bulla iam expirauit, quia cōcessa fuit præsentibus Generali, & fratribus, vt ipsa explicat.

S I X T I I V:

BULLA SEPTIMA.

SUMMARIVM BULLÆ:

Pro expeditione contra Turcas concesserat Pontifex plures indulgentias, & alias quasunque suspenderat, exceptis hac Bulla indulgentias pro Redemptione Captiuorum concessas, & ad annū publicari cōcedit.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei; ad futurā rei memoriam. Prouidentia Sedis Apostolicæ plurimū circumspecta nonnūquam ea certis suadentibus causis, indultis, & alijs non minus ponderandis rationibus, in alia parte præstringit, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Dudū siquidem videlicet, sub datum pridie nonas Decembris, Pontificatus nostri anno decimo. Vniuersos Christi fideles ad porrigendū manus adiutrices, ad pium, & per necessarium opus defensionis fidei ab imminente Turcarum præssura, & per indulgentiarū cōcessionē, & nostras litteras inuitare, & per Prædicatores Verbi Dei exortare curauimus. Et ne propter multitudinem indulgentiarum, tam à nobis, quàm à prædecessoribus nostris concessarū, fideles Christi ad impertiendū suffragia hu-

iusmodi in hoc sancto opere tardiores existerent, omnes indulgentias à nobis, & ab eadem Sede, vel eius auctoritate quibuscūque Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, & pijs locis, Vniuersitatibus, & confratrijs, & singularibus personis, plenarias, temporales, & perpetuas, in vita, vel in mortis articulo concessas ad triennium proximum tunc futurum, de plenitudine potestatis suspendimus, illasque nemini dicto durante triennio, volumus in vita, & in morte aliquatenus suffragari. Indulgentijs Basilicarum almæ vrbs, & pro defensione insulæ Rodi extra terras, & dominia Romanæ Ecclesiæ immediate subiecta, & ad recuperationem Ciuitatis Idionis, in Regno Siciliae citra Farum, & Appuliam solū concessis dūtaxat exceptis, prohibemusque illas prædicari,

& publicari, & earum prætextu à quæstoribus eleemosynarum aliquid postulari, prout in dictis litteris plenius continetur. Post modum vero dilectus filius Ludouicus Ruiz Præceptor domus Podij Valentia, Ordinis Beatae Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum exposuit quam plurimos Christi fideles, qui captiui detinebantur apud infideles per ipsum Ludouicum, Magistrum Generalem, & fratres dicti Ordinis ad opus ipsum Redemptionis deputatos, ab eisdem infidelibus pijs Christi fidelium suffragijs, pro magna pecunia redemptos fuisse; & ulterius nobis diuersimode certificauerit, quod apud eosdem infideles quàm plurimi alij Christiani in diuersis mundi partibus detinentur; dubitatque, ne illi, spe Redemptionis sublata, obdurati, in qua detinentur seruitute, orthodoxam fidem abnegent, ipsorumque infidelium sequantur errores, in animarum suarum periculum. Nos igitur ipsorum Captiuorum seruitutem, & incommoda paternis deplorantes affectibus, & periculo eiusmodi animarum eorundem obuiam ire cupientes, & ne opus ipsum pijsimum utile, & necessarium Redemptionis Captiuorum, prætextu suspensionis prædictæ iterum deficientibus fidelium suffragijs, quibus Captiui præfati redimuntur, interrumpatur, prouidere cupientes, & volentes motu proprio (nō ad Magistri, & fratrum prædictorum, vel alterius pro eis, oblatæ nobis, super hoc, petitionis instantiâ; sed de nostra mera libertate) quascunque indulgentias concessas, quolibet modo, à nobis, vel prædecessoribus nostris porrigentibus manus adiutrices, ad redemptionem Captiuorum eorundem, quâ Magister Generalis, & fratres dicti Ordinis prosequuntur, concessas à suspensione prædicta, ad annum dumtaxat à data præsentium computandum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium excipimus. Easque (anno huiusmodi durante) reducimus in pristinum, & eundem statum, in quo erant, ante quam suspensio prædicta emanaret: ac volumus, dictisque Magistro, & fratribus concedimus, vt (anno huiusmodi durante) illas publicare, ac publicari facere, & illarum vigore, pia suffragia, pro redemptione huiusmodi, postulare libere, & licite valeant, sicut prius, perinde, ac si in suspensionis prædictæ indulgentiarum tempore, vna cum alijs ibidem exceptis indulgentijs, nominatim exceptæ forent, suspensione ipsa in reliquis indulgentijs, & anno ipso decurso, etiâ in prædictis Redemptioni huiusmodi concessis, in sua firmitate remanentes, nō obstate suspensione prædicta, & cæteris contrarijs quibuscumque.

Nulli

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã nostræ exceptionis, repositionis, voluntatis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, &

Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, pridie idus Aprilis, Pontificatus nostri anno vndecimo.

SCHOLIA SERAPHINI.

PRO expeditione contra imminentem Turcarum præsurã, plures indulgentias concesserat Põtifex; omnes alias indulgentias, elemosynasque suspēderat: attamē in hac Bulla excipit petitiones, pro Captiuorũ Redēptione, ac proinde præfert hoc opus expeditioni, contra Turcas propter periculum Captiuorum, ne fidem Catholicam abnegent.

S I X T I I V.

BULLA OCTAVA.

SUMMARIVM BULLÆ.

I *Huius Pontificis Bullam ꝯ. limitat ad solutionem trium solidorũ cõ dimidio in ingressu fraternitatis; remittit vero solutionem septem denariorum quolibet anno, & concedit electionem confessoris, & in morte indulgentiam plenariam, vt in illa Bulla ꝯ.*

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei; ad perpetuã rei memoriam. Quæ ad Redemptionem Christi fidelium, in miserabili seruitute, & captiuitate Sarracenorum, pro tempore detentorum dudũ petentibus sublimibus, alijsque, sub regularis iugo obseruatiõis militantibus personis, per nos perinde cõcessa fuerunt non indigne cum à

nobis petitur, in aliqua parte limitamus, cum ex limitatione huiusmodi, ad liberationem ipsam facilius intendi, cognoscamus. Dudum siquidem cupientes, vt Christi fideles liberius, & promptius ad aliorum Christi fidelium Captiuorum, apud eosdem Sarracenos detentorum Redemptionem, & liberationem manus porrigant

Bullarium Ordinis

adiutrices ad supplicationē claræ memoriæ Ioannis Aragonum Regis, ac tunc Generalis, & dilectorum filiorum fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū, quod omnes, & singuli vtriusq; sexus Christi fideles huiusmodi, qui in ingressu confraternitatis dicti Ordinis duos solidos cum dimidio, & quolibet anno septem denarios monetæ Iacensis, aut tantum in æquiualentī moneta pro Redēptione, & liberatione Captiuorum huiusmodi erogarent, quemcumque præbyterum, sæcularem, vel regularem in suum possint eligere confessorem, qui eorum cōfessione diligenter audita, eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorū excessibus, peccatis, criminibus, & delictis, Sedi Apostolicæ non referuatis, semel in vita absoluere, & pœnitentiā salutarem iniungere; necnon in mortis articulo plenariam omnium peccatorū suorum remissionem, & indulgentiam concedere, valeret, auctoritate Apostolica, ex certa scientia, statuimus, & ordinamus, prout in nostris inde confectis litteris plenius cōtinetur. Cū autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Antonij Morelli Generalis Magister dicti Ordinis, & fratrum, petitio cōtinebat, quod multi Christi fideles ab ingressu dictæ con-

fraternitatis, propter annualem septē denariorum huiusmodi solutionē detrahuntur, ac propterea litteræ prædictæ Ordini huiusmodi inutiles redduntur, & fidelibus Captiuis prædictis, vt necessitas exposcit subueniri non possint, pro parte Antonij, Generalis, & fratrum prædictorum, nobis fuit humiliter supplicatū, vt de cætero perpetuis futuris tēporibus fideles prædicti, qui in ingressu huiusmodi, tres solidos, cum dimidio dictæ monetæ persoluerint, absq; eo quod dictos septē denarios annuatim persoluant, cōfessorē huiusmodi, qui eos modo præmissis absoluere, & plenariā remissionem concedere, valeat, eligere possint, statuere, decernere, & ordinare, aliaque in præmissis opportunē providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur, qui fideles prædictos à captiuitate, & seruitute huiusmodi, nostris potissimè tēporibus, liberari, internis desideramus affectibus, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod Christi fideles prædicti, qui in eodē ingressu tres solidos cum dimidio prædictis, de cætero perpetuis futuris tēporibus elargita fuerint, absq; eo quod eosdē septē denarios annuatim soluat, cōfessorē ipsum, qui eos, modo præmissis, absoluat, & plenariā remissionē huiusmodi cōcedat, eligere libere, & licite valeat, ita quod ad solu-

solutionem septem denariorum annuatim faciendam huiusmodi, ulterius non teneantur, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo statuimus, decernimus, & ordinamus, non obstantibus praemissis, ac constitutionibus Apostolicis; ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostram statuti, decreti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae, millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, octavo idus Maij, Pontificatus nostri anno duodecimo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concesserat Pontifex supra in Bulla 5. confratribus, qui in ingressu confratriae tres solidos, & dimidium darent, & quot annis septem denarios, pro Redemptione Captiuorum, ut possent eligere confessorem, qui eos ab omnibus peccatis, criminibus, & excessibus, Sedi Apostolicae non reseruat, absoluerem semel in vita, & in mortis articulo plenariam remissionem concedere valeat: in nostra tamen Bulla relaxat obligationem annuam dandi septem denarios, ne fideles retrahantur ab eleemosynis, in Redemptionis praedictum.

Qua ratione scire oportet, quid sit solidus? cuius variatio, & valor adeo incertus est; tam attento iure, quam apud Auctores, ut quid sit eligendum prorsus ignoretur. Alij enim aiunt, eiusdem esse ponderis, & valoris, ac est aureus Castellanus, hoc est *ducado*. Glos. in cap. conquerite ad textum ibi. de officio Ordin. cum alijs. Otalor. de nobilit. p. 2. c. 4. à n. 20. Anton. August. lib. 2. emendat. c. 9. Couar. de numismat. collat. c. 3. n. 4. & §. 2. à princ. Alij vero contrariam sequuntur opinionem, ut per Alciat. lib. 2. disp. cap. 9. & alij, quos refert, & sequitur Couar. d. §. 2. à n. 2. Alij tamen remittunt valorem solidorum, ad taxationem cuiusque Patriae, vel Regionis consuetudinem. Villad. en el fuero juzgo, lib. 7. tit. 9. in rubric. lib. 4. Otalor. de nobilit. 2. part. cap. 4. num. 13. versic. *Constat igitur*. Alij dicunt alios solidos fuisse, & intelligi ex aere conflatos, de quibus agit l. 2. tit. 9. lib. 8. ordin. dicebanturque *Sueldos Burgaleses*. Montal. 61. tit. 5. lib. 2. fori. Couarri. dict. cap. 3. §. 2. num. 8. & cap. 5. num. 7. Otalor. dict. num. 13. versic. *Fuit etiam*, pag. mihi 54. col. 2.

Bullarium Ordinis

prosequitur latè Lancel. in consuetud. Alexand. verb. *Solidos*, à nu.
2. pag. 241.

Ego puto attendenda rei, hoc est indulgentiarum, qualitate, temporeque Callisti IV. considerato, solidos, de quibus agit Bull. intelligendos de Argenteis Turonensibus in cap. qui Subdiaconum 17. quest. 4. Clem. 2. de Magistris; Argentei autem Turonenses duodecim efficiunt florennum Florentinum aureum: florennus Florentinus aureus maior est octava ex parte, Florentino Aragonio, lib. 62. Enriq. 2. statuta, æra 1407. Vnde quilibet Turonensis Argenteus æstimabitur viginti quinque nostris æreis maravedinis, ex tradit. per Couar. d. §. 2. num. 8.

Denarius vero habet pondus argentei Castellani. Alciat. lib. 9. pareg. cap. 2. Couar. de nūmis mat. collation. cap. 2. num. 7. illud Liuij lib. 34. adducere libet in Redemptionis fauorem, dum scribit: *Redemptos fuisse mille & ducentos Captiuos, constituto, in capita quingentorum denariorum pretio.*

Nec placet valor, & æstimatione, quam quidam Magister Aragonius tribuebat solidis, & denarijs, de quibus in hac Bulla iuxta Patriæ consuetudinem, & hodiernam praxim: qua attendenda solidus, siue sueldo valet dimidium regalem; denarij, siue dineros Castellanos duobus maravedinis æquiparentur, & viginti quatuor dineros vnum componunt regalem. Displicet namque hæc computatio: tum quia septem denarij, id est maravedini, seu tertia pars argentei, apud eos, non sunt tantæ considerationis, vt Pontifex, pro tanta indulgentia consequenda, eos relaxaret, ne fideles ab ea lucranda retraherentur: tum maxime, quia Pontifex non habet notitiam consuetudinis Aragoniæ, ignoratque vulgarem nūmorum acceptionem illius Regni, cap. 1. de constit. lib. 6. Vnde iuxta communem iuris communis valorem, & æstimationem, cuius notitiam habet dict. cap. 1. intelligendus, & explicandus est; nec fauet doctrina, quam supra proposuimus, circa vsus, & Patriæ consuetudinem; quia illa procedit respectu legum Patriæ, & vsus; non vero respectu legum, & Bullarum Pontificiarum; quæ vniformiter explicandæ sunt in omnibus Prouincijs, & monetarum valor, in quolibet Regno receptus, reducendus est ad æstimationem, & valorem legis, seu Bullæ Pontificiæ.



SIXTO SVCCEDIT

Innocentius VIII. anno

1484.

INNOCENTII VIII.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

I *Confirmat Pontificum, & Regum privilegia.*

INNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Commendatori, & fratribus domus Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum Barcinonensis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor aequitatis, quam Ordo exigit rationis, ut id, per sollicitudinem officij nostri, ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per privilegia, vel alia indulta, vobis, & domui vestrae concessas, necnon libertates, & exemptiones saecularium exactionum à Regibus, & Principibus, & a-

lij Christi fidelibus, vobis, & eidem domui rationabiliter indultas, sicuti eas iuste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem domui auctoritate Apostolica confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communitimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis, & communitio- nis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae, millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, sexto idus Martij, Pontificatus nostri anno primo.

INNOCENTII VIII.

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1. *Præcipit Ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut à fratribus nostris requisiti petentes elemosynas, & publicantes privilegia, contra voluntatem Magistri Generalis, capiant, & puniant, & nobis bona tradant.*
2. *Eisdem iubet adhiberi trasumptis authenticis nostrorum privilegiorum, ac si originalibus adhiberetur. Concedit, ut possit Procurator Generalis eligere unum, aut duos Religiosos aliorum Ordinum, etiam sine licentia Superiorum, ad prædicandum nostras indulgentias.*

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei; ad futuram rei memoriam. Venerabilibus fratribus, vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, dilectis filijs electis Abbatibus, Prioribus, & alijs Parochialium Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælati, eorūque officialibus, & locatenentibus, & Vicarijs in spiritualibus generalibus, Canonicis, & Capitulis vbilibet constitutis, salutē, & Apostolicam benedictionem. Officij nostri debitum exigit, & ipse Ordo rationis exposcit, ut opem, & operam, quantum cum Deo possimus efficaces adhibeamus, quo concessa, per Romanos Pōtiffes prædecessores nostros Ordini Beatæ Mariæ de Merce-

de Redemptionis Captiuorum, pro liberandis Captiuis Christi fidelibus, in miserabili seruitute, & captiuitate Sarracenorū pro tempore, detentis suum debitū consequantur effectum, & elemosynæ, quæ ab huiusmodi colliguntur in alios vsus non cōuertantur. Sanè pro parte dilecti filij Gasparis Burguerre fratris dicti Ordinis, in Theologia Magistri, & eiusdem Ordinis Generalis Procuratoris nuper nobis exhibita petitio cōtinebat: quod licet Innocentius IV. Alexāder IV. Clemens IV. Callistus III. Pius II. & Paulus II. ac Sixtus IV. Romani Pontiffes prædecessores nostri, proinde attendentes, quod Magister, & fratres dicti Ordinis, propter grauiam impensarum onera, quæ pro-

pte-

pterea de necessitate subire eos oportebat, facultates non suppetebant, erantque ad opus, tã laudabile peragendum, Christi fidelium suffragia plurimum opportuna, præfatis Magistro, & fratribus licentiam prædicandi, eleemosynasque petendi, & quã plurima priuilegia, & indulgentias Christi fidelibus manus porrigentibus adiutrices, tam pro viuis, quã pro defunctis concesserunt, ac omnibus alijs sub certis pœnis, & censuris, vt à prædicationibus abstinerent, & eosdem Magistrum, & fratres, eorũque Procuratores, & Nuncios non molestant; inhibuerunt. Tamen nõ nulli; tam seculares, quã Religiosi, volentes à Christi fidelibus eleemosynas fraudulenter extorquere, priuilegia, & indulgentias huiusmodi sine licentia Magistri prædicare, & publicare, ac aliorum prætextu eleemosynas extorquere, illasque in suos vsus conuertere, non vereantur, in animarum suarum periculum, ac Magistrum, & fratrum; necnon Captiuorum prædictorum præiudicium, & detrimentum, perniciosum quoque exemplum, & scandalũ plurimorum. Quare pro parte dicti Gasparis, nobis fuit humiliter supplicatum, vt super his opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos cupientes huiusmodi fraudibus obuiare, ac debite prouidere,

quod eleemosynæ huiusmodi in vsus dictorum Captiuorum omnino conuertantur, vt per eos, ad quos pertinent dumtaxat colligantur: discretioni vestræ, & cuiuslibet vestrum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excõmunicationis maioris latæ sententiæ pœna districtè præcipiendo, per Apostolica scripta commitimus, vt omnes, & singulas personas, tam seculares, quã Ecclesiasticas, quæ huiusmodi indulgentias, & priuilegia, contra voluntatem Magistri, & fratrum prædictorum actenus prædicauerunt, ac in posterum prædicare præsumpserint, quoties pro parte dicti Gasparis, aut cuiuslibet alterius ad huiusmodi redẽptionem deputati, fueritis requisiti, seu aliquis vestrum fuerit requisitus, auctoritate nostra persona liter capi faciatis, & ab huiusmodi prædicationibus cessare, omniaque, & singula pecuniarum summas, res, & bona pro prædictis Captiuis redimendis eis largita, & quæ in posterum eis largiri contigerit, pœnes suos recipiatis, & dicto Gaspari, aut alij, seu alijs deputatis ad id, realiter, & cum effectu tradatis, & consignetis: dictoque Gaspari, & omnibus alijs iuxta priuilegiorum eis concessorum continentiam, & tenorem præstare curetis.

Omnibus, & singulis indulgentijs,

Bullarium Ordinis

tij, per eosdem prædecessores eis concessis, eorumque trasumptis authenticis, manu Notarij publici subscriptis, vel suo sigillo, aut plumbo Camaræ nostræ emanatis, fidem indubiam, ac si illorum litteræ originales vobis præsentarentur, adhibeatis, & ab alijs adhiberi faciatis contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, ac alia iuris opportuna remedia apponentes, compescendo, inuocato etiã ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis.

Nos enim eidem Gaspari, vt vnum, aut duos cuiuslibet Religionis eiusdem loci, in quo fuerint intelligentes ad prædicandum Euangelium Dei, ac indulgentias pro redimendis Captiuis huiusmodi concessas, & hoc spõte facere volentes (suorum superiorum licentia minime requisita) eligere possint, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, de

specialis dono gratiæ indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon omnibus illis, quæ prædecessores præfati, in singulis eorum, desuper confectis, litteris voluerunt non obstare, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum præcepti, commissionis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, decimo Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno tertio.

SCHOLIA SERAPHINI.

Vbet Pontifex, verb. *Omnibus, & singulis*, vt eadem integra fides adhibeatur trasumptis authenticis manu Notarij, circa indulgentias, in Redemptionis fauorẽ concessis, sicut originalibus adhibetur. In quo notabili priuilegiũ continet hæc Bulla; iã enim aduertimus in Bull. 6. Gregor. II. Originale latè summi pro trasumpto, ex protocollo, & registro. Probatque c. vlt. de fide instrum. Vt autem explorat hoc esse transcriptum ex originali, fidẽ habeat, multa requiruntur, de quibus Couar. pract. cap. 21. nu. 3. Afflict. decis. 6. Rebuf. in l. notionem. §. instrumentorum, colum. penult. & vlt. ff. de verbor. significat. inter quæ est necessaria iudicis auctoritas, & licentia, cap. pen. de fide instrument. In præsentibus sufficit solius notarij

notarij fides, & testimonium, absque alijs requisitis, cum eandem habitura exemplaria sint firmitatem, quam originalia, dict. capit. vltim.

INNOCENTIO SVC-

cedit Alexander VI. anno

1492.

ALEXANDRI VI.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ:

I *Confirmat Pontificum, & Regum priuilegia.*

ALXANDER Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Magistro Generali, & fratribus Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, tam vigor aequitatis, quam ordo exigit rationis, vt id, per sollicitudinē officij nostri, ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus no-

stris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, vel alias indulgentias, & indulta vobis, & dicto Ordini concessas, necnon libertates, & exemptiones sæculariū exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus, vobis, & eidem Ordini rationabiliter indulta, sicuti eas iuste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem Ordini auctoritate Apostolica confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & cõmunitationis infringere, vel ei

Bullarium Ordinis

ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Ro-

mæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, pridie nonas Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Verba illa: *Sicuti ea iuste, & pacifice possidetis*, magni sunt effectus, vt iam alibi aduertimus in Bulla 1. Innocentij IV. n. 2. & in Bulla 2. Ioannis XXII. num. 1.

ALEXANDRI VI.

BULLA SECUNDA.

SUMMARIUM BULLÆ.

1 *Abbatibus sancti Saturnini, Populeti, & Metimna del Campo, pro Ordine uniuerso illius bonis, & privilegijs defendendis, Conservatores deputat, non obstantibus litteris Callisti III. Episcopis Turgesis, Legionensi, Zamorensi concessis, circa Conservatores. Sunt litteræ valituræ.*

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs sancti Saturnini, & Populeti Monasteriorum, ac sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ sancti Antonini de Metimna del Campo, Toletanæ, & Tarraconensis, ac Samenticensis Diocesium Abbatibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Militanti Ecclesiæ (licet immeriti disponente

Domino) præsidentes, circa curam Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium solertia reddimur indefessa, solliciti, vt iuxta debitum Pastoralis officij eorum concurremus dispendijs, & profectibus, Diuina cooperante Clementia, salubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorum Magistri Generalis, Prouincialium, ac Præceptorum, Commendatorum nuncupatorum; necnon fratrum Ordinis

dinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum cō-
 queſtione percepiſimus; quod nō
 nulli Archiepiſcopi, Epifcopi,
 alijque Eccleſiarum Prælati, &
 aliæ Eccleſiaſticae perſonæ; tam
 Religioſæ, quàm ſæculares; nec
 non Duces, Marchiones, Comi-
 tes, Barones, Nobiles, milites, &
 laici, cōmunia Ciuitatum, Vni-
 uerſitates, Oppidorum, Caſtro-
 rum, villarum, & aliorum loco-
 rum, ac aliæ ſingulares perſonæ
 partium diuerſarū occuparunt,
 & occupari fecerunt, Caſtra,
 villas, & alia loca, terras, do-
 mos, poſſeſſiones, iura, & iuriſ-
 dictiones; necnon fructus, cen-
 ſus, redditus, & prouentus dicti
 Ordinis, illiusque præceptoriarum,
 Prioratum, beneficiorū,
 & locorum, & nonnulla alia bo-
 na mobilia, & immobilia, ſpiri-
 tualia, & temporalia, ad Magiſ-
 trum, Præceptores, Priores Or-
 dinis; necnon Prioratus, Præcep-
 torias, beneficia, & loca huius-
 modi ſpectantia, ac etiam elee-
 moſynas pro Redemptione dic-
 torum Captiuorum percipi cō-
 ſuetas, & ea detinent indebite
 occupata, ſeu ea detinentibus
 præſtant auxilium, cōſilium, vel
 fauorem. Nonnulli etiam partiū
 prædictarum, qui nomen Domi-
 ni in vanum recipere non formi-
 dant, eiſdem Magiſtro, Prouin-
 ciali, Præceptoribus, & fratri-
 bus, ſub prædictis Caſtris, villis,

& locis alijs terris, domibus, poſ-
 ſeſſionibus, iuribus, & iuriſdi-
 ctionibus, fructibus, cēſibus, red-
 ditibus, prouentibus, & eleemo-
 ſynis Captiuorum, ac perceptio-
 ne eleemoſynarum, & quibuſcū-
 que bonis mobilibus, & immo-
 bilibus, ſpiritualibus, & tempo-
 ralibus, ac alijs rebus, ad eoſdem
 Magiſtrum, Præceptores, & fra-
 tres ſpectantibus, ac priuilegijs
 Ordinis prædicti, ac illius perſo-
 nis, & eorum familiaribus, ac in-
 quilinis, per Sedem Apoſtolicā
 cōceſſis, multiplices moleſtias,
 & iniurias inferunt, & iacturas.
 Quare Magiſter, Prouincialis,
 Præceptores, & fratres prædicti
 nobis humiliter ſupplicarunt, vt
 cum eis valde reddatur difficile
 pro ſingulis quærellis ad Sedem
 prædictā habere recurſum, pro-
 uidere ipſis, ſuper hoc, paterna
 diligentia curaremus. Nos igitur
 aduerſus occupatores, deten-
 tores, preſumptores, moleſtato-
 res, & inuitatores huiusmodi, il-
 lo volentes, eiſdem Magiſtro,
 Prouinciali, Præceptoribus, fra-
 tribus, perſonis, familiaribus, &
 inquilinis, remedio ſubuenire,
 per quod ipſorum compeſcatur
 temeritas, & alijs additus com-
 mittendi ſimilia præcludatur.
 Diſcretionis veſtræ per Apoſto-
 lica ſcripta mādamus, quatenus
 vos, vel duo, aut vnus veſtrum,
 per vos, vel alium, ſeu alios; etiā
 ſi ſint extra loca, in quibus de-
 puta-

Bullarium Ordinis

putati estis Conseruatores, & iudices, præfatis Magistro, Prouinciali, Præceptoribus, fratribus, personis, familiaribus, & inquilinis, nunc, & pro tēpore existentibus, efficacis defensionis præsidio afsistentes, non permitatis, eosdem, super his, & quibuslibet alijs bonis, & iuribus, Magistrum Prouincialem, Præceptores, fratres, Ordinem, illorumque personas, familiares, & inquilinos, & prædictos, nunc, & pro tempore existentes, ab eisdem, vel quibuslibet alijs indebite molestari, vel eis grauamina, vel damna, seu iniurias irrogari: facturi dictis Magistro Prouinciali, Præceptoribus, fratribus, personis, familiaribus, & inquilinis, ac eorum cuilibet, cum ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti, de prædictis, & alijs personis quibuslibet, super restitutione huiusmodi Castrorum, villarum, & aliorum locorum, iurisdictionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium; reddituum quoque, & prouentuum, ac aliorum quorumcunque bonorum, ad dictarum eleemosynarum percipi solitarum, perceptione; nec non de quibuslibet alijs molestijs, iniurijs, atque damnis præsentibus, & futuris (in illis uidelicet, quæ iudicalem requirunt indaginem, summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicij

in alijs uero, prout qualitas negotiorum exegerit) iustitiæ complementum: Occupatores, seu detentores, præsumptores, & inuectores huiusmodi; necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, conditionis, vel ordinis extiterint, quandoque, & quotiescunque expedierit, auctoritate nostra, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Cæterum si forte huiusmodi occupatorum, seu detentorum, præsumptorum; molestatorum, seu inuectorum, contradictorum, & rebellium pœnitentia, monitionibus, & requisitionibus, seu citationibus, per vos, vel aliquem uestrum de ipsis faciendis, tute, & se uere haberi nequueritis. Nos uobis monitiones, & requisitiones huiusmodi, & citationes quaslibet, per ædicta publica locis publicis affigenda, de quibus sit verissimilis coniectura, quod ad notitiam citatorum huiusmodi peruenire valeant faciendi, plenam, & liberam concedimus (tenore præsentium) facultatem; uolentes, quod monitiones, requisitiones, & citationes huiusmodi, perinde ipsos citatos, requisitos, & nominatos, (ut præmittitur) arctent; ac si eis factæ, & intimatæ præsentialiter extitissent. Non ob-

stan-

stantibus foelicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecefforis noſtri, in quibus cauetur, ne aliquis extra ſuam Ciuitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis, vltra vnâ dietam, à fine ſuæ Diœceſis, ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices, & Conſeruatores præfati, à Sede Apoſtolica deputati prædicta, extra Ciuitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoscuque procedere, ſeu alij, vel alij vices ſuas committere, aut aliquos, vltra vnâ dietam à fine Diœceſis eorundem trahere præſumant, & de duabus dietis in Concilio Generali edita, ſeu quod de alijs, quam de manifeſtis iniurijs, & violentijs, quæ iudiciale requirunt indaginem (pœnis, in eos, ſi fecus egerint adiectis) Conſeruatores nullatenus ſe intromittant; ac quibusdam per piæ memoriæ Calliſtum Papam III. etiam prædeceſſorem noſtrum, Epifcopo Burgenſi, pro tempore, conceſſis, quibus inter alia motu proprio, omnes, & ſingulas litteras conſeruatorias quibusvis Eccleſijs, Monafterijs, Prioribus, Dignitatibus, locis, Capitulis, Comitatibus, Collegijs, ac etiam Studijs, & vniuerſitatibus, illiſque, & aliquibus ſuis perſonis, cuiuſcuque ſtatus, gradus, ordinis, & cõditionis extiterint, etiã ſi Patriarchali, Archiepiſco-

pali, Epifcopali, Magiſtrali, ſeu aliquauis etiã maiori Eccleſiaſtica, vel mūdana dignitate præfulgeret, exēptis, & nō exēptis, etiã motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac ſub quibusvis formis, & expreſſionibus verborum, & ſub quibuscuque clauſulis; etiam talibus, quod illæ reuocari, ſeu modificari, aut alias eis in aliquo præiudicari non poſſet, niſi de ipſis, eorumque toties tenoribus de verbo ad verbum, ſpecialis, & ſpecifica, & expreſſa mētio, aut aliqualis ſpecificatio fierit, ſeu certus modus ſeruaretur, per eūdem Calliſtum, vel alios Romanos Pontifices, aut Sedem Apoſtolicam prædictam conceſſas, in quantum Epifcopi prædicti, aut ſucceſſorum ſuorum, pro tempore existentium; nec non iudicium, & Conſeruatorum, in illis eiſdem litteris noſtri prædeceſſoris deputatorum, ac illius, & illorum perſonas, iuriſdictionē, dominium, poteſtatem, libertatē, exemptionem, vel auctoritatem concernebant, aut concedere poterant; etiam ſi perſonæ ipſæ præfato Epifcopo de iure communi ſubditæ non forent, aut in Ciuitate, vel Diœceſi Burgenſi iuriſdictionem ex tenore litterarum eis conceſſarū exercere valeant auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia reuocauit, caſſauit, & annullauit, & pro inſectis haberi voluit, concedendas

das autem, nisi in ipsis de eiusdem Callisti prædecessoris litteris de verbo ad verbum mentio fieret, de eisdem motu, & scientia similibus, cum tali earūdem litterarum insertione, de plenitudine potestatis expresse derogaretur, ad dictos Episcopi successores, & officiales; etiam si ad illos nominatim, specificè, & expresse extendi viderentur, & extēderentur, nullatenus extendi decreuit, & declarauit; nec non præmissas (quæ ad subditos dirigantur) vel quibusvis alijs cōcessas, & concedendas conseruatorias, quarum omnium, & singularum tenores, ac si de verbo ad verbū infererentur pro expressis haberi voluit, quo ad Episcopum, successores, officiales, & subditos, vel aliquem eorum tangentes, Ecclesiasticas, vel sæculares, tunc præsentēs, & futuras ad ius cōmune reduxit. Ita quod Conseruatores, seu ab eis deputati subconseruatores, quo ad causam, dictos Episcopos, successores, officiales, & subditos, vel aliquem eorum tangentem; præterquam de manifestis iniurijs, vel violentijs, per eos actenus commissis, & in posterum committendis, nullatenus cognoscerent, vel aliquam iurisdictionem exercerent, nisi in quantum à iure noscitur esse statutum, & ad quæuis alia suam potestatem non extenderent, su-

per quibus eis potestatem omnimodam denegauit; nec Episcopus, successores, officiales, & subditi præfati, vel aliquis eorum, super alijs causis, & rebus, coram dictis Conseruatoribus, aut eorum aliquo comparare, seu respondere, aut ipsorum mādatis parere tenerentur, & in super voluit, quod Conseruatores prædicti, in casibus eis à iure concessis, iurisdictionem nullatenus exercere possent, seu deberent quo quo modo, nisi præfato Episcopo, aut ipsius successoribus, pro tempore existentibus, de litterarum conseruatoriarum tenoribus, ac commissionibus eis factis plenam fidem facerent, ac decreuit extunc, motu, & scientia prædictis, omnes, & singulos processus, nec excommunicationes, suspensiones, & interdicia, aliasque sententias, censuras, & penas, & quidquid per supradictos Conseruatores contra præmissa fieri, vel attentari contigerit, irrita, & inania nulliusque roboris, & momenti existere; nec non similibus, vel dissimilibus litteris, & concessionibus, tam eisdem Burgenſibus, quam Legionensibus, & Camorensibus Episcopis, & officialibus, super prædictis, vel alijs clausulis derogatorijs derogatorijs, & decretis, etiam motu, & scientia similibus concessis, quibus (illis alias in suo robo-

re

re permanfuris) hac vice dumtaxat derogamus; quã alijs quibuscũque constitutionibus à predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tã de iudicibus delegatis, & Conferuatoribus, quã personis, vltra certum numerum, ad iudicium conuocandis, aut alijs edictis, quæ vestræ possent, in hac parte iurisdictioni, aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare; etiã quibus communiter, vel diuisim, à prædicta Sede sit indultũ, quod interdici, suspendi, vel excõmunicari, seu extra, & vltra certa loca ad iudicium euocari non possint, per litteras Apostolicas, nõ facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi, & eorũ personis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs menciónem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quem præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestræ iurisdictionis explicatio, in hac parte valeat quomodolibet impedire, de qua, eiusque toto tenore habenda de verbo ad verbum sit in nostris litteris mentio. Et insuper volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum; quãuis idẽ inchoans nullo fuerit impedimento canonico

præpeditus; quodque à data præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum, in præmissis omnibus, & eorum singulis ceptis, vel nõ ceptis, præsentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictione attributa, & eo vigore, atque firmitate positus in præmissis omnibus ceptis, & nõ ceptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula, corã vobis, cepta fuissent, & iurisdictione vestra, & cuiuslibet vestrũ in prædictis omnibus, & singulis, per citationẽ, vel modum aliquem perpetuata legitime extitissent, (cõstitutione prædicta, super Conferuatorias, & alia quælibet in contrariũ edita, non obstante) quodque tractum præsentium litterarum, manu alicuius Notarij publici subscripto, & sigillo alicuius Archiepiscopi, vel Episcopi, aut alterius Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munito, ea fideles in iudicio, & extra vbilibet, vbi fuerit exhibitum, adhibeatur; sicut ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Præsentibus perpetuo valituris. Datis Romæ apud sanctum Petrũ, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, decimo octauo Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

Bullarium Ordinis

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Conseruatores, iudicesque delegatos, cum ampla potestate Abbates sancti Saturnini, Populeti, & Metimnæ Campanestris. Et vltra ea, quæ alibi de Conseruatoribus notasti.

Aduerto primo, quod commissio facta alicui, sub nomine appellatiuo, vt puta Abbati talis loci, non expirat mortuo illo, qui commissio tempore talis erat, cap. quoniam Abbas, ibi: *Sub expressis nominibus locorum*, de offic. delegat. cap. Pastoralis, §. præterea, de offic. Ordin. cap. 5. Cur. 10. de offic. delegat. in 6. glos. verb. *Apostolica*, in cap. si gratiosus. Vbi bonus text. de rescript. in 6. l. annua. §. 1. ibi: *Sacerdoti Hyrophilasi*, ff. de annuis Legat. l. quod Principi § 8. vbi communis, ff. delegat. 2. post alios Couarru. in cap. requisisti, à princip. de testam. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 68. à nu. 1. Barbof. in l. quia tale, à num. 41. ff. solut. matrim. Sanchez lib. 8. de matrim. disputation. 27. à num. 6. Tusc. lit. D. conclus. 155. nu. 1. tom. 2.

Secundo aduerte, quod hæc commissio realis procedit etiam re integra. Post alios Menoch. dict. quæstion. 68. num. 22. communis ex Decio num. 54. l. more, ff. de iurisdic. omn. iudic. Quamuis contradicat Angel. in authent. nulli iudicium, §. & hoc in vers. *Attende*, & distinguat Bar. num. 12. in dict. cap. quoniam Abbas.

Tertio aduerte, quod tunc censetur commissio realis, vbi quis, cui fit commissio dignitatem habet nomine, & iure proprio, in se radicatam; secus, si alieno, & ab alio dependentem, quia tunc licet dignitatis nomen exprimat ad successorem non transit, ex l. si Augustæ 59. ff. delegat. 2. vbi communis Abb. num. 10. Decan. num. 3. vers. *Tertio*, & alij in dict. cap. quoniam. Menoch. num. 24. Couar. num. 4. vbi supr. Sanch. lib. 8. de matrim. disputat. 17. num. 8. Secundum quos, si commissio fiat Vicario talis Episcopi, vel Episcopatus sub nomine appellatiuo, non transit in successorem. Communis Legistar. & Canonist. ex Bar. nu. 100. in dict. cap. quoniam Abbas.

Quarto, principaliter notabis ex Bulla, quod Pontifex dat facultatem Conseruatoribus, cognoscendi per se, vel per alios. In quo aduerte notabiliter, quod Conseruatores possunt subdelegare suam iurisdictionem, vel in totum, vel aliquid sibi reseruando de iurisdictione. In primo casu, nulla potestas, vel reuocandi, vel
per

per appellationem cognoscendi remanet in delegato, cap. super quaestion. 5. Porro, de offic. delegat. in posteriori iudex manet delegatus, iusque reuocandi habet, & necessario appellandus est, cap. cū te 18. de offic. delegat. cap. si delegatus, vers. *Ad eum*, de offic. delegat. in 6. vbi Doctores, glos. in cap. si is, cui, eodem lib. & tit. Decius num. 13. in l. solet. ff. de iurisdic. Marant. 4. part. distinct. 5. nu. 29. & 6. part. tit. de appellat. num. 370. & 378. Couar. practic. cap. 4. num. 8. Monet. de conseruat. cap. 10. num. 58.

Licet autem Conseruator vices in totum commisserit sub delegato, si tamen adiecit clausulam; *Donec reuocauerit*, remanet iudex, dict. vers. *Ad eum*, vbi communes, glos. recepta, verb. *Reuocandas*, in dict. cap. si delegatus, num. 3. & communis in dict. §. porro. Latè Nicol. Bell. in quaest. ad quem sit appellandum à Conseruatore? num. 2. & 14. reuocandi enim potestas iurisdictionis est, l. iudicium soluitur, ff. de iudicib. l. 4. in princip. l. Imperium, ff. de iurisdic. Licet autem in totum commisserit Conseruator vices suas, potest tamen re integra reuocare, cap. quamuis de offic. deleg. lib. 6. Monet. dict. cap. 11. num. 56.

Aduerto etiam, quod licet quis constituatur Conseruator, & iudex non desinit esse Conseruator, cum adiuncto, delegatus, quod est huius effectus, vt non possit delegari, nisi constitutus in dignitate, iuxta cap. fin. in princip. de offic. delegat. lib. 6. Ioan. Andr. ad Speculat. tit. de offic. delegat. §. fin. Gemin. in d. cap. vlt. §. Conseruatores, in fin. Bell. dict. quaest. num. 7. quæ habetur post rubric. de officio eius, cui mandata est iurisdic. quod procedit etiam in subconseruatore, dict. cap. fin. vers. *Vices*. Vide post alios Vant. tit. ex defectu iurisdictionis delegati à num. 34. & 78. Monet. de Conseruat. cap. 7. num. 65.

Quod amplia: nam licet Princeps ex certa scientia deleget Conseruatorem, non habentem qualitates, dict. cap. fin. 15. non poterit alium subconseruatorem subdelegare, prædictis qualitatibus carentem. Felin. in cap. si pro debilitate, de offic. delegat. Menoch. conf. 17. num. 8. Confirmat latè Gom. cap. statutum à nu. 64. de rescrip. lib. 6. quidquid contradicat Decius num. 3. alias in vlt. edit. à nu. 24. in dict. cap. si pro debilitate, de offic. delegat. cuius fundamenta refelluntur à Felino, & Gom. dictis ll. An debeat esse synodalis? Vide in Bulla 2. Gregorij II.

Bullarium Ordinis

ALEXANDRI VI.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Alexander indulgentias nostro Ordini concessas confirmavit, eosque qui publicationi earum obstitissent, siue sint Episcopi, & Ordinarij, siue fratres mendicantes, eo ipso excommunicationem incurrere voluit, & à Diuinis suspensos esse. Litteras, super hoc exequutoriales Auditor Camera Apostolica expedit.

PETRVS de Vicenna Episcopus Cacenotensis, Sanctissimi Domini nostri Vicarius, & eius Cameræ Apostolicæ Auditor, Romanæq; Curia, ac causarum, ac sententiarum, necnon litterarum Apostolicarum Iudex, & exequutor ordinarius. Vniuersis, & singulis Reuerendissimis, & Reuerendis, &c. Noueritis, quod Sanctissimus Dominus Alexander Papa VI. per suas proprias litteras, omnes, & singulas indulgentias suorum prædecessorum, Ordini de Mercede, in subsidium, & pro liberatione pauperum Captiuorum concessas, confirmavit. Quapropter omnes, & singulos, qui in publicatione indulgentiarum huiusmodi, & litterarum Apostolicarum negligentes, & rebelles extitissent, si locorum Ordinarij, aut eorum Vicarij, vel officiales, seu Abbates, &c. Cuiuscunq;

dignitatis Ecclesiasticæ, & Parochialium Ecclesiarum Rectores, seu eorum Vicarij, &c. Etiam si mendicantium Ordinum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum sancti Augustini, & Carmelitarum, & alij cuiuscunque Ordinis, & conditionis fuerint, si debite non publicauerint, & ex more publicari non permiserint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrere voluit, cum suspensione à Diuinis; pariter, & mandauit, prout in litteris Apostolicis desuper confectis, quarum terminos, pro breuiori, facta mentione, hic haberi volumus pro expressis. Tamen nonnulli iniquitatis filij indulgentias huiusmodi propalari, & prædicari impediunt, & impediri faciunt. Fuimus igitur pro parte Generalis Magistrj requisiti, quatenus de opportuno remedio prouideremus. Nos igitur

tur Petrus Episcopus, vobis, omnibus, & singulis, praecipue minoribus sancti Francisci, & Ordinis Praedicatorum fratribus, sub eisdem poenis, stricte madamus, si, & postquam pro parte dictorum Magistri Generalis, fratrumque, Procuratorum, Nuntiorum, aut Commissariorum fueritis requisiti huiusmodi indulgentias in vestris Ecclesijs, Monasterijs, Capellis, & vbique locorum publicare non curetis, seu ab illis propalari, & nunciari, non impediat; quod si secus, &c. Volu-

mus, omnes, & singulos contradictores, & rebelles dictas poenas, & censuras incurrere, &c. Dantes plenam licentiam, & liberam potestatem Generali, fratribus, & eorum Nuntijs, & Commissarijs declarandi omnes, & singulos contradictores, impedientes, aut perturbantes in aliquo dictas poenas incurrere. Absolutione vero nobis, & Superiori nostro tantummodo referuamus. Datum Romae die decima Aprilis, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

COLLECTOR.

ALEXANDRI VI. extat Bulla 4. in qua confirmat praedecessorum, & Regum privilegia. Cuius Bullae tenor ad verbum est, sicut eiusdem Alexandri Bulla 1. Dat. Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae, millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, idibus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

ALEXANDRI VI.

BVLLA QVINTA.

SVMMARIVM BVLLAE.

- ◆ *Positis varijs enuntiationibus, confirmat Martini V. Bullam 5. & Callisti III. Bullam 7. de transferendis aliorum Ordinum Religiosis ad nos, & de nostris ad illos non transferendis.*
- 5 *Ad nos translatos ex alijs Ordinibus, declarat in nostro Ordine permanere debere.*
- 6. & 7. *Eum, qui ex nostris aliquam pecuniam, vel ad Captiuos, vel ad Ordinem pertinentem semel receperit, ad alios, etiam arctioris Regulae transferri non posse.*

Bullarium Ordinis

- 8 *Nec valet licentia Sedis Apostolicæ; nisi expressus Generalis, & Provincialis precedat assensus.*
9 *Hos debere Generali, & Provinciali computa reddere; non obstantibus quibuscunque exemptionibus.*

ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei; ad perpetuam rei memoriam. Solet Sedis Apostolicæ clementia recurrentium ad eam cū familiaritate personarum præferim Religionis iugo ad strictarū, statui libenter consulere, & ea, per quæ tranquillis possint mentibus incedere vota fauorabiliter exaudire; & dum hoc humiliter petierint, erga eas pietatis gremium aperire, ac ea, quæ propterea per eam concessa sunt, vt firmitus illibata. persistant, suæ approbationis munimine roborare. Dudum siquidem fecelicis recordationis Martinus Papa V. prædecessor noster ad supplicationem claræ memoriæ Alfonso Regis Aragonum; necnō tunc existenti, ac dilectorum filiorum fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum, per quasdam litteras suas, auctoritate Apostolica statuit, & ordinavit, quod si qui mendicantium, vel aliorum Ordinum fratres, seu Religiosi ad præfatum Ordinem Beatæ Mariæ de Mercede, pro tempore translati regulam, per annum, eius habitum gestando approbassent, seu expressam in eo professionem emisserint regularem, ex tunc ab eo ad alium Ordinem transferri nequirent, absque Sedis Apostolicæ licentia, specialem, & expressam faciente de statuto, & ordinatione huiusmodi mentionem; decernens ex tunc irritū, & inane quidquid secus in contrarium à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et deinde piæ memoriæ Callisto Papæ III. etiam prædecessori nostro, pro parte Magistri præfati, & dilectorum filiorum Definitorum Generaliū, & Provincialium Capitulorum fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, huiusmodi expositio, quod nonnulli ex fratribus eiusdem Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, & illum expresse professi, vocatione sua non contenti, & immemores, quod ipsi voluntatem propriam abnegantes semetipsos pro Redemptione Captiuorum, qui in potestate infidelium diræ seruituti subijciebantur, Altissimo deuouerunt, profitentes se paratos, etiam pro

Magister Andreas Avnius

vnus Redemptione Captiui; nõ modo se ipsos Captiuos captiuitati Paganorum in scambiũ tradere; sed etiam, si opus fuerit, mortem, & tormenta quælibet tolerare; se ab huiusmodi sancti voti iugo auctoritate propria subtrahendo, ad medicantium, & aliorum Ordinum, Monasteria, siue domos euolauerant; non nulli vero ex eisdem habitu retento, obedientiæ tamen frãno efracto per curias Prælatorum, aut Regum, Reginarũ, aut aliorum sæcularium Principum, in opprobrium dicti Ordinis, hinc, inde discurrebant, & varia scandala sæpe numero parebant. Præfatus Callistus prædecessor, per alias suas litteras, auctoritate prædicta, ex certa eius scientia, etiam statuit, & ordinauit; omnes, & singulos, qui in præfato Ordine de Mercede, solenne votum professionis, pro tempore expresse emisissent; ita ipsi Ordini, perpetuis eorum vitæ temporibus fore efficaciter obligatos; vt absque dictæ Sedis Apostolicæ licentia, eis ad alios quoscunque regulares, etiã mendicantium libertas, vel potestas minime esset concessa. De cernens, statutum, & ordinationem suam huiusmodi, etiam ad præfatas eorundem professionum trahi translationes; ita videlicet, quod Generalis Ma-

gister, & Diffinitores præfati tunc præsentis, & qui pro tempore forent, per se, vel alium, seu alios quoscunque Religiosos, qui dictum Ordinem de Mercede expresse professi fuissent (vt præfertur) de quibusvis alijs Ordinibus, eorumque Monasterijs, domibus, seu locis, ad quæ, forsam, etiam cum suorum Superiorum licentia, & habitus portatione, pro tempore; (præterquam qui ad Ordinem Carthusianum transierant,) repetere possint, & deberent; ipsique sic translati Religiosi etiam sine repetitione huiusmodi, ad priorem Ordinem de Mercede prædictum, sub virtute sanctæ Obedientiæ, redire omnimode tenerentur. Prout in singulis litteris prædictis plenius continetur.

Cùm autem, sicut exhibita nobis, nuper, pro parte dilectorum filiorum Magistri Generalis, & Prouincialium dicti Ordinis Beatae Mariae de Mercede, petitio continebat, fuerunt postmodum nonnulli aliorum Ordinum; etiam mendicantium professores, in prædicto Ordine Beatae Mariae recepti, qui & in eo adhuc existunt; ipsique Magister Generalis, & Prouinciales, ac alij fratres Ordinis Beatae Mariae de Mercede; non nisi

Bullarium Ordinis

ad euitanda scandala, quæ quotidie, non solum in eorum Ordine huiusmodi; sed etiam in tota Christiana Religione oriuntur, circa præmissa intenti sint. Cum plerumque compertum fuerit, aliquos dicti Ordinis Beatæ Mariæ Religiosos pia Christi fidelium suffragia, & subuentiones, pro redimendis Christi fidelibus Captiuis, in potestate, & manibus infidelium emancipatis, elargita, & per eosdem fratres dicti Ordinis de Mercede percepta, penes se retinere. Et ne à Generali Magistro, ac alijs Superioribus dicti Ordinis Beatæ Mariæ ad illa, ad tam pium opus deputata restituendum, & applicandum compelli valeant, à Sede Apostolica, vel Legatis eius exceptiones contra, & aduersus Magistrum Generalem, & alios Superiores Ordinis Beatæ Mariæ huiusmodi, etiam falsis suggestionibus, & alijs exquisitis modis impetrare non erubuerunt, actenus, prout etiam adhuc nonnulli, adhuc minime erubescunt, ac alias propterea se ad alios Ordines transferri procurant, in maximam Ordinis Beatæ Mariæ, & pauperum captiuorum huiusmodi iacturam. Pro parte Magistri Generalis, & Prouincialium, ac eorum, qui sic de alijs Ordinibus prædictis, ad eundem Ordinem de Mercede fratrum prædictorum se trastrulerunt, & qui eos re-

ceperunt: Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eosdem fratres, qui de alijs Ordinibus huiusmodi, ad dictum Ordinem de Mercede sic, (vt præfertur) transferunt, & in præsentiarum in dicto Ordine de Mercede existunt, & eorum, qui eosdem fratres, in dicto Ordine de Mercede receperunt, & ipsorum omnium singulos, ab excõmunicationis, & Apostolicæ, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, (si quas propter transitum, & receptionem huiusmodi translatione, & receptione requisita debite obseruata non fuerunt, incurserunt,) absoluerent, & cum eis super irregularitate, si quas censuris huiusmodi ligati, Missas, & alia Diuina Officia, (non tamẽ in contemptum clauium) celebrando, aut illis alias se immiscendo, contraxerunt, dispensare, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, siue notam, per eos, præmissorum occasione, quomodolibet contractam abolere, ac litteris Martini, & Callisti prædecessoris huiusmodi, pro earum subsistentia firmiori nostræ approbationis robur adicere; necnon dictis fratribus, qui de alijs Ordinibus ad dictum Ordinem de Mercede, (vt præfertur) transferunt, & in eo in præsentiarum existunt, & eorum singulis, vt in eodem Ordine de Mercede, sub illius habitu, & institutis regularibus, quo ad vixerint,

xerint, permanere valeant, ac Magistro Generali, ac Prouincialibus praedictis, quod de cetero nullus Religionis dicti Ordinis de Mercede, saltim qui semel pecunias quantascumque pro Redemptione captiuorum huiusmodi receperit, ad alium Ordinem, etiam arctioris regulae, se transferre possit, quodque exemptiones à dicta Sede, vel legatis eius, pro tempore habendae, nisi ad id praefatorum Generalis Magistri, & Prouincialis expresse accedat assensus, nullius sint roboris, vel momenti, ipsique fratres dicti Ordinis de Mercede, qui pecunias, ex dicta causa, receperint praefato Magistro Generali, seu Prouinciali, ad id, pro tempore deputato, computa, ac rationem, & reliqua reddere teneantur; exemptiones quoque, & translationes secus habendae nullius pariter roboris, vel momenti existant, statuere, concedere, & indulgere, aliasque eis, & statui ipsorum in praemissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignamur.

Nos igitur, qui illius vices gerimus in terris, cuius proprium est misereri semper, & parcere singulorum Christi fidelium peccatis, praesertim sub regulari habitu Altissimo iugiter famulantium, conscientiarum pacem, & animarum salutem sinceris affe-

ctibus appetentes, ac attendentes quod praefatae Sedis clementia consuevit, petentibus veniam non denegare, ipsos fratres, tam in dicto Ordine Beatae Mariae de Mercede, (vt praefertur,) receptos, quam ipsos recipientes, & eorum singulos, à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine, quauis alia, quam praemissorum occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt (ad effectum praesentium dumtaxat consequendum) harum ferie absoluentes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, fratres in dicto Ordine Beatae Mariae de Mercede, (vt praefertur) receptos ab Apostasia, necnon tam illos, quam eos, qui illos sic receperunt ab excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, si quas propter transitum, & receptionem huiusmodi, aut alias forsam, pro eo quod in huiusmodi translatione, & receptione requisita debite obseruata non fuerunt, incurrerunt, auctoritate Apostolica tenore praesentium absoluiimus, & cum eis super irregularitate, si quam censuris, & sententijs huiusmodi ligati, Missas, & alia diuina Officia (non tamen in contemptum clauium) celebrando, aut

Bullarium Ordinis

aut illis alias se immiscendo, contraxerunt, dispensamus, omnemque inhabilitatis, & infamiae maculam, siue notam per eos, praemissorum occasione quomolibet contractam abolemus.

Necnon singulas litteras Martini, & Callisti praedecessorum praedictorum, ac omnia, & singula in eis contenta eisdem auctoritate, & tenore approbamus, & praesentis scripti patrocinio communitimus, suppletes omnes, & singulos defectus, si qui forsam interuenerint in eisdem.

Et nihilominus eisdem fratribus, qui de alijs Ordinibus ad dictum Ordinem de Mercede, ut praefertur, transierunt, & in eo in praesentiarum existant, & eorum singulis, ut in eodem Ordine de Mercede, sub illius habitu, & institutis regularibus, quoad vixerint, permanere valeant.

Ac Magistro Generali, & Prouincialibus praedictis, quod de caetero perpetuis futuris temporibus nullus Religiosus dicti Ordinis de Mercede; saltem qui semel pecunias quantascunque, pro Redemptione Captiuorum huiusmodi, aut bona aliqua dicti Ordinis de Mercede receperit, ad alium Ordinem, etiam auctioris regulae se transferre possit.

Quodque exemptiones à dicta Sede, vel Legatis eius pro

tempore habenda, nisi ad id Magistri Generalis, & Prouincialis praefatorum expressus accedat assensus, nullius sint roboris, vel momenti. Ipsique fratres dicti Ordinis de Mercede, qui pecunias aliquas ex dicta causa receperint, praefato Magistro Generali, seu Prouinciali ad id pro tempore deputato computa, & rationem, ac reliqua reddere teneantur. Exemptiones quoque, & translationes secus habenda, etiam cum quibusvis etiam derogatorijs, & efficacissimis clausulis, & verborum expressionibus, etiam motu proprio, & ex certa scientia concedenda nullius sint roboris, vel momenti, eisdem auctoritate, & tenore statuimus, concedimus pariter, & indulgemus.

Non obstantibus praemissis, ac praefati Martini praedecessoris, quae incipit: *Viam ambitiosa cupiditatis*, & quibusvis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon Ordinum praedictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, caeterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod praefati fratres, tam recipientes, quam recepti poenitentiam per confessorem, per eos, aut eorum quem-

quemlibet eligendum, eis propter ea iniungendam, adimplere teneantur; alioquin absolutio, & præsentis litteræ, quo ad absolutiõnem huiusmodi, nullius roboris, vel momenti existant. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutiõnis, dispensationis, absolutiõnis, approbationis, communitiõnis, suppletionis, statuti, concessiõnis, indulti, & voluntatis

infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, duodecimo Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno primo.

COLLECTOR.

ALEXANDRVM per 26 dies sequitur Pius III.

P I O S V C C E D I T
Julius II. anno 1503.

I V L I I I I.

B V L L A P R I M A.

I Confirmat prædecessorum, & Regum privilegia.

IVLIVS Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Præceptoribus, & fratribus domus Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Barcinonensis, Ordinis eiusdem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, salutem, & Apostolicam benedictio-

nem. Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigat rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducat effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras,

&

& locū, in quo Diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, & in futurum iustis modis (præstante Domino) poteritis adipisci, sub Beati Petri protectione suscipimus, atque nostra, omnesque libertates, & immunitates, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, vel alia indulta, vobis, & domui prædictæ concessas; necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus, vobis, & eidem domui rationabiliter indultas; necnon oblationes, census, fructus, redditus, proventus, terras, domos, possessiones, campos, agros, prata, pasua, nemora, syluas, casalia, grangias, aquas, aquarum de-

curfus, stagna, lacus piscarias, iura, iurisdictiones, & alia mobilia, & immobilia bona, ad dictam domum legitime spectantia, sicuti ea omnia iuste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem domui auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Romæ apud sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quarto, idibus Februarij, Pontificatus nostri anno primo.

I V L I I I I.

BVLLA SECVNDA.

SUMMARIUM BVLLÆ.

- 1 Sixti IV. Bullam 5. & reliquas in ea contentas approbat, & confirmat, & quidquid in illis continetur de nouo concedit.
- 2 Confratribus nostri Ordinis concedit, ut confessor ab eis eligendus eos ab omnibus peccatis absoluat; in reseruatis Sedi Apostolica semel in vita; in reliquis semel in anno.
- 3 Tempore interdicti eisdem confratribus concedit Missarum Officijs interesse, & Ecclesiastica sepultura donari.

- 4 *Prædictam, & alias indulgentias lucrari censentur vir, & uxor pro utroque triginta denarijs & quotannis septem solutis, vel in ingressu confraternitatis duobus solidis cum dimidio.*
- 5 *Omibus Christi fidelibus Ecclesias nostras visitantibus in diebus Natiuitatis, & Resurrectionis Domini, Pentecostes, Beatæ Mariæ totius anni festiuitatibus, & Dominicis Quadragesimæ, & manus ad iurices porrigentibus decem annos, & totidem quadragenas, pro singulis diebus concedit.*
- 6 *Erogantibus triginta denarios, tempore, quo Captiui redempti per loca deducuntur triginta annos, & totidem quadragenas relaxat.*
- 7 *Magistrum Generalem, & fratres nostros eisdem quibus confratres gratijs gaudere.*
- 8 *Magistro Generali, & ab eo deputatis fratribus concedit, ut quæcumque Legata, pro Redemptione Captiuorum rel. Etæ possunt percipere.*
- 9 *Addit plenissimas non obstantias, derogatque præcipue quibusdam Tarraconensis Prouincia constitutionibus.*
- 10 *Bullam s. Sixti IV. & in ea contentas ad verbum inserit.*

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei; ad perpetuâ rei memoriam. Romano- rum Pontificum benignitas con- fusa prædecessorum gesta, ea præsertim, quæ pro fœlicis sta- tus Monasteriorum, & piorû lo- cõrum quorumlibet, ac persona- rum, in illis, sub suauî Religionis iugo Altissimo famulantium, ac pro Christiana Religione con- tra hostes fidei quotidie militan- tium, & fidelium Captiuorum libertati vacantium, commodo, ac animarum salute emanarunt, aliquando approbat, & alias A- postolico munimine roborat, il- laque, & alia de nouo concedit; necnon Monasteriorum, & per-

sonarum earundem dispendijs obuiat, & commoditatibus con- fulit, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Sanè dudû fœlicis recordationis Bonifacius V. Alexander IV. Clemens VI. Gregorius XI. Martinus V. Eu- genius IV. Callistus III. Roma- ni Pontifices prædecessores no- stri, dilectis filijs Generali, & fra- tribus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiu- uorum, sub regula sancti Augu- stini degentibus, suas litteras cõ- ceiserunt, munitiones, & alia in- dulta continentibus, quas, & in eis contenta postmodum piæ me- moriæ Sixtus IV. etiam præde- cessor noster, per suas litteras, cum

Bullarium Ordinis

cum litteris Bonifacij, Alexandri, Clementis, Gregorij, Martini, Eugenij, & Callisti, prædecessorum huiusmodi, de verbo ad verbum insertione approbavit, & nonnulla alia de nouo concessit, prout in eisdem litteris, (quas præsentibus de verbo ad verbum inseri fecimus) plenius continetur. Quare pro parte dilectorum filiorum moderni Generalis, & fratrum dicti Ordinis, ac Petro Ludouici Sans Præceptoris domus Beatæ Mariæ Valentiniæ, Ordinis prædicti Magistri in Theologia, asserentis; decrescentibus quotidie fidelium deuotione, pariter, & meritis, ac paganorum potentia inualecente, Christianisque in impiam eorumdem paganorum seruitutem turmatim, & oppidatim ductis, expedire propterea ipsos Christi fideles specialibus donis ad spiritualia beneficia inuitari, ac Generali, & fratribus præfatis ad pium eorumdem fidelium Captiuorū Redemptionis opus prosequendū noua ope succurri, seque per eosdem Generalem, & fratres, pro præmissis, ad nos, & Sedem Apostolicam destinatum fuisse: nobis fuit humiliter supplicatum, vt Sixti, & aliorum prædecessorum prædictorum litteras huiusmodi innouare, & approbare, ac inuiolabiliter obseruari debere, decernere; ac quod confessor, quem confraternita-

tis dicti Ordinis canonice institutæ vtriusque sexus confratres pro tempore existentes, & corū quilibet duxerint eligendum, ipsos ab omnibus, & singulis eorū excessibus, peccatis, criminibus, & delictis; etiam in dictæ Sedis reseruatis casibus semel in vita; in alijs vero semel annis singulis, prout confratribus confraternitatis Ordinis sanctæ Trinitatis ab eadem Sede cōcessum absoluere; eisque pro commissis poenitentiam salutarem iniungere possit, & si ipsos confratres confraternitatis Beatæ Mariæ ad loca Ecclesiastico interdicto Ordinarij auctoritate supposita declinare contigerit, in illis clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & submissa voce, Missis, & alijs Diuinis Officijs interesse, eorūdemque confratrum tēpore interdicti huiusmodi decedentium cadauera Ecclesiasticæ sepulturæ tradi libere, & licite possint. Quod si dicti confratres confraternitatis Beatæ Mariæ, tempore eorum ingressus coniugati fuerint, solutis per virum, & vxorem in dicto ingressu triginta, & deinde annuatim septem denarij monetæ Iacēsis, tam virū, quam vxorē confratres esse, ac omnibus, & singulis concessionibus, indulgentijs, & remissionibus prædictis gaudere, censeantur, statuere, & ordina-

re, aliasque, in præmissis, opportuna providere de benignitate Apostolica dignemur.

Nos igitur Generalem, ac Petrum Ludouicū, & alios fratres prædictos, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latas, (si quibus quomodolibet innodati existunt) ad effectū præsentium, dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati litteras Sixtis, & aliorū prædecessorum huiusmodi (quatenus sunt in usu) auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, illasque perpetuæ firmitatis robur obtinere, decernimus, & nihilominus pro potiori cautela, omnia, & singula, in prædictis litteris contenta eisdem Generali, & fratribus de nouo concedimus.

Ac quod dictus confessor secularis, vel regularis, quā ipsius confraternitatis Beatae Mariae confratres, pro tempore existentes, huiusmodi, & eorum quilibet, cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, duxerint eligendum, ipsos ab omnibus, & singulis eorū ex-

cessibus, peccatis, criminibus, & delictis; etiam prædictæ Sedi reseruatis casibus, semel in vita: in alijs vero semel singulis annis; quemadmodum confratribus dictæ confraternitatis Ordinis sanctæ Trinitatis ab eadem est Sede concessum, absolueret; eisque pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere possit.

Et quod ipsi confratres confraternitatis Beatae Mariae, si eos ad loca Ecclesiastico interdicto præfati Ordinarij auctoritate supposita declinare contigerit, (cum ipsi causam non dederint, nec in eos specialiter emanauerit) in illis clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis cāpanis, & summissa voce, Missis, & alijs Diuinis Officijs interesse, & qui ex ipsis confratribus confraternitatis Beatae Mariae præbyteri fuerint, eas celebrare, eorūdemque confratrum, tempore interdicti huiusmodi decedentium cadauera (absque aliqua pompa solenni) Ecclesiasticæ sepulturæ tradi libere, & licite valeant.

Quodque dicti confratres confraternitatis Beatae Mariae, si tempore eorum ingressus coniugati fuerint, solutis per virum, & vxorem triginta, & deinde annuatim, septem denarijs prædicti, tā vir, quā vxor confratres dictæ confraternitatis Beatae Mariae esse, ac omnibus, & singulis con-

ces-

cessionibus, indulgentijs, & remissionibus supradictis gaudere censeantur. Vel si idem, & alij fideles præfati eandem confraternitatem Beatæ Mariæ, pro tempore, ingredientes, in eorum ingressu tres solidos cum dimidio dictæ monetæ, siue quadraginta duos denarios similes, siue aliam æquivalentem monetam soluere maluerint, ad dictorum septem denariorum, vel aliquam aliam solutionem, ratione confraternitatis huiusmodi, faciendam obligati de cætero non existant, auctoritate, & tenore præmissis statuimus, & ordinamus.

Et ut eidem Ordini, & fratribus Beatæ Mariæ vberiora proueniant subsidia, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, eius auctoritate confissi. Vniuersis, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, qui aliquam Ecclesiarum, Monasteriorum, siue domorum dicti Ordinis Beatæ Mariæ in Natiuitatis, & Resurrectionis Domini, ac Pentecostes; necnon omnibus, & singulis eiusdem Beatæ Mariæ totius anni festiuitatibus, à primis vesperis, vsque ad occasum Solis dictarum festiuitatum, ac in omnibus diebus Dominicis Quadragesimæ deuote visitauerint, & inibi ma-

nus porrexerint adiutrices, pro singulis festiuitatibus, & diebus prædictis, quibus id fecerint decem annos, & totidem quadragennas.

Et qui tempore quo dicti Captiui, postquam redempti sunt per diuersa loca, ad misericordiam Dei propalandam, sub eius Crucis vexillo deducuntur triginta denarios similiter ipsis fratribus Redemptoribus erogauerint, triginta annos, & totidem quadragennas, de iniunctis eis pœnitentijs relaxamus.

Et insuper, vt Generalis, & fratres præfati, qui pro eadem Redemptione spiritu, & corpore assidue laborant, in tam laudabili instituto ardentèr perseuerent, eis, & eorum cuilibet, quod omnibus, & singulis gratijs, concessionibus, indulgentijs, & remissionibus, quibus confratres, seu confraternitatem pro tempore, ingredientes, & Ecclesias visitantes, ac manus adiutrices porrigentes, cæterique benefactores huiusmodi vtuntur, & gaudent, ac vti, & gaudere poterint quomodolibet in futurum vtantur, & gaudeant, indulgemus.

Necnon eisdem Generali, & ad id ipsius, pro tēpore, existentis Generalis expresso consensu, pro tempore deputatis fratribus

quæ-

quæcumque legata, ad Redemptionem Captiuorum huiusmodi, pro tempore, facta à quibusuis personis, & locis, in Hispania, & Regis Hispaniæ, toto dominio exigendi, & recipiendi plenâ, & liberâ facultatē, eisdē auctoritate, & tenore, elargimur.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis litteris Apostolicis suspensionum, & reuocationū, similiū, vel dissimilium indulgētiarum, concessionum, & facultatum, tã à nobis, quã à recolendæ memoriæ Innocentio VIII. & Alexandro IV. etiam Romanis Pontificibus, similiter prædecessoribus nostris, ac Sixto, & Sede prædictis, cū quibusdam etiam derogatorijs, ac alijs fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque decretis, quæ actenus emanarunt, & forsam in posterū emanabunt, quorumcunque tenorū existant; necnon quibusdam constitutionibus Prouinciæ Tarraconensis, præfata auctoritate Apostolica forsam confirmatis; illis præsertim, quibus inter alia caueri dicitur expresse, quod nullus, etiam Apostolico desuper priuilegio fultus constitutionis dictæ Prouinciæ vigore appositis, Missis, alijsque Diuinis Officijs, in ipsa Prouincia interesse possit, quibus omnibus, etiã si pro eorum sufficiēti derogatione de illis, eo

rumq; totis tenoribus, de verbo ad verbū (non tamen per generales clausulas id importantes metio habēda, seu quauis exquisita forma seruāda foret) & in eis cauetur expressa, quod illis nullatenus, aut non nisi, sub certis inibi modis, & formis expressis derogari possit, tenores, modos, & formas huiusmodi præsentibus, ac si de verbo ad verbū infereretur, pro sufficienter expressis habentes, (illis alias in suo robore permanens) hac vice dūtaxat, harū serie specialiter, & expresse derogamus, præsentisque nostras litteras sub illis nequaquã cōprehendi, sed ab eis etiã quoties pro tempore emanauerint, omnino expressas esse, & ceteri debere, auctoritate Apostolica, & tenore prædictis decernimus, & declaramus, ac omnibus illis, quæ idē Sixtus prædecessor in dictis suis litteris voluit nō obstare, ceterisq; cōtrarijs quibuscunque. Tenor vero prædictarū litterarum sequitur: & est talis.

Sixtus Episcopus seruus seruorū Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sedi; Apostolicæ gratiosa benignitas. *Sequitur Sixti IV. Bulla 5.*

Cæterum quia difficile foret præsentibus litteras ad singula loca, in quibus expediens fuerit deferri volumus, & etiam dicta auctoritate Apostolica decernimus, quod illarū transsum-

Bullarium Ordinis

ptis vnus, vel duorum publico-
rum Notariorum subscriptio-
ne, & dicti Generalis, vel alte-
rius Prælati, seu alicuius Curie
Ecclesiasticæ, vel personæ in dig-
nitate Ecclesiasticæ constitutæ
sigilli impressione munitis, ea
prorsus fides adhibeatur in du-
bia, quæ præsentibus adhibere-
tur, si essent exhibitæ, vel osten-
sæ. Nulli ergo omnino homi-
num liceat, hanc paginam no-
stræ absolutionis, approbatio-
nis, concessionis, statuti, ordina-
tionis, relaxationis, indulti, elar-

gationis, derogationis, declara-
tionis, voluntatis, & decreti in-
fringere, vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præsumperit, indigna-
tionem Omnipotentis Dei, ac
Beatorum Petri, & Pauli Apo-
stolorum eius, se noverit incur-
surum. Datum Romæ apud san-
ctum Petrum, anno Incarnatio-
nis Dominicæ millesimo quin-
gentesimo quinto, decimo septi-
mo Kalend. Maij, Pontificatus
nostri anno secundo.

SCHOLIA SERAPHINI.

Confirmat Bullas prædecessorum, quatenus sunt in vsu. In quo
notabis, quod non est necesse, vt Bullæ prædecessorum sint in
vsu actu; sed sufficit potentia, vt latè Mand. de priuileg. ad instar,
glos. 15. à num. 42. Enriq. lib. 7. cap. 22. §. 4. lit. Y.

Nam quamuis priuilegium, quo datur facultas aliquid faciendi,
ex non vsu, per decenium amittatur. l. 1. vbi Bart. ff. de nundinis,
communis ex Mand. dict. glos. 15. num. 5. & in Religiosis requirun-
tur 30. anni, cap. de terra, de priuileg. Attamen quando nõ venit ca-
sus vtendi priuilegio, per non vsu non amittatur. glos. verb. *Do-
nec*, in cap. Abbates, Siluani de verbor. signif. Paris. conf. 25. num.
105. lib. 1. Rebuf. tra. 1. nominat. quæst. 14. num. 21. & plures relati
per Mand. num. 9. dict. glo. Et vide de vsu, & non vsu. Eman. 1. tom.
de regular. quæst. 55. art. 19.

Notabis autem, quod priuilegij non vsus probari debet per ad-
uersarium negantè vsu, cap. accedentibus, de priuileg. Greg. glos.
1. in fin. l. 42. tit. 18. part. 3. Crescent. decis. 4. nu. 2. de priuileg. Me-
noch. conf. 75. num. 14. Hondedeus conf. 4. num. 71. volum. 1. nec
vtens sæpe sæpius non amittit. l. voluntaria, vbi Salicet. cap. de
excusat. tutor. Gregor. per dict. l. 42. Garc. de nobilit. glos. 16. à nu.
38.

Nota, quod verb. *Ad quod dictus*, concedit vt confratres nostri
Ordinis

Ordinis possint eligere idoneum confessorem saecularem, vel regularem, qui eos absoluat semel in vita, & in mortis articulo, ab omnibus peccatis, & excessibus; etiam Sedi Apostolicae reseruatis. Pro explicatione aduerto, priuilegium hoc tripliciter concedi posse. Primo, ut quis absoluat ab omnibus peccatis. Secundo ab omnibus peccatis, & criminibus, seu excessibus, nisi talia sint; ut merito Sedes Apostolica sit consulenda, & tandem, ut absolutio detur ab omnibus, etiam Sedi Apostolicae reseruatis. Eman. statim referendus.

Inter quas concessiones illud discrimen est considerandum, quod in priori casu censentur, excepti casus reseruati Sedi Apostolicae, ut dixisti alibi in Bulla 4. Benedicti XIII. numero 4.

In secundo, verba praedicta restringuntur ad quatuor casus; scilicet hereticos, relapsos, schismaticos, qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent, ita declarauit Sixtus IV. Collect. verb. *Absolutio quod ad fratres*, nu. 9. Eman. 1. tome de regular. q. 20. art. 9.

In tertio vero casu, & in secundo praedictum priuilegium esse derogatum per Bullam Coenae, tenet Collector sub dict. num. 9. & num. 14. Contrarium resoluit saltem in foro conscientiae, Eman. dict. art. 9. Quia priuilegium concessum Religioni aequatur legi, & iuri communi. Enriq. lib. 7. cap. 22. §. 3. & sicut lex non derogat legi speciali, nec priuilegium priuilegijs clausis in corpore iuris. Eman. in Bulla, §. 9. num. 145. & §. 12. num. 4. & 12 Barbos. l. 1. part. 1. a nu. 11. ff. solut. matrim. vel quod ei aequatur. Enriq. dict. §. 3. lit. M. & lit. P.

Sed dubito de hac Enriq. opinione, quia sequitur ex ea, quod nullum priuilegium Religionis censetur derogatum, per clausulam, *Non obstantibus*, licet enim priuilegia Communitati concessa aequiparentur priuilegijs iuris, quo ad alia; non tamen aequiparatio fiet, quo ad reuocationem; nam priuilegia haec sunt extraordinaria, hoc est, extra Ordinem, seu corpus iuris. Extraordinaria autem priuilegia reuocantur per praedictam clausulam, *Non obstantibus priuilegijs*, cap. Alma mater ad fin. de sentent. excommunication. in 6. Clementin. dudum ad fin. de sepult. Barbos. lib. 1. part. 1. numero 11. ff. solut. matrim. Unde sententia Collectoris prouabilior mihi videtur, quem etiam vide verb. *Priuilegia fratrum*, a num. 20. Vbi ex

Bullarium Ordinis

Leonis X. priuilegijs concessis in fauorem Minorum de obseruantia non esse derogatum per Bullam Cruciatæ in foro conscientia constat, quam quaestionem latius disputat idē Collector dict. verb. *Priuilegia*, ad fin. & ex hoc cap. Leoninæ Bullæ deffendi potest opinio Eman. & Enriq. dictis locis, iuxta quæ hodie priuilegium Iulij II. de quo in præfenti non censetur derogatum saltem in foro conscientia.

Secundo concedit in verb. *Et quod*, vt confratres tempore interdicti possint interesse diuinis, & sepeliri in loco sacro. Quo ad primum circa sepulturam iam supra explicasti de quibus confratribus intelligatur iuxta capit. *vt priuilegia* 12. de priuilegijs; qui textus, cum tantum decidat quo ad sepulturam, non est extendendus, quo ad interessentiam in Diuinis, ex regul. 1. precipimus; capit. de appellatione. Vnde quo ad sepulturam non omnes confratres priuilegio uti possunt; nisi illi, quos explicat dictum caput, vt priuilegia; ceteri vero omnes diuinis interesse possunt, iuxta quæ explicanda est hæc Bulla.

Concedit in vers. *Et qui tempore*, sub numer. 7. vt qui tempore, quo Captiui post Redemptionem per diuersa loca, ad misericordiam Dei propalandam, sub Crucis vexillo deducuntur, triginta denarios fratribus erogauerint, triginta annos, trigintaque quadragenas de iniunctis pœnitentijs relaxationem consequantur. Iam explicasti quid importet quadragenas, quod de iniunctis, & quod plus continet quadragenas, quam annus; annus enim dicitur ille gradus satisfactionis, qui proportione seruata respondet pœnitentiæ iniunctæ, iuxta Canones pœnitentiales, in quibus pro vno mortali publico taxabantur septem anni, vt semel in hebdomada vteretur ieiunio, flagello, eleemosyna, vel Psalmorum recitatione, aut alio pœnitentiæ genere. Nauar. de indulgent. not. 11. numer. 8. & 18. not. 10. numer. 20. not. 31. numer. 39. & 40. Eman. de Bulla, §. 7. numer. 7. & 8. Enriq. lib. 7. cap. 15. numer. 4. De quo vide text. in cap. de illis 11. quaestion. 3. vbi glos. & Doctores cap. 1. cuncta glos. verb. *Legittimas*, 22. quaestion. 5. Abbas, & Doctores in capit. accusasti, de accusatione. & in cap. 2. vbi text. de sponsa duorum, Couar. 4. resolut. cap. 20. nu. 8. concl. d. Collect. 9. ad decretal. num. 4. & 5.

Cum eleemosyna data pro redimendis Captiuis æquiparetur causæ alimentorum. Surd. de aliment. tit. 9. quaest. 3. num. 2. Data etiam

etiam pro alendis iam redemptis, qui aliunde alii non possunt, dum iter capiunt, magnam praefert charitatem, cum potius sit danda infirmis, & inualidis, quam alijs. Auth. de Ecclesiastic. titulis, §. si quis autem vnum Sanctorum. Rip. de peste, titul. de remedijs ad conseruat. num. 159. Surd. de aliment. titul. 1. quaestio. 93. num. 28. Et est de praeccepto, quando maxima subest paupertas, cap. pace fame 86. distinct. D. Thom. 2. 2. quaestio. 32. artic. 5. Soto de ratione legendi secreti, membr. 2. quaest. 7. vers. Tertio comprobatur, Couarru. lib. 3. variar. cap. 14. num. 5. Nauar. cap. 24. num. 5. & 8. Quae omnia regulariter concurrunt in redemptis. Vnde merito talibus, qui sub Crucis signo, ad misericordiam Dei propalendam, de loco in locum deducuntur eleemosynas largientibus concedit Pontifex indulgentias. Priuilegium hoc debebat promulgari fidelibus, tempore quo Captiui redempti deducuntur per Redemptores; vnde ad magis inuitandos fideles ad hanc eleemosynam, offert Pontifex indulgentias.

I V L I I I I.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- I** Pretium duorum florennorum auri Aragonia à Clemente VI. in Bulla illa inserta in Calisti III. Bulla 3. qua incipit: Licet indigentibus vniuersis, &c. Taxatum omnino limitat ad arbitrium Magistri Generalis, summamque illam, quam Generalis determinauerit, persoluentes, eligere possunt confessorum, qui omnium suorum peccatorum plenariam remissionem impendat.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei; ad perpetuam rei memoriam. Gregi Dominico disponente Domino Praefidentes ad ea libenter intendimus, per quae nostrae prouidentiae aduersus malitiam temporum adhibetur moderamine indulgentiae, & peccatorum remissiones à praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, pro fidelium dira paganorum seruitute oppressorum redemptione concessa, optatum consequantur effectum. Dudum siquidem foelicis recordationis Clemens Papa VI. praedecessor

Bullarium Ordinis

for noster. Vniuersis Christi fidelibus, qui de bonis suis à Deo collatis duos florennos auri in Regno Aragoniæ cursum habentes, seu prærium æquiualens Ordini Beatæ Mariæ de Mercede conferentibus, pro solutione quarundam exactionum quas Sarraceni Christiani nominis hostes à fratribus dicti Ordinis ad redimendum Captiuos Christianos in ipsorum Sarracenorū dura feruitute detentos, pro tempore deputatis, extorquebant, quod confessor idoneus, quem ipsi fideles prærium huiusmodi cōferentes ducerent eligendum, omniū peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi forent plenariam eis remissionem impendere possit, indulgit. Si tamen prædicti conferentes de cætero in prædicti Ordinis pia confraternitate statuerint se collegas, & beneficia eidem Ordini annuatim, vel alias ad discretionem tempore existentis Generalis, vel fratrum dicti Ordinis conferrent, prout in suis desuper confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum moderni Generalis, & fratrum dicti Ordinis, sub Regula sancti Augustini degentium petitio cōtinebat, propter bella, & pestilentiam quibus (proch dolor!) Superioribus annis tota ferme Europa afflicta

fuit, aliosque quam plures finitros quā plures euentus, ad tantam inopiam deuentum sit, quod pauci admodū reperiantur fideles, qui dictū prærium duorū florennorum, pro huiusmodi remissione cōsequenda soluere velint, ac propterea fidelium Captiuorum prædictorum Redemptio retardetur. Et sicut eadem petitio subiūgebat, si prærium huiusmodi arbitrio dicti pro tēpore existentis Generalis dicti Ordinis iuxta personarum, locorū, & tēporum qualitatem limitaretur, profecto ex hoc dicti Captiui Christiani frequentius, & in maiori numero redimerentur, & aliorum Christi fidelium animarum saluti facilius confuletur.

Quare pro parte dilectorum filiorū Generalis, & fratrum nobis fuit humiliter supplicatū, vt prætiū huiusmodi limitare, aliasque eisdē fidelibus opportune in præmissis providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur qui Captiuorū prædictorum miseræ cōpatimur seruituti, & eorum, ac aliorum omnium fidelium spiritualis salutis desideramus augmentum præfatos Generalem, & fratres, ac eorum singulos à quibuscūque excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententijs, cēsuris, & penis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel

vel causa latis, si quibus quomodo libet innodati existunt ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinatis, auctoritate Apostolica tenore presentium statuimus, & ordinamus, quod dictus, & pro tempore existens Generalis dicti Ordinis presentium predictum, prout personarum, locorum, & temporum qualitate pensata viderit expedire limitare, & ad quacumque aliam minorem reducere libere, & licite possit: quodque fideles summam sic reductam ad executionem solutionis huiusmodi pro tempore conferentes eadem peccatorum suorum permissionem con-

sequatur, quam consequeretur, si dictos duos florenos iuxta prefati Clementis predecessoris litterarum tenorem persoluerent, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae absolutionis, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1505. decimotertio Kaled. Iunij, Pontificatus nostri anno secundo.

I V L I I I I.

BVLLA QVARTA.

COLLECTOR.

Magistro Generali vigesimo tertio fratri Iacobo de la Mata Ordinem moderante, cum Maioricarum Ordinis nostri Monasterium visitare voluisset, frater Iacobus Concellus illius Comendator magnae auctoritatis vir, & eruditionis nomine comendatus Magistro Generali restitit. Affirmabat enim se Sedi Apostolicae immediate subiectum a qua praedictae domus praefecturam impetrasse dicebat: re ad Pontificem maximum de lata auctoritate fecit Magistro Generali praedictum Monasterium quoties opus fuerit, & sibi placeret visitandi, non obstantibus quibuscumque litteris Apostolicis. Dat. Romae septimo idus Aprilis, anno 1506. Pontificatus sui anno tertio. Historiam, & diploma latius refert Magister Fr. Bernardus de Vargas 1. tom. Chronicae, lib. 2. cap. 25.

Bullarium Ordinis

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Magistro Generali ius visitandi Conuentum Maioricarum, non obstante repugnantia Commendatoris. Ratio est: quia non licet à capite membra recedere, nec se abstrahere ab obedientia Superioris, cap. cum non liceat, ibi: *Contra obedientiam, & reuerentiam.* de præscript. priuilegiumque etiam speciale nõ prodest, quia præsumitur surreptitium, cap. cum instantia, ibi: *Non credimus,* de censibus quousque secunda iussio Pontificis subsequatur, cap. porrecta, vbi Abb. num. 2. de confirmat. vtili, idem Abb. num. 6. in d. cap. cum instantia. Marian. de visitationibus, nu. 36. Nec valet præscriptio etiam immemorialis, cap. cū ex officijs, de præscript. Marian. de visitationib. à num. 19. Bernard. reg. 604. exemptioque generalis non comprehendit exemptionem à visitatione Rot. decis. 186. r. u. 2. p. 1. diuersi. Gratian. cap. 870. num. 7. lib. 5.

Teneturque superior visitare pro morū correctione, & reformatione iuxta illud Ezechiel. 34. *Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor.* Tradit Ludou. Granatēsis in concion. de offic. Pastoralis, 2. part. vers. *Octauo.* Correctio namque est principalis finis, in quem visitatio ordinatur, cap. cum venerabilis 21. ibi: *Causa correctionis,* cap. procuraciones 23. in fin. de censibus. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3. vers. *Visitationum,* quod procedit, licet inferiores, Visitatores, vel Prælati non sint negligentes, cap. vlt. de censib. in 6. Marian. de visitat. num. 7. vers. *Tertio,* & num. 8. vers. *Quarto.* Ruseus de præeminentia Archiepiscop. priuileg. 16. cōmunis contra glos. verb. *Consuetudine,* in dict. cap. cum ex officijs, glos. 1. in cap. cum nuper 25. de censibus; quæ tamen loquuntur ante tempore, dict. cap. vlt.

Obseruabis etiam quod regularis licet sit Capellanus, vel Familiaris Papæ, aut Cardinalis, non eximitur à visitatione sui Prælati, Enriq. lib. 7. cap. 25. §. 9. vbi lit. H. refert Pontificum declarationes Bernardis, & Cisterciensibus Prælati concessas.

Tandem circa visitationem notabis, quod si Generalis, aut Prouincialis committat visitationem, Cōmissarius poterit ad tempus suspen dere Prælatum; non vero priuare, cap. in singulis, cap. vlt. de statu Monachorum, l. 20. tit. 7. part. 1. Enriq. lib. 7. cap. 25. §. 9. ad fin. Contrariū probat text. in cap. dilectus 26. de rescript. vbi Abb. num. 5. & alij, vt per Felin. num. 2. text. in cap. cum, l. & A. 22. de

re iud. vbi Abb. num. 2. & 3. Abb. num. vlt. in dict. cap. in singulis. Greg. glos. 2. in fin. in dict. l. 20. & post alios Altamira de visitat. verb. *Visitatorem*, à num. 13. Paris. conf. 22. num. 17. cum seq. vol. 4. Communis distinguit inter Visitatores à Romano Pontifice deputatos, de quibus in dict. cap. dilectus, dict. cap. cum l. & A. & inter eos, qui ab inferioribus deputantur, de quibus in dict. cap. singulis, dict. cap. vlt. ita communis ex Abb. dict. num. 5. Sed hæc distinctio non placet ex eodem Abb. cuius resolutio dict. num. 5. & num. fin. in dict. cap. in singulis, quam in effectu prouant Felin. dict. num. 2. & post Card. & Imol. Altamira dict. loco, num. 14. Satis defendi potest, quod Visitator non simpliciter, sed cum potestate corrigendi deputatus ab eo, qui ab Ecclesijs, beneficijs, & Prælaturis potest alios amouere possit eosdem visitatos, & legitime coniunctos amouere, & priuare, dict. cap. dilectus, dict. cum l. & A. si vero constituitur ab eo, qui amouere non potest, non possit priuare, prout est constitutus à Capitulo, quod attento iure nõ habet potestatem priuandi absque superiore, dict. cap. in singulis, dict. vlt. Sic explicabis Trident. sess. 21. de reformat. cap. 8. in fin. ibi: *Visitare possunt, & corrigere, prout ipsi Superiores possent.* & sess. 25. de regul. cap. 11. ibi: *Visitationi, & correctioni.* Notat Cardoso in praxi Aduocatorum, verb. *Visitatione*, num. 10. Libris autem visitationis datur fides in illis, quæ spectant ad officium visitantis, Caput. decis. 158. part. 2. Gratian. tom. 4. cap. 727. num. 3.

Prouincialis per acta visitatione Monasterij, vel Visitator potest concedere indulgentiam plenariã. Claud. *indulgentia* 5. 10. & verb. *Visitator*, Enriq. lib. 7. cap. 19. §. 5.

Caueant autem Visitatores regulares, ne accipiant aliquid, vltra ea, quæ sibi ex constitutionibus, & consuetudinibus Religionis competunt, quia nisi restituant intra mensem, suspensionem ab officio incurrunt, cap. Romana de censibus, lib. 6. num. 6. Sayr. in thesaur. lib. 4. cap. 15. num. 27. De quo vide cap. exigit eodem. tit. & lib. Enriq. lib. 13. cap. 39. §. 4. in fin. Nauar. conf. 2. de censib. Sayr. decis. 11. eodem tit. & dict. cap. 15. num. 26. & Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3. Nec tenetur duplum restituere, vt per Nauar. & Sayr. vbi proximè. Licet ad id compellantur per dict. cap. exigit, & Trident. dict. loco.



IVLIO II. SVCCEDIT
Leo X. anno 1513.

LEONIS X.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1 *Confirmat prædecessorum, & Regum privilegia.*

LEO Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Magistro, & fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, ad Romanam Ecclesiam vllò modo pertinentibus, salutem, & Apostolicâ benedictionem. Cû à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, tam à fœlicis recordationis Alexandro IV. Clemente V. Urbano IV. & Nicolao III. quâ ab alijs prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per privilegia, siue alias indulgētias,

vobis, & dicto Ordini concessas; necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactiōnū, à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus rationabiliter, vobis, & per vos eidē Ordini auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrociniō cōmunimus. Nulli ergo omnino hominū liceat, hanc paginā nostræ confirmationis, & cōmunitationis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Romæ apud sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo tertio decimo, quinto decimo Kalend. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

LEONIS X.

BULLA SECUNDA.

SUMMARIUM BULLÆ.

I Concedit Priori sanctæ Annæ Panormitanæ nostri Ordinis, ut in Capella de Consolatione eiusdem domus possit festum Virginis celebrare. Quæstoresque per vniuersam Siciliam ad ipsius Capellæ restorationem mittere; necnon tres, vel quatuor fratres cuiuscunque Religionis in fratres dictæ domus recipere.

L EONARDVS miseratione Diuina, Tituli sanctæ Susannæ, Præbyter Cardinalis, &c. Dilecto in Christo moderno Priori domus sanctæ Annæ Panormitanæ Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorū, &c. Tuis supplicationibus inclinatus, auctoritate Domini Papæ, cuius Pœnitentiariæ curâ gerimus, & de eius speciali mandato super hoc viuæ vocis oraculo nobis factò, ut in honorem, & laudē nominis Beatæ Virginis Consolationis die Dominico post Octauam festi Resurrectionis Dominicæ in Capella de Consolatione in dicta Ecclesia sita festū, seu solennizationem de eadem Virgine celebrare, & celebriter obseruare.

Quæstoresque per vniuersam Siciliæ insulā pro eleemosynis in manutentionem, reparationē,

& conseruationē dictæ Capellæ conuertendis deputare; necnon fratres cuiuscunque etiā arctioris, atque mendicantium Ordinū in fratres dictæ domus, vsque ad numerum trium, vel quatuor (in euentu quod non reperiantur fratres alterius Ordinis in insula prædicta, qui se transferre valeant) recipere libere, & licite possis, & valeas. Et fratres ipsi, sic vocati (etiam superiorū suorum licentia petita; licet non obtenta) ad dictā domū se transferre, & postquā translati fuerint, omnibus, & singulis priuilegijs, quibus alij dictæ domus fratres vtuntur, potiuntur, & gaudent, vti frui possint, &c. Datis Romæ sub sigillo Pœnitentiariæ, tertio Kalendas Februarij, anno millesimo quingentesimo quarto decimo, & Sanctissimi Domini nostri Leonis Papæ Decimi anno primo.



Bullarium Ordinis

L E O N I S X.

BVLLA TERTIA.

Eaque inter nostras nobilissima.

COLLECTOR.

CVM anno 1516. Grauisissimi viri Magister frater Ioannes Lupus Commendator Oscæ, & frater Arnaldus de Duce, Gallus, Commendator Tolosæ ex 158. Christi fidelibus, quos magnis sumptibus, atque laboribus edirissima Paganorum seruitute, libertati donauerant septuaginta Romani vsque conduxissent, & ad pedes Sanctissimi Leonis prouoluti, nouo Romæque non viso spectaculo, illis quidem in circis, & arenis, editis se emifferrima captiuitate, tã corporis, quam animæ, discriminibus in numeris plena, exoptos per venerabiles, & charitate feruidos Patres asseruissent. Magnus ille Leo, quasi aduersus infideles furijs accensus, & ira; in oues vero suas calamitate illa miseranda præsas, pia affectione inclinatus, & in Ordinem nostrum admirando illi Deo, & hominibus gratissimo charitatis operi incumbentem, quod promissimus, hanc nobis Bullam concessit, gratijs, & fauoribus in Religionis nostræ Commendationem, & Captiuorum subsidium refertissimam, quæ merito mare magnum poterit nuncupari.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- 1 *Ordinem nostrum ob eximia Charitatis opera, quæ oculis ipse perspexit, commendat.*
- 2 *Prædecessorum, præsertim Nicolai III. Bullam 1. & Iulij II. Bullam 2. priuilegia recenset.*
- 3 *Petitionem Ioannis, & Arnaldi refert.*
- 4 *Omniū prædecessorum priuilegia, gratias, & indulta, quorum tenores pro insertis habet; ex certa scientia approbat innouat, & de nouo concedit.*
- 5 *Omnia, & singula indulta spiritualia, & temporalia gratias, priuilegia*

- privilegia, &c. Ordinibus Mendicantibus concessa, nostro Ordini, & nobis, ex eadem scientia concedit.
- 6 Relaxationem pœnarum purgatorij à Nicolao III. factam erogantibus duos florennos auri, ad unum florennum limitat, & eadem concedit.
- 7 Ordinis nostri fratribus concedit visitantibus (diebus Quadragesimæ, & alijs, quibus Ecclesia Romana Urbis visitantur) unum, vel duo Altaria nostrarum Ecclesiarum, omnes gratias quas consequerentur si Ecclesias Urbis intra, & extra muros visitassent; nosque facit participes omnium bonorum operum Ecclesie.
- 8 Erogantibus triginta denarios (viro, & uxore pro uno computatis) semel in vita, & in mortis articulo plenariam remissionem concedit.
- 9 Bona Redemptionis in nullum aliud opus commutari posse decernit.
- 10 Magistro Generali facultatem concedit, ut de tertia solum parte elemosynarum pro redimendis captivis congestarum, in subsidium domorum pauperum, & eorum qui hoc in sancto opere versabuntur possit disponere.
- 11 Bona, & legata ad Redemptionem relicta nullo modo comprehendi in quibuscumque applicationibus rerum ad pias causas relicta à Sede Apostolica factis, vel faciendis ex certa scientia determinat.
- 12 Licentiam concedit publicandi indulgentias, privilegia, & indulta, ubi placuerit.
- 13 Præcipit vniuersis locorum Ordinarijs in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub pœna interdicti ingressus Ecclesie lata sententiæ ipso facto incurrenda, ne nos ulla ratione inquietent, perturbent, vel impediant.
- 14 Ne pro litteris ad publicationem nostrarum indulgentiarum necessarijs ultra quinque florennos pro eis à Secretarijs, Notarijs, vel alijs ministris accipi posse, iubet.
- 15 Addit plenissimas non obstantias, etiam Conciliorum Prouincialium, & Synodalium.
- 16 Trascripto harum litterarum Notarij subscriptione, & sigillo personæ Ecclesiasticæ dignitate constitutæ munito, fides haberi iubet.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei; ad perpetuam rei memoriam. Dum grata Deo, & accepta hominibus

charitatis opera, quæ dilecti filij fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, omni studio quo nos modo

Bullarium Ordinis

modo (deductis in urbem septuaginta utriusque sexus Christi fidelibus per dictos fratres, nuper ab impia Sarracenorum seruitute non paruo pretio redemptis) occulta fide perspeximus, exercere non desinunt, animo volumus. Dudum quam necessaria sit huiusmodi Redemptio ad obuiandum periculis animarum, quas tam dura seruitus premitte mente complectimur, ea dicto Ordini, & de eo ad dicta Redemptionis opus, bene merentibus personis libenter concedimus, per qua Diuinum hoc pietatis officium, erga Christi pauperes, propensius in dies valeant exercere, & ea, qua propterea a predecessoribus nostris, pia consideratione, concessa fuisse dignoscuntur, vt eo firmiter inconcussa persistant, quo fuerint crebrius Apostolico circumsulta presidio. Dum a nobis petitur, nostrarum approbationis, & inuolutionis munimine roboramus.

Dudum si quidem, foelicis recordationis Nicolaus Papa IV. predecessor noster animabus defunctorum, qui in sinceritate fidei, ac vnitatis, & obedientia sanctae Romanae Ecclesiae, & suorumque successorum Romanorum Pontificum, contritione, & confessione integra, si tempus adforet, & confitendi facultas, ab hac luce migrassent, & pro quibus duo florenni auri Arago-

nia, vel pretium aequiualens ad praefatae Redemptionis opus, dicti Ordinis fratribus erogantur, omnem poenam, quam post eorum decessum, pro suorum expiatione peccatorum, pati deberent, per modum suffragij misericorditer in Domino relaxauit, & pia memoriae Iulius Papa II. etiam predecessor noster, postquam recolendae memoriae Bonifacius V. Alexander IV. Clemens VI. Gregorius XI. Martinus V. Eugenius IV. & Callistus III. Romani Pontifices, similiter predecessores nostri, Generali Magistro, & fratribus dicti Ordinis suas litteras concesserant, mentiones, relaxationes, concessiones, & alia indulta continentes, quas, & in eis contenta, post modum sanctae commemorationis Sixtus Papa IV. predecessor quoque noster per suas litteras, cum litteris Bonifacij, Alexandri, Clementis, Gregorij, Martini, Eugenij, & Callisti, predecessorum huiusmodi, de verbo ad verbum refertur approuasse, & nonnulla alia de nouo concesserat, litteras Sixti, & aliorum predecessorum huiusmodi quatenus essent in usu, auctoritate Apostolica approbauit, illaque perpetuae firmitatis robur obtinere decreuit, ac proportioni cautela, omnia, & singula in dictorum predecessorum litteris contenta, eisdem Generali

Ma-

Magistro, & fratribus de nouo concessit. Ac quod Confessor facularis, vel regularis, quē confraternitatis eiusdem Beatae Mariae Canonice institutae, vtriusque sexus confratres, pro tempore existentes, & eorum cuilibet, cuiuscunque dignitatis, gradus, Ordinis, & conditionis forent ducerent eligendū, ipsos ab omnibus, & singulis eorum excessibus, peccatis, criminibus, & delictis, etiam Sedi Apostolicae reseruatis casibus semel in vita, in alijs vero semel singulis annis, quemadmodum cōfratribus cōfraternitatis Ordinis sanctae Trinitatis, ab eadem erat Sede concessum, absoluere, eisque pro commissis poenitentiam salutarem iniungere possit. Et si ipsos confratres confraternitatis Beatae Mariae ad loca Ecclesiastico interdicto, auctoritate ordinaria supposita, declinare contigerit (cum tamen ipsi causam non de dissent, & quod in eos specialiter non emanasset) in illis clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & submissa voce Missis, & alijs Diuinis Officijs interesse. Ac qui ex dictis confratribus confraternitatis B. Mariae praebiteri forent, eas celebrare, nec non eorum idem cōfratrum, tempore interdicti huiusmodi decedentium cadauera, absque alia pompa solempni, Ecclesiasticae sepulturae tradi libere, & licite valerent. Quodque si confratres confraternitatis B. Mariae, tempore ingressus eorum, coniugati forent, solutis per virum, & uxore triginta, & deinde annuatim septem denarijs monetae Iacensis, tam vir, quam vxor confratres dictae confraternitatis Beatae Mariae essent, ac omnibus, & singulis concessionibus, indulgentijs, & remissionibus supra dictis gaudere censerentur. Vel si iidem, & alij fideles praefati eandem confraternitatem Beatae Mariae pro tempore ingredienti, in eorum ingressu, tres solidos cum dimidio dictae monetae, siue quadraginta duos denarios similes, siue aliam aequiualentem monetam soluere marent, ad dictorum septem denariorum, vel aliquam aliam solutionem, ratione confraternitatis huiusmodi faciendam obligati ulterius non essent, perpetuo statuit, & ordinauit. Et vt eisdem Ordini, & fratribus Beatae Mariae vberiora prouenirent subsidia, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confissus, vniuersis, ac singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, vere confitentibus, seu poenitentibus, & confessis, qui aliquam Ecclesiam domorum dicti Ordinis Beatae Mariae, in Natiuitatis, & Resurrectionis Domini

mini nostri Iesu Christi, ac Pen-
 recostes; necnon omnibus, & sin-
 gulis eiusdem Beatæ Mariæ to-
 tius anni festiuitatibus, à primis
 vesperis, vsque ad Occasum So-
 lis, dictarum festiuitatum, ac in
 omnibus diebus Dominicis, Qua-
 dragesimæ deuote visitarent, &
 inibi manus porrigerent adutri-
 ces, pro singulis festiuitatibus, &
 diebus prædictis, quibus id face-
 rant, decem annos, & totidem
 quadragennas, qui tempore, quo
 dicti captiui, postquã redempti
 forent, per diuersa loca, ad mise-
 ricordiam Domini propalandã,
 sub eius Crucis vexillo publice
 deducuntur, triginta denarios si-
 miles, ipsis fratribus Redempto-
 ribus erogarent; triginta annos,
 & totidem quadragennas de in-
 iunctis eis pœnitentijs, in Domi-
 no relaxauit. Et insuper vt Ge-
 neralis Magister, & fratres præ-
 fati, & eorum quilibet omnibus,
 & singulis gratijs, concessioni-
 bus, & indulgentijs, & remissio-
 nibus, quibus confratres Beatæ
 Mariæ pro tempore existentes,
 ac illam ingredientes, & Eccle-
 sias visitantes, ac manus adutri-
 ces porrigentes; cæterisque be-
 nefactores huiusmodi uteban-
 tur, & gaudebant, ac uti, & gau-
 dere possint, quomodolibet in
 futurum vterentur, & gaude-
 rent indulsit. Necnon eidem pro
 tempore existenti Magistro, &
 ad id de ipsius expresso consen-

su pro tempore deputatis fratri-
 bus, quæcumque legata ad Re-
 demptionem Captiuorum, hu-
 iusmodi pro tempore facta à qui-
 busvis personis, & locis in His-
 pania, & Regis Hispaniæ to-
 to dominio exigendi, & reci-
 piendi plenam, & liberam fa-
 cultatem concessit, prout in di-
 ctis Iulij prædecessoris desuper
 confectis litteris plenius conti-
 netur.

Et sicut exhibita nobis nup-
 per, pro parte dictorum filio-
 rum moderni Generalis Magi-
 stri, & qui dictos septuaginta
 Captiuos Redemptos in urbem
 duxerunt; Ioannis Lupi Oscen-
 sis, Magistri in Theologia, &
 Arnaldi de Duce Tolosanensis,
 dicti Ordinis Beatæ Mariæ, do-
 morum Præceptorum petitio,
 continebat plura, & diuersa a-
 lia immunitates, exemptiones,
 priuilegia, indulta, remissio-
 nes peccatorum, & aliæ gratiæ
 spirituales, & temporalesq; Or-
 dini Beatæ Mariæ huiusmodi,
 & illius fratribus, & benefacto-
 ribus, ac locis, per eosdem, &
 alios Romanos Pontifices, etiã
 prædecessores nostros, & dictæ
 Sedis Legatos concessa fuerunt.
 Quare pro parte dictorum Ge-
 neralis Magistri, ac Ioannis, &
 Arnaldi nobis fuit humiliter sup-
 plicatum, vt singulis litteris, pri-
 uilegijs, & immunitationibus,
 exemptionibus, cæterisque in-
 dultis,

dultis, & gratijs prædictis, pro illorum subsistentia firmiori, nostræ approbationis, & innouationis robur adijcere, & vt Christi fideles, crescentibus in dies in fidelium, terra, marique potentia, & fidelium, in feruitutem suam rapina, & præda, sua ad Redemptionem huiusmodi suffragia eo largius exhibeant, quo maior ex inde conspexerint præmia assequuturos dictis Ordini Beatae Mariae, & illius personis, & locis, ac benefactoribus eadem, & alia, quæ ad exequendum tam necessarium charitatis officium, esse viderimus opportuna, de nouo concedere, aliasq; in præmissis opportune provide re de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur præfatum modernum Generalem Magistrum, ac Ioannem, & Arnaldum, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum feriarum absoluentes, & absolutos fore censentes, singulorum priuilegiarum, gratiarum, & indulgentiarum spiritualium, & temporalium, tam Beatae Mariae, quam Mendicantibus Ordinibus, illo-

rumque personis, & locis concessorum, huiusmodi tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati. *Ex certa nostra scientia.* Auctoritate Apostolica tenore præsentium huiusmodi litteras, necnon immunitates, exemptiones, priuilegia, indulta, & alias gratias dicto Ordini Beatae Mariae, & illius fratribus, locis, & personis de illo benemerentibus, concessa huiusmodi (quatenus sunt in usu) approbamus, & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communitimus, & eidem Ordini Beatae Mariae, & eius fratribus, locis, & benefactoribus illa de nouo concedimus.

Necnon omnia, & singula gratias, priuilegia, & indulta dictis Mendicantibus Ordinibus, & eorum personis, & locis, per Sedem prædictam concessa, concedimus.

Et volumus, quod dicta relaxatio pœnarum Purgatorij animabus defunctorum, pro quibus dicti duo florenni erogarentur, per Nicolaum prædecessorem (vt præfertur) concessa eisdem animabus, alias iuxta ipsius Nicolai prædecessoris litteras qualificatas, etiam pro quorum singulis non nisi vnum florennum simile, ad dictæ Redemptionis

Bullarium Ordinis

opus erogare contigerit, suffragetur.

Et statuimus insuper, & ordinamus, quod dicti Ordinis Beatæ Mariæ fratres, quadragesimalibus, & alijs anni temporibus, & diebus nonnullæ vobis, & extra illius muros consistentes Ecclesiæ prostrationibus consequendis à Christi fidelibus visitantur, vnum, vel duo Altaria in Ecclesijs domorum dicti Ordinis Beatæ Mariæ, si ita deuotæ visitando, omnes, & singulas, & peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur si singulas vrbes, & extra eius muros existentes Ecclesias prædictas personaliter visitarent, vt sint participes omnium, & singulorum sacrificiorum, ieiuniorum, peregrinationum, etiam vltra mare, & aliorum operum, quæ nunc, & pro tempore in sacrosancta vniuersali Ecclesia, & omnibus eius membris fient.

Et quod singuli vtriusque sexus Christi fideles in Ciuitatibus, & Dioccesibus, in quibus dicti Ordinis Beatæ Mariæ, aliqua domus constiterit, viro, & vxore pro vna persona computatis, qui eiusdem Ordinis fratribus, ad hoc pro tempore deputatis, singulos triginta denarios monetæ ibidem cursum habentis, seu eorum valorem pro Redemptione huiusmodi erogauerint,

vltra alias gratias, & indulta benefactoribus ipsius Ordinis Beatæ Mariæ, dicta auctoritate Apostolica concessa, quo ad vixerint, semel in vita, & in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum suorum de quibus qui corde contriti, & ore confessi fuerint, indulgentiam, & remissionem consequantur.

Et quæuis pecuniarum summa, aut res aliqua pro Redemptione alicuius personæ specificè pro tempore oblata, & per dictos fratres Ordinis Beatæ Mariæ, accepta, in Redemptione eiusdem personæ, aliæ vero eleemosynæ, & pia suffragia à Christi fidelibus, pro Redemptione Captiuorum in genere pro tempore erogata, & prouentuum partes, quæ à singulis dicti Ordinis Beatæ Mariæ domibus, seu earum præceptoribus, ad Redemptionem eandem assignantur, in ipsum Redemptionis opus dumtaxat, exponi fideliter debeant, & in nulla alia pietatis opera valeant commutari. Eaque omnia in Arcam ad hoc, per dictum Generalem Magistrum specialiter deputandam, & sub quatuor clauibus apud quatuor ex primoribus, eiusdem Ordinis Beatæ Mariæ fratribus, deponendis custoditam, congerantur, ac conseruentur.

Liceat autem dicto Generali Magistro, qui pro tempore fuerit,

rit,

rit, de tertia solum parte pecuniarum, & rerum pro Redemptione huiusmodi in genere congestarum, in suarum, & ipsius Ordinis Beatae Mariae domorum pauperum, & eorum, qui in hoc sancto opere versabuntur, & se exercent, ingruentium pro tempore necessitatum, subsidium, disponere.

Declaramus etiam scientia, & Apostolica auctoritate similibus, quaecumque ad Redemptionem huiusmodi pro tempore legata relicta, & donata, sub quibusvis rerum ad pias causas relictarum, vel donatarum applicationibus, etiam in fauorem fabricae Principis Apostolorum de Vrbe, vel subsidium expeditionis contra infideles, etiam in specie, de bonis ad eandem Redemptionem pertinentibus, per nos, & Sedem praedictam factis, & faciendis nequaquam comprehenduntur, sed esse ab illis perpetuis, futuris temporibus, prorsus exceptas.

Demum, dictis fratribus Ordinis Beatae Mariae, & Commissariis ab eis super negotio Redemptionis huiusmodi pro tempore deputatis, indulgentias, & peccatorum remissiones, ceteraque priuilegia, & indulta, ipsis, & alijs Christi fidelibus, eorumque suffragia ad praemissa exhibentibus pro tempore concessa, ubi quando, & quoties, eis opportunum videbitur perse, vel

alium, seu alios in Ecclesijs, & alijs locis, etiam solemniter publicandi, & publicari faciendi plenam, & liberam licentiam elargimur.

Præcipientes districtius vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs, in virtute sanctae obedientiae, & sub interdicti ingressus Ecclesiae latae sententiae poena ipso facto, quod in aliquo contrauenerint incurrenda, nediacti Ordinis Beatae Mariae fratres, & Commissarios, vel alios, ab eis etiam ad praedicationis, seu publicationis huiusmodi opus pro tempore deputandos, aut eorum aliquem super praemissis directe, vel indirecte quouis quæsito colore impediant, inquietent, vel perturbent.

Nec ab eis ratione singularum litterarum, quas ipsi pro publicationibus huiusmodi in eorum Ecclesijs, Ciuitatibus, & Diocesisibus, seu districtibus commodius faciendis concedere solent ultra quinque florennos similes, pro eis, eorumque Secretarijs, & Notarijs, & alijs ministris accipiant.

Decernentes praesentes litteras quibusvis reuocationibus, suspensionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus per nos, & Sedem eadem pro tempore factis,

nullatenus subiacere, non obstantibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & synodalibus concessis, Edictis Generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac omnibus illis, quæ Nicolaus, Sixtus, & Iulius prædecessores præfati in singulis suis litteris prædictis voluerint non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque. Ceterum quia difficile foret præsentibus litteras ad singula quæque loca vbi earum vsus ad præmissa necessarius foret originaliter posse transferri, volumus, & eadem Apostolica auctoritate etiam decernimus, quod ipsarum præsentium trasumptum publici Notarij subscriptione, & alicuius Curie Ecclesiasticæ, vel personæ in dignitate Ecclesiasticæ constitutæ, si-

gilli impressione munito, eâ vbi que fides adhibeatur indubia, quæ præsentibus adhiberetur, vbi cumque essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, innouationis, communitio- nis, concessionis, declarationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contrariare. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatione Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo sexto. Quinto Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno quarto.

SCHOLIA SERAPHINI.

Pontifex sub n. 4. ad effectum validitatis huius Bullæ absoluit Magistrum ab excommunicatione, suspensione, & interdicto, quod plerique alij Pontifices in his Bullis faciunt. Pro quo notabis, quod rescriptum ab excommunicato impetratum, processusque inde sequutus sunt nullius momenti, & irrita præterquam super excõm- municationis, vel appellationis articulo, c. 1. de rescript. lib. 6. Nauar. cap. 27. nu. 22. §. 13. Enriq. lib. 13. cap. 13. §. 1. vbi glos. lit. I. Suar. de censuris, disput. 17. sect. 1. à n. 2. Antonius Riuius de iure personæ extra Ecclesiæ gremium existentium, lib. 4. cap. 48. à prin- cip. Etiam si sit occultus Ioan. Andr. Anchar. colum. 2. Domin. num. 5. Petrus, nu. 3. & 5. in dict. cap. 1. Abb. n. 11. in cap. fin. de pro- curat. Paris. conf. 77. num. 10. volum. 4. Siluester, verb. *Rescriptum*, num. 2. in fin. communis ex Paris. num. 50. in cap. exceptionem, de except. Suar. dict. section. 1. num. 4. communis Riuiul. dict. cap. 38. num. 8. Qui limitat nisi sit procurator. quidquid dubitat Nauar.

in cap. ita quorundam, not. 11. nu. 8. de Iudæis propter auctoritatem Anchar. in dict. cap. 1. in princip.

Ex quibus deduces Bullam Cruciatæ impetratam ab excommunicato valere. Enriq. lib. 7. cap. 18. §. 2. & lib. 13. cap. 13. §. 1. in glos. lit. K. post alios, quos refert contra Llamas in sum. 1. part. §. 6.

Hodie tamen ex stilo per clausulam: *Ad hunc effectum absolventes*, cessat dict. cap. 1. Steph. de vi, & effectus clausular. in princip. num. 7. Nauar. supr. num. 14. Suar. dict. num. 2. & ita Pontifices eadem uti solent in nostris Bullis.

Pontifex in vers. *Luceat*, sub num. 10. concedit Magistro Generali facultatem disponendi de tertia parte pecuniarum, & rerum pro Redemptione Captiuorum congestarum in subsidium Ordinis, & domorum pauperum, ministrorumque necessitatem. Noto quod in solo Summo Pontifice datur potestas commutandi relicta, vel donata in usum pium ad alium diuersum de plenitudine potestatis. Clement. quia contingit, in princip. de Religiosis domib. ibi: Cum ea, quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salua quidem Sedis Apostolicæ auctoritate) conuerti. Bald. in l. si testamenta in princip. cap. de testament. Couarru. & ab eo citati, num. 7. in cap. tua de testam. Siluest. verb. *Legatum* 4. quæstion. 12. Vnde nec Legatus de Latere id potest. Glos. verb. *Sedis Apostolica*, in dict. Clement. quia contingit, vbi Lupus, & Çabarella. Siluest. dict. quæstion. 12. ad fin.

Causa autem ad hanc commutationem requirit communis ex præcitis, & omnis ratio motiua Principis habetur pro causa. Bald. in l. rescripta, cap. de præcibus Imperat. offerend. Siluest. dict. quæstion. 12. In præsentiarum autem iusta causa est Ordinis, & domorum paupertas fratrum sollicitudo circa querendas eleemosynas in Redemptionis opus. Accedit, quia expedit Captiuis Ecclesiis, & Monasteria sustinere, & reparari, in quibus eleemosynæ recipiuntur ad Captiuorum Redemptionem, quia in eis conueniunt fideles, & inuitantur ad Captiuorum subsidia, & sic Captiuis ea reparari, & sustineri, ministrosque pro eleemosynis colligendis occupatos ali expedit, prout alias argumentatur Ioannes Andreas in cap. vltim. colum. 2. de testament. lib. 6. vbi concludit relicta pauperibus posse in fabricam Ecclesiæ pauperis conuerti, ex prædictis rationibus. Iuste ergo, & merito Leo X. tertiâ pecuniarum partem pro Captiuorum Redèptione deputatarû, pro-

pter domorum paupertatem, & ministrorum laborem Ordini applicauit.

Item Leo, vers. *Declaramus*, sub num. 10. declarat ex certa scientia relicta, & donata pro redimendis Captiuis, non comprehēdi sub quibusvis applicationibus, etiam in subsidium expeditionis contra infideles; etiam si (quod est notabile) fiat in specie mentio de bonis ad eandem Redemptionem pertinentibus. Quod confirmari potest ex priuilegio Pij V. quo eximit Collegia, & Monasteria Mendicantium ab omnibus oneribus, subsidijs, & impositionibus ordinarijs, vel extraordinarijs; quamuis in ipsa impositione caueatur, nullam exemptionem cuiquam suffragari; etiam pro expeditione contra infideles, pro defensione patriæ, etiam ad Imperatorum, Regumve instantiam impositis, quod alij Summi Pontifices confirmarunt. Enriq. videndus de indulgentijs, lib. 7. cap. 27. §. 10. lit. R. Quod nota contra eos, qui arbitrantur, & consulunt, quod opus Redemptionis cesset, & conuertatur in classem contra infideles, vocantes hanc classem Redemptionem præseruatiuam; dicentesque Captiuos non habere ius ad eleemosynas futuras contra nostrum Pontificem, qui idem disponit in donatis, & relictis præsentibus, & futuris, & constat ex natura rei, nam Bullæ quæ vim legis habent, vt resoluisti in proœmio, numer. penultim. regulariter in futurum diriguntur, iuxta capit. vltim. de constitut. & ita comprehendunt in posterum relicta: alias enim nullius essent fauoris, & effectus.

Sic priuilegium recipiendi iura, & redditus comprehendit impositos, & imponendos. Brun. de augment. conclus. 16. numer. 5. & 6. Caued. decis. 113. numer. 1. part. 2. Menoch. consil. 201. numer. 150. lib. 3. & consil. 1105. ex num. 5. lib. 11. Nat. conf. 394. numer. 3. 4. & 5. consil. numer. 19.

COLLECTOR.

VT innotescat quam grauis causa, mentem Romani Pontificis, ad concedendum inter alia tertiam partem eleemosynarum, pro Captiuis Christianis redimendis congestarum, in subsidium domorum, pauperum, & Monasteriorū Ordinis nostri impulerit; Notabis Monasteria ipsa in magnā penuriā necessitatemq; extremā deuenisse, quia magnas prædiuitesq; hæreditates, & bona mobilia, & immobilia in Redemptionē Captiuorū consumpserant. Tātus erat zelus,

zelus, charitatisque ardor nostrorum fratrum circa Captiuos illius saeculi deriuatus a sanctissimo Patre, & Patriarcha nostro Petro Nolasco, qui iam iam viam ingrediens vniuersae carnis nobis filijs suis pro testamento praecepit (vt ex Stefano Corbera (in vita Beatae Mariae de Socors, quae habitus nostrae Religionis prima induit, cap. 80.) constat) quod si necessitas fidelium vrgeret pro ipsorum Redemptione omnia, tam mobilia, quam immobilia bona, quibus Religio fruebatur confumerent. Vnde ipsius voluntatem Patres, qui Illerdæ ad Comitata Generalia celebranda conuenerunt exequentes anno millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, fratribus ad Redemptionem deputatis plenissimam potestatem super omnia bona Ordinis pignoranda, seu alienanda concessere; his verbis: *Si vobis videbitur pro necessitate dicta Redemptionis ad vendendum pro nobis, & nomine nostro, & totius dicta Ordinis super omnibus, & singulis bonis nostris mobilibus, & immobilibus, priuilegiatis, & non priuilegiatis, &c.*

Idem testatur serenissimus Iacobus Aragoni II. Rex, Epistola ad Clementem Papam V. quae incipit. *Sanctissimo, & Reuerendissimo in Christo Patri, &c.* & prosequitur: *Sanctitate, & Beatitudine vestra tenor praesentium declaratur, quod olim quidam laici terra nostrae habentes deuotionem ad Christum redimendis Captiuis fidei orthodoxae a captiuitatibus Barbarorum sua omnia distrahentes in redemptione ipsorum praetia conuerterunt, &c.*

Et licet olim Monasteriorum Ordinis aegritatem, & in illorum reparationem Religio hoc indulto vsa fuerit iam multum ab hinc annorum non est in vsu, imò iuxta nostrarum constitutionum iura maximis poenis subiacent, qui bona redemptionis non fideliter, vt opus est dispensant, & in propios vsus, seu Monasteriorum vsus conuertunt.



LEONIS X.

BVLLA QVARTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Abbat̃es sancti Saturnini Tolosana, & sanctæ Fidei Cesaraugustana, ac sanctæ Mariæ Riupulli Vicensis Diœcesum super executione Bullæ præcedentis Conservatores deputat.

LEO Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis sancti Saturnini Tolosana, & sanctæ Fidei, & sanctæ Mariæ Riupulli Cesaraugustana, & Vicensis Diœcesum, Monasteriorum Abbatibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Hodie emanarunt à nobis litteræ tenoris sequentis. Leo Episcopus servus servorum Dei. Sequitur Bulla præcedens. Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando expediens fuerit, ac quoties pro parte Generalis Magistri, & fratrum prædictorum, vel alicuius eorum desuper requisiti fueritis solènitè publicari, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciat̃ ipsos, & eorum quemlibet litteris nostris prædictis, & omnibus in eis cõtentis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes, eos per locorum ordinarios, aut quoscumque alios desuper indèbite molestari, contradictores, per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione postposita cõpescendo, non obstantibus omnibus supradictis, aut si Ordinarijs præfatis, aut quibusvis alijs communiter, vel diuisim à dicta Sede sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum huiusmodi mentionem. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo decimo sexto, quinto Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno quarto.

COLLECTOR.

LEO X. per suam Bullam 5. Decanum Toletanum, & Hispalensem, & Scholasticum Vallisoletanum, Palentiæ Diocæsis super executione Bullæ 3. Conferuatores deputat. Bullæ tenor sic habet. Leo Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Decanis Toletano, & Hispalensi; necnon Scholastico Vallisoletano, Palentiæ Diocæsis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Hodie emanarunt à nobis litteræ tenoris sequentis, &c. Ad verbum prosequitur sicuti præcedens Bulla 4. Datis eodem die, & anno.

LEONIS X.

BULLA SEXTA.

SUMMARIVM BULLÆ.

Omnia indulta in huius Pontificis Bulla 3. contenta recenset, & Scholasticos Hispalensis Malacitanæ, & Corduensis Ecclesiarum super ipsius executione, loco Decanorum, & Scholastici in præcedenti Bulla 5. deputatorum Conferuatores designat.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Hispalensis, ac Malacitanæ, ac Corduensis Ecclesiarum Scholasticis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum pro parte dilectorum Generalis Magistri, & fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, nobis exposito, quod fœlicis recordationis Nicolaus Papa III. prædecessor noster. Prosequitur Bulla 3. usque ad numerum 15. ibi: *Vel ostensa. Et postea sequitur*

hec Bulla in hunc modum. Et deinde per alias nostras litteras, dilectis filijs Decanis Tolosanæ, & Hispalensis, ac Scholastico Vallisoletanæ, Palentiæ Diocæsis Ecclesiarum dedimus in mandatis, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel aliū, seu alios litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando expediens foret, ac quoties pro parte Generalis Mistri, & fratrum prædictorum, vel alius cuius eorum desuper requisiti forent solemniter publicantes, eis-

que

que in præmissis efficacia defensionis præsidio assistentes facerent ipsos, & eorum quemlibet litteris nostris prædictis, & omnibus in eis contentis pacifice frui, & gaudere, non permittentes, eos, per locorū Ordinarios, aut quoscumque alios desuper indebite molestari, contradictores per censuram Ecclesiasticā, & alia iuris remedia appellatione postposita cōpescendo, prout in singulis litteris nostris huiusmodi desuper confectis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis postea pro parte doctorum Generalis Magistri, & fratrum petitio continebat, ipsi super præmissis, ad Decanos, & Scholasticum Ecclesie Vallissoleti præfatos de facili non possent habere recursum, pro parte eorundem Generalis Magistri, & fratrum nobis fuit humiliter supplicatum, vt ne earumdē litterarum frustraretur effectus, aliquos alios probos viros, loco

Decanorum, & Scholastici Ecclesie Vallissoletanæ eorundē subrogare, ac alias super his opportuna providere, paterna diligentia curaremus. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestræ per Apostolica scripta mādamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per se, vel per alium, postquam nostræ dictæ litteræ, vel earum auctoritate transcripta, vobis, seu alteri vestrum præsentata fuerint, ad illarum executionem, illarū forma seruata in omnibus, & per omnia procedatis, ac si singulæ nostræ litteræ prædictæ, vobis, & non ipsis Decanis, & Scholastico Ecclesie Vallissoleti à principio directæ fuissent. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimosextimo, pridie Kalendarum Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

LEONIS X.

BULLA SEPTIMA.

SUMMARIUM BULLÆ.

Ioanni Episcopo Burgensi facultatem concedit puniendi Episcopos, & alios Prælatos, qui à nostris pecuniam exigunt, pro publicatione indulgentiarum libere faciendâ; idque ad annum pro pecunia conquirendâ

ad

ad milites redimendos, qui ex Caroli V. classe naufragiū passa in Sarracenorum inciderunt potestate.

LEO Papa X. Venerabili fratri Ioāni Episcopo Burgenſi. Venerabilis frater, salutem, & Apostolicam benedictionem. Alias per nos nō quidem sine graui cordis dolore accepto, quod paucis tunc antea mensibus ex classe charissimi in Christo filij nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici apud Africam naufragium passa, multū Christiani milites in Sarracenorum inciderunt seruitutē, & in ea cum animarū simul, & corporum periculo detinebantur. Nos desiderantes tanto periculo quamtotius obuiare motu proprio, & ex certa nostra scientia fraternitati vestrae alijs nostris litteris dedimus in mā datis, quatenus de praefati Regis consensu omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, & super illis facultates, & indulta vniuersis vtriusque sexus Christi fidelibus, aliquid de bonis eorum modo ibi expresso dilectis filijs fratribus Ordinis sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captiuorum, ad ipsum Redemptionis opus, pro tempore, erogantibus, à Sede Apostolica cōcessa, in singulis eiusdem Regis, Regnis, & dominijs faceres auctoritate nostra publicari: tollesque quo ad illā suspensionem

generalem omnium, & singularium indulgentiarum, & per earum prosecutionem facultatū, quibusvis Ecclesijs, & locis, in dictis Regnis, & dominijs consistentibus; etiam praedictae Redemptioni tunc concessarum, & in posterum concedendarum, ac earum publicationis prohibitionem, per nos in fauorem expeditionis contra infideles vsque ad certum ibi expressum tempus, motu, & sciētia similibus factas, quas etiam nos tunc sustulimus, vsque ad annum tunc immediate futurum, & alia faceres, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autē (sicut accepimus) dictae litterae cōmode publicari actenus nō potuerunt, & in Aragonū, & illis adhaerentibus Regnis, & dominijs paucae dictae sanctae Trinitatis, multae vero Beatae Mariae de Mercede Redemptionis eiusdem Ordinis domus, ad idem Remptionis opus persequendum, existant, cuius Ordinis Beatae Mariae fratribus, etiam aliquid in quantitatibus ibi expressis pro Redemptione huiusmodi, pro tempore erogantes, varia, etiam ibi expressa indulgentias, & peccatorum remissiones, & alia spiritualia dona, ex Sedis Apostolicae, & diuersorum Romanorum Pōtificū praed-

Bullarium Ordinis

decessorum nostrorum largitione consequuntur.

Et consuetudo quædam, seu potius corruptela in singulis fere Regnis, & dominijs prædictis, à tanto tempore citra de cuius initio forsan non extat hominum memoria inoleverit ut dictorum Ordinum fratres indulgentias, & indulta huiusmodi prædicare, & indulgentias ad dictum Redemptionis opus petere, & legata eis pro eadem Redemptione facta exigere, & habere per locorum Diocesanos, & etiam inferiores Prælatos, & Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani Præceptores, & fratres, in Ecclesijs, & locis eorum dominio, vel iurisdictioni subiectis impediuntur, nisi prius ipsorum Diocesanos, & aliorum Prælatorum, ac Præceptorum desuper licentiam pecunia comparetur, aut alias cum eis, pro ea obtinenda, aliquam compositionem faciant. Ad celerè quoque dictorum Captiuorum militum Redemptionem pertineant quantitates eleemosynarum erogandarum pro indulgentijs, & alijs gratijs prædictis consequendis, taxatæ pro locorum, & personarum qualitatibus alteratæ, & consuetudinem huiusmodi ad eundem saltem effectum suspendere motu, & sciëntia similibus, per annum in dictis litteris concessum, à die illarum, & præsentium

litterarum in singulis Cathedralibus Ecclesijs publicationis faciendæ, quo ad Ciuitates, & Dioceses ipsarum Ecclesiarum, in quibus publicatio fiet respectiue, illis exceptis, quæ in Regno Neapolitano existunt, incipere declaramus, & easdem nostras litteras, cum omnibus, & singulis commissionibus, mandato, facultatibus, & alijs in eis contentis clausulis ad indulgentias, & peccatorum remissiones, atque indulta dicto Ordini Beatæ Mariæ, & illius fratribus, pro eodè Redemptionis negotio (ut præfertur) concessa. Et ad personas etiam in insulis Maris Oceani sub dicti Regis ditione agentes extendimus, & ampliamus. Nec non vniuersis locorum Diocesanis, Abbatibus, Conuentibus, ac alijs Prælatibus, ac Præceptoribus præfatis, ac eorum cuilibet, sub ingressus Ecclesiastici interdicti, & suspensionis, ab Ecclesijs, quibus præssunt regiminibus, quo ad Archiepiscopos, & Episcopos: quo ad alios vero inferiores, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, & quoad omnes mille ducatorum auri, quos ex nunc, prout ex tunc, dictæ Redemptioni applicamus pœnis ipso facto incurrendis districtè præcipimus, quatenus anno prædicto, durante vbi, & quando, ac quoties pro parte tua fuerint requisiti, quibusvis personis per se

ad

ad hoc deputandis, & dictorum Ordinum fratribus liberam absque aliqua solutione, vel compensatione, præterquã mercede laboris scripturam desuper necessariam conficientis licentiã pro indulgentijs, & indultis prædictis in eorum Ecclesijs, Ciuitatibus, Diocæsibus, & locis alijs publicandis, & prædicandis concedant, & ab omni contra eas indulgentias, atque indulta huiusmodi publicantes, & prædicantes, & eleemosynas quærentes, impedimento directe, vel indirecte quouis quæsito colore abstineant; quinimo eis fauorem, auxilium, & consilium illius intuitu, qui pro salute humani generis sanguinem, & vitam exponere dignatus est præbere studeant opportuna.

Fraternitati vero tuæ, de cuius prouidentia, & fide multo nobis maiora promittimus quantitates prædictas, prout iuxta lo-

corum, & personarum qualitates faciendas esse cognoueris au- gendi, & moderandi, & eos, qui in censuras, & pœnas huiusmodi incidere non erubuerunt illis in- nodatos esse, per te, vel alium, seu alios declarandi, ipsasque cœ- suras, etiam iteratis vicibus ag- grauandi, & pœnas pecuniarias exigendi, & in dictum Redem- ptionis opus omnino conuertendi, quauis appellatione remota, & brachium sæculare quoties opus fuerit inuocandi, plenam, & liberam earundem tenore præ- sentium concedimus facultatē. Non obstantibus præmissis, ac omnibus alijs, quæ in alijs no- stris volumus non obstare; cæ- terisque contrarijs quibuscum- que. Datis Romæ apud sanctum Petrum sub annullo Piscatoris, die vndecima Iunij M. D. XIX. Pontificatus nostri anno septi- mo.

SCHOLIA SERAPHINI.

NOtat Pontifex naufragium Caroli V. Imperatoris, cuius causa plurimi milites captiui fuerunt, pro quorum Redemptione omnes alias indulgentias, quo ad annum suspendit, & quo ad trienniũ in sequenti Bulla.

Secundo, prohibet sub grauibus pœnis, ne Episcopi, alijsve Præ- lati mercedem exigant à Monachis nostris pro promulgandis indul- gentijs, in Redemptionis fauorem. Quod postea generaliter pro- hibuit etiam, Trident. sess. 21. de reformat. cap. 9. ad fin. ibi: *Quibus etiam eleemosynas, atque oblatas ibi charitatis subsidia, nulla pro sua mer- cede accepta fideliter colligendi facultas datur.* Vbi non prohibet facul- tatem

tatem colligendi eleemosynas, datis indulgentijs; sed ne hæc facultas mercede accepta impetretur, quidquid aliter intelligat, Navar. conf. 17. num. 5. de pœnit. & remis.

COLLECTOR.

LEO X. per suam Bullam 8. Bullam præcedentem extendit ad triennium, sub eisdem pœnis, & censuris, & fere eisdem verbis. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo nono, quinto Kalendas Iulij, Pontificatus anno septimo.

LEONI SVCCEDIT

Adrianus VI. anno

1522.

COLLECTOR.

ADRIANVS VI. per Bullam 1. concedit omnibus fidelibus Ecclesiam nostri Conuentus Granatensis visitantibus indulgentiam plenissimam, in forma iubilei, quæ per modum suffragij animabus defunctorum applicari valeret. Huius Bullæ exemplar ego non vidi: refert tamen fide Magister Vargas in Chronica, nostri Ordinis, lib. 2. cap. 25.

A D R I A N I V I.

BVLLA SECVNDA.

Id est instrumentum ipsius tempore confectum.

COLLECTOR.

CVm immortalis memoriæ Leo Decimus Bulla ipsius tertio nobis Ordinum Mendicantium gratias, & priuilegia communi-

calset

caisset visum est Reuerendo admodum Patri fratri Alfonso de Zorita Prouinciæ Castellæ, de eaque benemeritissimo Prouinciali; necnon eiusdem Prouinciæ Diffinitoribus, in Monasterio Segouien- si, in Prouinciali Capitulo congregatis, fideles, tam viros, quam foeminas ad Ordinis beneficia, & bona admittere spiritualia, quo magis ad eleemosynam conferendam, quæ Ordinis paupertas subleuaretur, allicerentur. Ad eundemque finem instrumentum quoddam Patres illi confecerunt, quo ad huiusmodi fideles admittere utebantur, quod epistolam confraternitatis, & nostro idiomate *Carta de hermandad* appellauerunt; in eiusque calce Cathalogum, seu indicem indulgentiarum, quibus prædicti fratres potiuntur attexerunt. Quæ omnia in hoc nostro opere transcribere placuit. Quia vero prædictæ indulgentiæ, & peccatorum remissiones, non solum ex nostris concessionibus; sed ex aliorum Ordinum Mendicantium priuilegijs desumpta fuere, duo fecerunt. Primo, clausulam Bullæ 3. Leonis X. in qua cæterorum Ordinum gratias nobis communicat, extraxerunt; deinde Bullam aliam transcripserunt Sixti IV. sacro Ordini Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli concessam, quam quia quam plurimas prædecessorum gratias de nouo concedit *Mare Magnum*, nuncupata est. Omnia autem in ea Bulla sacro prædicto Ordini concessa nobis concedi ex concessione, prædicta Leonis X. manifestum est. Vnde quæcumque ille fuerint indulgentiæ, & peccatorum remissiones nobis concessa censentur, sicuti omnes aliæ, quibus vniuersi Ecclesiæ Regulares Ordines gaudent, vt ad prædictam Leonis X. Bullam 3. dictum est. Omnia autem ea transumpta auctoritate Prouisoris, Vicarij Vallisoletani communita sunt, & sequuntur in hunc modum.

SUMMARIVM INSTRUMENTI.

Prouisor, & Officialis Vallisoletanus ad instantiam fratris Francisci de Villagarcia, Bullas quasdam, & litteras Prouincialis, & minutam (vt vocant) indulgentiarum Ordinis confratribus concessarum auctoritate communit.

IN Nomine Domini, Amē. ri, visuri, lecturi pariter, & audituri, quod Nos Gundizaluus Alderete, in iure Ciuili Baccalarius sæcularis, & Collegiatae Eccle-

Bullarium Ordinis

Ecclesiæ Oppidi Vallisoleti, Palentinae Diocesis, eiusque Abbatia in locum Magni Francisci Domini, ac Reueredi Patris Domini Alfonsi de Villarroel, Ecclesiæ, Oppidi, & Abbatia prædictorum Abbas, Prouisor, Vicarius, & Officialis in spiritualibus Generalis, ac Reuerendi, & Religiosi viri Domini fratris Francisci de Villagarcia, Præceptoris Monasterij Beatæ Mariæ de Mercede dicti Oppidi Vallisoleti, suo, & totius Ordinis de Mercede horum Regnorum Castellæ, & Legionis, ac ipsius Prouincialis, & Generalis Capituli Procuratoris instantiam, & requisitionem. Vidimus, legimus, tenuimus, palpauimus, & diligenter inspeximus, primo quasdam litteras Apostolicas originales felicis recordationis Leonis Papæ X. in pergameno, & lingua Latina scriptas. Eius denique Domini Leonis veram Bullam plumbæ cum cordula canapis, more Romanæ Curia, impendente, bullatas intra insertas clausulas in se continentes, ad quarum effectum nobis ostensæ fuerunt; necnon *Mare Magnum* nuncupatum, imprenta scriptum, & in eodem quasdam litteras Apostolicas Sixti eiusdem recordationis Papæ IV. in forma trascripti, in publicam formam redacti, inter quas plures litteras Apostolicas *Mare Magnum*, nun-

cupatas existentes in clausas, de quibus, vt in præ nominatis litteris Leonis, ipsi Prouincialis, & Capitulum, ac Ordo Beatæ Mariæ de Mercede, ipsiusque Ordinis confratres vti, potiri, & gaudere possint, & debeant, authenticas. Et quodam trascripto publico per Reuerendum Dominum Petrum Vaca in Decretis Doctorem, tunc Prouisorem, Vicarium, & Officialem Generalem in Ecclesia, Ciuitate, & Diocesi Salmanticensi, per Reuerendum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Franciscum de Bouadilla, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopum Salmantinum, signo discreti viri Domini Petri Perez de la Enzina, Apostolica auctoritate Notarij signato, in clausas, ac etiam alias litteras per Reuerendum Patrem Dominum Alfonsum de Zorita, in Theologia professorem, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, & eius sanctæ Redemptionis Captiuorum in Castellæ, Granatæ, Portugallia, & Indiarum, ac Terræ firmæ Maris Oceani, ac de Consilio, & assensu Diffinitorum Capituli Prouincialis nuper celebrati concessas, in pergameno, & lingua Hispana scriptas, sigillique dicti Ordinis oppressione munitas, & per Bartholomæum de Valleoleto Notarium signatas, & subscriptas; Ac etiam quandam minutam, siue extractum

indulgentiarum, indultorum, & gratiarum Ordini prædicto, eiusque confratribus, tam per suprâ nominatas, & inferius insertas, quàm per alias quasvis litteras Apostolicas, in Mare Magnum inclusas, & alias dicto Ordini cõcessas, instrumentum, & vt asseruit de mandato Imperatoris, & Regis Domini nostri, ac eius Cõfilij per Dominum Licenciatum de sancto Iacobo vnum de dicti Domini Imperatoris Consilio editum, nomine suo, vt apparuit subscriptum. Et quia per visum huiusmodi litteras originales dicti Domini Leonis fœlicis recordationis Papæ X. & litteras Sixti in libro *Mare Magnum* insertas, & litteras dicti Prouincialis originales; necnon minutam huiusmodi, sanas, integras, & illasas, non viciatas, non cancellatas, non in aliqua sua parte suspectas; sed omni prorsus vicio, & suspitione carere (prout earum inspectione prima facie apparebat) reperimus. Ideò ad eiusmodi Domini fratris Francisci de Villagarcia Præceptoris, ac Procuratoris ante dicti, asserentis lit

teras prædictas ad quamplurima loca referri, & quandam sanctam confraternitatem per dictum suum Prouincialem, & Capitulũ Generale, & eius Diffinitores institutam, & ordinatam; necnon indulgentias, gratias, peccatorum remissiones cõfratribus recipiendis per prædictas, & alias litteras concessas prædicare, & publicare velle instantias binas clausulas ex dictis litteris Leonis ad eiusmodi negotium pertinentes; necnõ alias litteras, & munita, siue extractũ prædictas, per nostram, & Abbatialis Audientix dicti Oppidi Vallisoleti Notarium infra-scriptum trasummi, transcribi, & exemplari, ac in publicam trasumpti formam redigi fecimus, & mandamus decernentes, & volentes, vt huic præfenti nostro publico trasumpto, talis, & tanta fides iniudicio, & extra, vbique locorum adhibeatur, qualis, & quanta clausulis litterarum Leonis, & alijs litteris in forma superius annotata per nos visis adhiberetur, si forent adhibita, vel ostensa.

COLLECTOR.

Tenor veroistarum clausularũ litteræ Leonis fœlicis recordationis Papæ X. necnon aliarum litterarum, & minuta, de quibus suprâ mentio fit, successiue de verbo ad verbum sequitur, & est talis. Initium, & clausulam 5. Bullæ 3. Leonis X. ad verbum transcribit.

Bullarium Ordinis

SUMMARIVM TRASVMPTI.

- 1 Concedit omnibus Christi fidelibus quamlibet domorum nostrarum, Capellam, seu Ecclesiam visitantibus, diebus Natiuitatis Dominicae, Resurrectionis, & Penthecostes, diebus Dominicis Quadragesima decem annos, & totidem quadragenas indulgentiarum.
- 2 Vt participemus de omnibus gratijs, & indulgentijs ceterorum Ordinum Mendicantium decernit.
- 3 Quae concessa in specialibus Ordini Beatae Mariae de Monte Carmeli nobis concedit ad exemplar Bullae Sixti IV.
- 4 Ea omnia, quae ceteri Pontifices Romani eius praedecessores ceteris Ordinibus Mendicantibus concessere, concedit, & communicat.
- 5 Confratribus secularibus nostro adherentibus Ordini, seu deuotioni quam voluerint erogare elemosynam, amplissimas concedit indulgentias, & gratias, & aliorum Romanorum Pontificum concessas confirmat.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Hispalensis, Malacitanensis, & Corduensis Ecclesiarum Scholasticis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum pro parte dilectorum filiorum Generalis Magistri, & fratrum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum nobis exposito, quod foelicis recordationis Nicolaus Papa IV. praedecessor noster, &c. Et vt eiusdem Ordini, & fratribus Beatae Mariae vberiora prouenirent subsidia de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confissi. Vniuersis, ac singulis vtriusque sexus Chri-

sti fidelibus vere poenitentibus, & confessis, qui aliquam Ecclesiam domorum dicti Ordinis Beatae Mariae de Mercede die Natiuitatis, & Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, ac Penthecostes, necnon omnibus, & singulis eiusdem Beatae Mariae totius anni festiuitatibus, a primis vespers, vsque ad Occasum Solis dictarum festiuitatum, ac omnibus diebus Dominicis Quadragesimae deuote visitarent, & in illis manus porrexerint adiutrices pro singulis festiuitatibus, quibus id facerent, decem annos, & totidem quadragenas, &c. Et in Dño relaxamus. Et insuper vt Generalis Magister, & fratres praefati, atque eorum quilibet

om-

omnibus, & singulis gratijs, concessionibus, indulgentijs, & remissionibus, quibus confratres Beatæ Mariæ pro tempore existentes, ac illam ingredientes, & Ecclesias visitantes, ac manus adiutrices porrigentes, cæterique benefactores huiusmodi utebantur, & gaudebant, atque uti, & gaudere possent quomodolibet in futurum vterentur, & gauderent indulserint, &c. Nos tunc singulorum priuilegiorum, gratiarum, & indultorum spiritualium, & temporalium, tam Beatæ Mariæ, quam etiam Mendicantibus Ordinibus, illorumque personis, & locis concessorum huiusmodi tenoris, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentibus huiusmodi supplicationibus inclinati, & certa nostra scientia auctoritate Apostolica, earundem nostrarum litterarum tenore singulas prædecessorum huiusmodi litteras; necnon immunitates, exemptiones, priuilegia, indulta, & alias gratias dicto Ordini Beatæ Mariæ, & illius fratribus, locis, & personis de illo benemerentibus concessa huiusmodi, quatenus essent in vsu, approbauimus, & innouauimus, ac nostri scripti patrocínio communimus, ac eidem Ordini Beatæ Mariæ, &

eius fratribus, locis, & benefactoribus illa de nouo; necnō omnia, & singula gratias, priuilegia, & indulta dictis Mendicantibus Ordinibus, & eorum personis, & locis per Sedem prædictam concessa concedimus, &c. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo septimo, pridie Kalendas Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

Sixtus Episcopus seruus seruatorum Dei; ad perpetuam rei memoriam. Dum attentam meditatione pensamus, quod gloriosissima Dei Genitrix Maria Virgo venustissima, & omnium virtutum floribus insignita, cuius ineffabilem pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, cuiusque præcibus iuuatur populus Christianus, & quæ florē immarcescibile, & æternū Dominū nostrum Iesum Christum immensa sancti Spiritus cooperante virtute genuit, produxitque sacrum Ordinem Beatæ Mariæ de Monte Carmelo à sancta Sede Apostolica, & pluribus Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & etiā à nobis multipliciter approbatum, quem eiusdem Gloriosissimæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ speciali titulo voluit insigniri, ut ob eiusdem Virginis reuerentiā Ordo

Bullarium Ordinis

ipse à Christi fidelibus merito per amplius veneraretur; ipsique Christi fideles propterea eiusdem Virginis Mariæ suffragijs adiuti, æternæ retributionis præmia facilius consequi mereantur. Dumque sublimium dicti Ordinis vtriusque sexus personarum virtutum merita Deo quidem grata, & in conspectu prædictæ Sedis accepta, digna memoria recensemus, ac Ordinem illum, & illius personas sub Sedis Apostolicæ, & Ecclesiæ Romanæ protectione immediate existentem, & inter ceteros Regularium Ordinum professores in firmamento Catholici Fidei militantes, tanquam Religionis speculum, & exemplar speciali charitate fulgentem, Sanctorumque Prophetarum Eliæ, & Elisei, & Enoch; necnon, & aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem sanctum Carmeli, iuxta Eliæ fontem inhabitaverunt successione hæreditaria tenentur: fructus quoque vberes, in quos dictus sacer Ordo, in agro militantis Ecclesiæ, in propagatione Religionis, & fidei orthodoxæ, æternus produxit utiliter, ac producit, ac in futurum producturum fore indubitanter speramus, paterna charitate intuemur dignum; quin potius debitum reputamus nos ad illa de-

bere nostros dirigere cogitatus, per quæ ea, quæ pro Divini cultus gloria, & dicti Ordinis incremento, ac Christi fidelium animarum salute à quam plurimis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa dicuntur, sublatis ambiguitatibus, quæ exinde emerfisse dignoscuntur, in sua integritate persistant, tanto firmiter observentur, quanto erunt sapius prædictæ Sedis munimine stabilita. Sanè sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Christophori Martignoni dicti Ordinis Magistri, ac sacræ Theologiæ professoris petitio continebat, quod licet multi Romani Pontifices prædecessores nostri, ob reuerentiam Gloriosissimæ, & Intemeratæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli singularem deuotionem, quam ad illam, & prædictum Ordinem sub eiusdem Dei Genitricis titulo specialiter insignitum gesserunt, diuersas indulgentias, & peccatorum remissiones, ac privilegia, & indulta ipsi Ordini, & illius domibus concesserunt, quæ in eisdem domibus sunt recepta, & quorum contentia in publicis scripturis, & dicti Ordinis Ecclesijs appertissimè reperitur; sub hac videlicet verborum forma.

Leo Papa IV. omnibus Christi fidelibus, qui Ecclesias Beatissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli huiusmodi in festis Natiuitatis Dominicæ, Paschæ, Apostolorum Petri, & Pauli, Penthecostes, Assumptionis, Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis eiusdem Beatæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, sancti Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, in duobus festis sanctæ Crucis, Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ, sanctorum Martirum Fabiani, & Sebastiani, & in die Parasceue, & per Octauas prædictarum festiuitatum, & vocabulis omnium Ecclesiarum dicti Ordinis deuote visitauerint, & pias eleemosynas elargiti fuerint, seu domos confractas eiusdem Ordinis refecerint, septem annos, & duodecim quadragennas, & Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius V. & Innocentius IV. qui dictum Ordinem confirmauit omnibus Christi fidelibus vere pœnitentibus, contritis, & confessis, qui prædictas Ecclesias pie visitarent in prædictis festiuitatibus, & earum Octauis, seu qui domos fractas eiusdem Ordinis reficerent, vel pro fabricis ipsarum Ecclesiarum munera da-

rent, vel confratriam dicti Ordinis assumerent, & eam intrarent, aut Calices pro Missis celebrandis, veltigalia, seu mapas erogarent, vel qui in præmissis, aut in quolibet præmissorū manus porrigerent adiutrices, vel qui in suis vltimis testamentis aliquid legarunt, tertiam partem omnium peccatorū in Domino relaxarunt. Item Clemens III. Alexāder II. Gregorius V. & Gregorius VII. in prædictis festis, & in quolibet eorundem similem gratiam largiti sunt. Itē Clemens IV. eiusdem Christi fidelibus, qui prædictas Ecclesias quater in anno visitarent, videlicet in quatuor festiuitatibus eiusdem Dei Genitricis Virginis Mariæ triginta annos, & totidem quadragennas pie concessit. Item in priuilegio Generali Lucij Papæ IV. remittuntur ab eodem peccata leuia, offensæ parentum, negligentia votorū factorum; dum tamē fractor ad ea redierit, & male acquisita, si nescitur cui restitui debeant, dūmodo prædictis locis, seu illorum Cōuentibus assignentur. Demū Innocent. IV. & Gregor. VIII. cōtulerunt qualibet die cuiuslibet dicenti: Pater noster, & Ave Maria in dictis Ecclesijs semel pro viuis, & deffunctis quadraginta dies indulgētiarū. Rursus Honorius X. & Nicolaus IV. Romani

Pontifices omnibus vere pœnitentibus, & manus adiutrices prædictis domibus porrigentibus, & illarum fratribus omnium peccatorum veniam polliciti fuerunt. Insuper Honorius IX. omnibus vere pœnitentibus, & confessis dicti Ordinis Ecclesias visitantibus, seu manus illis adiutrices porrigentibus, quadraginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs; videlicet in festo vocabulorum ipsarum Ecclesiarum, & in die sancto Parasceue, necnon in die sanctæ Crucis, & in festiuitatibus Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis Beatæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ misericorditer in Domino relaxauit, atque concessit. Vltterius Benedictus Papa X. omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ter in septimana; videlicet in quadragennali tempore 2. 4. & 6. ferijs, & etiam in festis vocabulorum omnium Ecclesiarum dicti Ordinis; necnon diebus Sabbatinis ob Beatæ Dei Genitricis Mariæ reuerentiam, & in diebus Dominicis pie visitarent, quadraginta annos, & totidem quadragenas, & omnium peccatorum septimæ partis remissionem in Domino relaxauit. Omnes indulgentias, & peccatorum remissiones à suis prædecessoribus Romanis Pon-

tificibus dicto Ordini concessas in diebus, & in festis prædictis duplicando. Item Ioannes XXI I. omnes indulgentias, & peccatorum remissiones à Romanis Pontificibus prædecessoribus suis dicto Ordini concessas confirmauit, & quadraginta annos, & totidem quadragenas de pœnitentijs iniunctis vniuersis Christi fidelibus dicti Ordinis Ecclesias in qualibet solemnitate quatuor festiuitatum Beatæ Dei Genitricis Mariæ, videlicet Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis contritis, & confessis in Domino pia largitione concessit successiue. Urbanus Papa V. omnes indulgentias à suis prædecessoribus dicto Ordini concessas, confirmauit; atque in festo Annunciationis Beatæ Mariæ dicti Ordinis Ecclesias visitantibus septem annos, & duodecim quadragenas in Domino relaxauit. Postremo Nicolaus Papa V. omnes indulgentias, & peccatorum remissiones, atque omnia priuilegia dicto Ordini à supradictis Romanis Pontificibus prædecessoribus suis in prædictis diebus, & festis concessas, & concessa motu proprio confirmauit duplicando; atque annos septem, & totidem quadragenas in Domino relaxauit.

Tamen sicut præfati Christophori

phori Generalis dicti Ordinis Magistri nuper accepimus pro ea, quod propter singularitatem priuilegiorum originales desuper litteræ ad manus Generalis prædicti non peruenerunt, nec de illis aliter quam ut præfertur docere potest, circa litteras, & priuilegia huiusmodi, eorūque vim, & efficaciam nonnulla dubia sunt exorta, aliaque in dies suboriri formidantur, nisi per nostræ prouidentiaë studium super hoc prouideatur opportune præsertim cum ex iniuncto desuper nobis Apostolicæ seruitutis officio ad nos spectet singulorū Ordinum commodis inuigilare, & quantum valeamus omnium animas Altissimo lucrifacere cupientes; itaque ut indulgentiæ, ac singulæ prædecessorum nostrorum litteræ dicto Ordini, ac eius domibus, & Ecclesijs concessæ sublati quibuscūque hæsitacionum obstaculis inuiolabiliter obseruentur, eisque, prout concessa dicuntur, in dubia fides adhibeatur, deuotioque vniuersi populi etiam augeatur, atque dicti Ordinis Ecclesiæ, domos, & Conuentus conseruentur, ædificentur, & in eorum ædificijs amplientur, restaurentur, & reparentur, prædictorum, & aliorum plurimorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui Ordinem prædictū varijs priuilegijs non immerito

decorarunt, & quem etiam nos diuersis alijs gratijs, & priuilegijs graciosissime, & liberaliter ornauimus; vestigijs inhærendo motu proprio; non ad ipsius Christophori Generalis Magistri, aut alterius dicti Ordinis gloriosissimæ Dei Genitricis, temperque Virginis Mariæ de Mōte Carmeli professorum, vel alterius pro eis nobis super hoc obblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate, ac deliberatione, & de certa nostra scientia singulas indulgentias; non tamen plenarias, ac alias spirituales, ac temporales gratias, à prædictis, seu quibuscumque alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris dicto Ordini Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, & illius domibus, Ecclesijs, & personis, in genere, vel specie quomodolibet concessis, quarum omniū tenores, & effectus, ac si de verbo ad verbū præsentibus infererentur, hic haberi volumus pro sufficienter expressis auctoritate Apostolica, tenore præsentium in suo robore, suaque firmitate confirmamus, approbamus, & innouamus, ac de nouo concedimus suppletes omnes, & singulos defectus, si qui forsam quomodolibet interuenerint in eisdem. Et quoniã inter Sanctorū, & Sanctarū solēnia gloriosissimæ Dei Genitricis Mariæ solemnitates, & festa numero

T 4 sep-

septem, videlicet Annuntiationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis, Conceptionis, Præsentationis, & Purificationis, ac ea, quæ in honorem sui nominis dicata sunt loca, eo solemnius à Christi fidelibus conuenit venerari, quo ipsa de vtero Matris suæ procedens, fecunda virtutibus, & Spiritu Sancto repleta caliganti mundo ignorantia tenebris obducto, & etiam populo in tenebris ambulanti, habitantibusque in regione vmbrae mortis lucem ineffabilem, videlicet Dominum nostrum Iesum Christum Redemptorem omnium eiusdem Spiritus Sancti cooperante virtute, ex suis purissimis visceribus genuit, & ab Angelo nunciante inter omnes mulieres benedicta prædicatur, & congrua incomparabiliter Virgo Maria benedicta dicitur, quia Mater filij Dei effusa suscepit gloriam, & integritatis suæ seruauit Coronam, & vere est Benedicta in mulieribus, quæ sine exëplo muliebris conditionis, cum decore Virginitatis gauisa est honore, Parentis. Idcirco affectantes, & omnes, & singulæ Ecclesiæ in honore, & sub inuocatione nominis gloriosissimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmeli per vniuersum orbem fundatæ, & constructæ, ac deinceps, quæ annuente Diuina Clemencia ædificabuntur, & construuntur congrua

deuotione à Christi fidelibus veneretur, ac quæ imperfectæ sunt ad operis complementum deducantur, ac completæ conseruentur; necnon paramentis, & alijs ad Diuinum cultum inibi necessarijs debite ornentur; ipsique Christi fideles in vniuerso orbe constituti ad easdem Ecclesias nunc, & pro tempore existentes colibentius cõfluant, & ad emptionem ornamentorum huiusmodi; necnon earundem Ecclesiarum complementum, conseruationem, & Diuini cultus inibi augmentum, manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ vberius conspexerint se reflecti, de Omnipotentis Dei misericordia, ac præfatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confissi omnibus Christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, qui in Conceptionis, Præsentationis, Natiuitatis, Annuntiationis, & Purificationis, Visitationis, & Assumptionis dictæ gloriosissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ Festiuitatibus, à primis Vesperis, vsque ad Occasum solis dierum festiuitatum, huiusmodi dicti Ordinis de Monte Carmeli prædictas Ecclesias, videlicet constitutas; nec per septem dies prædictas festiuitates immediate sequentes, ac etiam diebus vocabulorum earundem Ecclesiarum visitaue-

rint

rint annuatim ad praemissa, vel earum aliqua manus porrexerint adiutrices, triginta annos, & totidem quadragennas de poenitentijs inunctis eis misericorditer in Domino relaxamus, praesentibus perpetuo valituris. Et quia difficile admodum foret praesentes litteras ad singulas Provincias, & loca originaliter destinare, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod transumptis earum manu publice Notarij subscriptione, & pro tempore existentis dicti Ordinis Protectoris, vel alicuius Archiepiscopalis, vel Episcopalis, aut Generalis Auditoris causarum Camere Apostolicae, vel alterius Ecclesiasticae Curiae, seu dicti Ordinis Generalis Magistri sigillo munitis, ea prorsus in iudicio, & extra ubicumque exhibita fuerint, vel ostensa, fides adhibeatur indubia; ac si ipsae originales litterae forent exhibitae, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis, approbationis, innovationis, concessionis, supplementationis, relaxationis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae M. CCCC. LXX. VII. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto.

SCHOLIA SERAPHINI.

TRanscribit, & confirmat Adrian. VI. Bullam Leonis X. Sixti IV. circa communicationem priuilegiorum omnium Ordinum, etiam Mendicantium, quo ad fratres nostros, quas refert, & authenticas se vidisse fatetur Eman. 1. tom. de regular. quaestion. 55. art. 12.

Notabis autem, quod habens priuilegium ad instar alicuius priuilegiati habet etiam illud priuilegium, quod priuilegiatus ad instar alterius priuilegiati obtinet. Oldrald. conf. 300. Mandos. de priuilegijs ad instar. glos. 11. à numer. 7. Narbon. de appellat. à Vicario ad Concil. Archiepiscop. Toletan. 2. part. fundament. 1. num. 38. Communicatio haec iam omnibus ordinibus competit ex Pontificum priuilegijs. Compend. Mendicant. verb. *Communicatio*, in fin. Enriq. lib. 13. cap. 48. §. 1. in lit. N.

Secundo notabis, quod communicatio priuilegij non includit restri-

Bullarium Ordinis

restrictionem intuitu obseruantia prioris Religionis, quæ secundum suum institutum est necessaria, quæ in alia Religione, cui priuilegia prioris communicantur, non seruatur. Vnde communicatio priuilegiorum Societatis Iesu nobis competens non extenditur ad illam clausulam, quæ additur in priuilegijs Societatis. *Ut non intelligantur concedi inferioribus singulis immediate, sed mediante Prapósito Generali.* Qui Ordo non seruatur in alijs Religionibus, & sic de similibus. Eman. 1. tom. de regulari. quæstion. 55. artic. 17. Suar. de legib. lib. 8. cap. 17. num. 5. Cruz de statu Religionis, lib. 2. cap. 4. in fin.

Tertio notabis, quod mutatio priuilegij, respectu eius, cui primo fuit datum, non mutat respectu illius, cui posterior. Abb. in capit. cum accessissent, de constitut. Siluest. verb. *Priuilegium*, quæst. 11. in fin. Mandos. de priuilegijs ad instar. quæstion. 6. Eman. 1. tom. de regular. quæst. 55. art. 19. Suar. de legib. lib. 8. cap. 16. num. 17.

Quarto, restrictio incommunicabilitatis priuilegij, non tollitur per communicationem generalem posteriorum. Suar. de legib. lib. 8. cap. 17. num. 8. Quidquid contradicant Eman. dict. artic. 17. Cruz dict. cap. 4. conclus. 3. illat. 2. vers. *Ex quo patet.* Quibus non fauet quod par in parem non habeat imperium, capit. innotuit de elect. Quia non negamus potestatem in Pontifice futuro; sed voluntatem, quia per generalem concessionem speciali priuilegio derogare non intendit, ex reg. cap. 1. de rescription. reg. generali, lib. 6. Suar. dict. num. 8. Alias enim sequeretur, quod nullus ex Religiosis ordine sacro non insignitis teneretur recitare Officium Diuinum contra receptam cõsuetudinem, ex traditis per Suar. de Relig. lib. 4. de horis canonic. cap. 17. Eman. 1. tom. de regularib. quæstion. 42. art. 20. Fr. Eusebius de Herrera decis. can. 8. à princip. Qui docent Moniales, & Religiosos choro deputatos; licet non sint sacro Ordine insigniti, recitare horas canonicas teneri, idque per communicationem, ex eo, quoniam id priuilegium concessum est Societati Iesu, ex Eman. dict. art. 20. ad fin. Herrer. dict. decision. 8. §. 4. Quod tamen priuilegium concessum est absque communicatione; & ideo non est communicabile alijs Religionibus, vt ab speciali argumentatur Herrer. dict. §. 4. & sic de alijs.



COLLECTOR.

Aliæ Bullæ Adriani VI. Ordini concessæ non inueniuntur cum Adrianus vixerit Sede Apostolica Romana obtenta anno vno, octo mensibus, sex diebus; multa tamen creditur hunc Pontificem Regnis Hispaniæ indulta concessisse anno 1522. vt in eius constitutionibus, & Bullis est videre, in generali Bullarum compendio, in illa, quæ incipit; Dum intra nostræ mentis arcana, p. 546. & in illa; dudum vti nobis exponi fecisti, p. 547. & in illa; satis, & plusquam satis fufinuimus, p. 549. & alia multa.

Chronographus frater Magister Bernard. de Vargas in i. part. Chronicæ refert Adrianum expedisse Bullam in confirmationem Magistri Generalis Benedicti Zafontis, datam Romæ die 24. Octobris eiusdem anni 1522. his tamen temporibus non inuenitur.

SUMMARIVM BULLÆ.

- 1 *Confirmat omnes concessiones à suis prædecessoribus indultas Ordini.*
- 2 *Concedit, vt confratres nostri possint eligere vnum ex confessoribus per officialem illius Diæcesis approbatis, qui possit eos absoluerè in casibus ad Sedem Apostolicam reseruatis, semel in vita; ab alijs vero semel intra singulos annos, prout concessum fuit fraternitatibus fratrum Ordinis sanctissimæ Trinitatis.*
- 3 *Concedit, vt dicti confratres fratrum Beatae Mariae de Mercede, tempore interdicti, Diuinis Officijs assistere possint.*



ADRIANO SVCCEDIT
Clemens VII. anno

1523.

CLEMENTIS VII.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLAE.

- 1 Confirmat, & de nouo concedit omnes concessiones à praedecessoribus indultas pro ingenti studio, & labore quibus Captiuorum libertatem, ac animarum salutem gerimus.
- 2 Refert Bonifacij V. Alexandri IV. Clementis VI. Gregorij XI. Martini V. Eugenij IV. & Callisti IV. praedecessorum eius gratias, & indulta nobis concessa.
- 3 Similiter Nicolai IV. & etiam Bonifacij, Alexandri, Clementis, Gregorij, Martini, Eugenij, Callisti litteras à Sixto Papa IV. relatas refert.
- 4 Etiam Sixti, & aliorum praedecessorum litteras à Iulio Papa II. refert approbatas, & inuolutas, ac perpetua firmitatis robur habentes.
- 5 Commemoratur praeterea à Leoni X. felicitis recordationis omnia, & singula immunitates, priuilegia, exemptiones, indulta, & alias gratias nostro Ordini concessas.
- 6 Pro parte, & ad instantiam venerabilem fratrum Hieronymi Perez, Dominici de Claueria, & Augustini de Molina Redemptorum omnia praedictorum Pontificum indulta relata approbat, & de nouo concedit.
- 7 Redemptores praedictos, ac eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & penis, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, absoluit, & absolutos fore censet.

- 8 *Ut omnes illas gratias à Clemente VII. in hac Bulla commemoratas, à Nicolao prædecessore concessas facilius fideles consequantur decernit, ut pro ipsis tam uiuis, quam defunctis, qui talia indulta procurauerint, tres solidi monetae Regni Aragoniae, seu aequualens erogetur.*
- 9 *Addit etiam plurimas non obstantias ad maius robur, & solidiorem firmitatem huius Bullae.*

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei; ad perpetuam rei memoriã. Redemptoris Domini nostri Iesu Christi, qui nos ad pietatis cultum, & charitatis zelum misericorditer exercendum suis hortatus est exemplis, vices (licet immeriti) gerentes in terris Romanorum Pontificum: præsertim pro regularium locorum fœliciflatu, & personarum in illis suauis Religionis iugo Altissimo famulatu, ac fidelium Captiuorũ libertati continuo studio vacantium commoditate, ac animarũ salute gesta; cum à nobis petitur approbamus, & nostri patrocinijs præsidio communimus, illaque de nouo cõcedimus, ac alias desuper prouidemus, prout huiusmodi Captiuorum libertationi, & animarum saluti conspiciamus in Domino plenius expedire. Dudum siquidem postquam fœlicis recordationis Bonifacius V. Alexander IV. Clemens VI. Gregorius XI. Martinus etiam V. Eugenius etiam IV. & Callistus similiter IV. Romani Pontifices prædecessores nostri, tunc

Generali Magistro, & fratribus Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorũ certas erga locorum ordinarios, & alias tunc expressas per monitiones; necnon peccatorũ relaxationes, atque alia indulta, & gratias per diuersas suas litteras cõcesserant, & piæ memoriæ Nicolai Papa IV. etiã prædecessor noster animabus defunctorum, qui in sinceritate fidei, ac veritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac sua, suorumque successorum Romanorum Pontificũ obedientia, contritioneque, & confessione integræ, (si tẽpus, & cõfitendi facultas afforet) ab hac luce migrassent, & pro quibus duo florenni aurei Aragonis, vel præmium aequualens ad opus Redemptiois Christi fidelium, apud in fideles Captiuorum, fratribus dicti Ordinis erogarentur, omnem pœnam, quã post eorum discessum, pro suorum expiatione peccatorum pati deberent, per modum suffragij misericorditer in Domino, per alias suas releuauerat.

Ac recollendæ memoriæ Sixtus

Bullarium Ordinis

tus Papa IV. similiter prædeces-
 sor noster Bonifacij, Alexandri,
 Clementis, & Gregorij; necnon
 Martini, & Eugenij, Callisti præ-
 decessorum litteras huiusmodi,
 cum illarum de verbo ad verbū
 insertione, per reliquas suas lit-
 teras approbauerat, & nonnulla
 alia de nouo concesserat. Necnō
 sanctæ memoriæ Iulius Papa II.
 etiam prædecessor noster Sixti,
 & aliorum prædecessorum hu-
 iusmodi litteras, quantæcūque
 essēt, cū auctoritate Apostolica
 approbauerat, & innouauerat,
 illasque perpetuæ firmitatis ro-
 bur obtinere decreuerat, & pro
 potiori cautela omnia, & singula
 in dictorum prædecessorum lit-
 teris contenta eisdem Generali
 Magistro, & fratribus de nouo
 quodque confessor idoneus sæ-
 cularis, qui confratres vtriusque
 sexus confraternitatis eiusdem
 Beatæ Mariæ canonicè institu-
 tæ pro tempore existentes, &
 eorum quilibet cuiuscūque dig-
 nitatis, status, gradus, ordinis,
 vel conditionis forent, ducerent
 eligendum, ipsos ab omnibus, &
 singulis eorum excessibus, pec-
 catis, criminibus, & delictis;
 etiam in casibus Sedi Apostoli-
 cæ reseruatis, semel in vita; in
 alijs vero semel singulis annis,
 quemadmodum fratribus confra-
 ternitatis Ordinis sanctæ Trini-
 tatis Redemptionis Captiuorū
 ab eadem Sede concessum, eis-

que pro commissis pœnitentiā
 salutarem iungere posset, & si
 præfatos confratres confrater-
 nitatis Beatæ Mariæ ad loca Ec-
 clesiastico interdicto ordinaria
 auctoritate supposita declinare
 contigerit; (si tamen interdicto
 huiusmodi causam nō dedissent)
 in illis, clausis ianuis, excommu-
 nicatis, & interdictis exclusis,
 non pulsatis campanis, & submis-
 sa voce Missis, & alijs Diuinis
 Officijs interesse. Ac qui ex di-
 ctis confratribus confraternita-
 tis Beatæ Mariæ præbyteri fo-
 rent eas celebrare; necnon eo-
 rumdem confratrū tempore in-
 terdicti huiusmodi decedentiū
 cadauera, absque aliqua pompa
 solemnī Ecclesiasticæ sepulturæ
 tradi libere, & licite valerent.
 Quod si confratres dictæ confra-
 ternitatis Beatæ Mariæ tempore
 eorum in eadem confraterni-
 tate ingressus coniugati forent,
 solutis per virum, & vxorem tri-
 ginta, & deinde annuatim septē
 denarijs monetæ Iacensis, tam
 vir, quam vxor huiusmodi con-
 fratres dictæ cōfraternitatis Bea-
 tæ Mariæ esse, ac omnibus, & sin-
 gulis concessionibus, indulgenti-
 j, & remissionibus supradictis
 gaudere, concesserunt. Vbi si
 eidem, & alij fideles præfati
 eandem confraternitatem Bea-
 tæ Mariæ pro tempore ingre-
 dientes, in eorum ingressu tres
 solidos, cum dimidio dictæ mo-
 netæ,

netæ, siue quadraginta duos denarios similes, seu aliam æquiualentem monetam soluere marent, ad dictorum septem denariorum, vel aliquam aliam solutionem, ratione confraternitatis huiusmodi faciendam obligare ulterius non possent, perpetuo statuerat, & ordinauerat.

Et ut eisdem Ordini, & fratribus Beatæ Mariæ vberiora prouenirent subsidia vniuersis, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, qui aliquam Ecclesiarum domorũ dicti Ordinis Beatæ Mariæ totius anni festiuitatibus, à primis Vesperis, vsque ad Occasum Solis dictarum festiuitatum, ac in omnibus diebus Dominicis Quadragesimæ deuote visitarent, & inibi manus adiutrices porrigerent, pro singulis festiuitatibus, & diebus prædictis, quibus id facerent, decem annos, & totidem quadragennas, & qui tempore, quo dicti Captiui redempti forent, per diuersa loca ad misericordiam Domini propallandam sub eius Crucis vexillo ducerentur, triginta denarios similes, ipsis fratribus ducentibus erogarent, triginta annos, & totidem quadragennas de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxamus. Et insuper ut Generalis Magister, & fratres præfati, ac eorum quilibet omnibus, & singulis gratijs,

concessiõibus, indulgentijs, & remissionibus, quibus confratres Beatæ Mariæ pro tempore existentes, ac illorum ingredienties, & Ecclesias visitantes, & manus adiutrices porrigentes, ceterique benefactores huiusmodi vtebantur, potiebantur, ac vti, potiri, & gaudere poterant, quomodolibet in futurum vterentur, & gauderent indulserat; nec non eidem, & pro tempore existenti Generali Magistro, & ad id de expresso eius consensu pro tempore deputatis fratribus, quacumque legata ad Redemptionem Captiuorum huiusmodi pro tempore facta à quibusvis personis, & locis in Hispania, & Regis Hispaniæ toto dominio exigendi, & recipiendi plenam, & liberam facultatem; etiam alias per suas concesserat felicis recordationis Leo Papa X. etiam prædecessor noster, per reliquas suas litteras ad tunc Generalis Magistri, & qui septuaginta Captiuos è manibus infidelium redemptos ad urbem tunc deduxerant, certorum fratrum dicti Ordinis supplicationem emanatam, singulas prædecessorum huiusmodi litteras; nec non omnia, & singula alia immunitates, exemptiones, priuilegia, indulta, & alias gratias dicto Ordini Beatæ Mariæ, & illius fratribus, & locis, & personis de illo benemerentibus concessas, quatenus essent in usu, auctori-

Bullarium Ordinis

Autoritate Apostolica, ex certa scientia approbavit, & innouavit, ac illa eidem Ordini Beatæ Mariæ, & eius fratribus, locis, & benefactoribus de nouo; necnon omnia, & singula gratias, & priuilegia, & indulta Mendicantium Ordinibus, & eorum personis, & locis, per Sedem prædictam cōcessa indulgit; ac voluit, quod dicta relaxatio pœnarum Purgatorii animabus deffunctorū, pro quibus duo florenni Aragoniæ, per Nicolaum prædecesorem, vt præfertur, concessa eisdē animabus alias iura, ipsius Nicolai prædecessoris litteras qualificatas, etiam singulis deffunctis, pro quibus, nisi vnum florennum similem ad dictæ Redemptionis opus erogari contigerit, suffragari. Statuit insuper, & ordinavit, quod prædicti Ordinis Beatæ Mariæ fratres quadragesimalibus, & alijs anni temporibus, & diebus, quibus nonnullæ vrbes, & extra illius muros consistentes Ecclesiæ postrationibus consequendis à Christi fidelibus visitabantur vnum, vel duo altaria in Ecclesijs domorum dicti Ordinis Beatæ Mariæ sita deuotè visitando, omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones consequerentur, quas consequi possent, si singulis diebus, & temporibus huiusmodi vrbes, & extra illius muros consistentes Ecclesias prædictas persona-

liter visitauerint, & omnium, & singulorum sacrificiorum, ieiuniorum, peregrinationum; etiã ultra mare, & aliorum operum, quæ tunc, & pro tempore in sacrosancta vniuersali Ecclesia, & omnibus eius membris fierent, participes existerent, & quod singuli vtriusque sexus Christi fideles in Ciuitatibus, & Diocesis, in quibus dicti Ordinis Beatæ Mariæ aliqua domus constiterit, viro, & vxore pro vna persona computatis, qui eidem Ordini, & fratribus ad id pro tempore deputatis, triginta denarios monetæ ibidem cursum habentes, seu eorum valorem pro Redemptione huiusmodi erogarent, ultra alias gratias, & indulta benefactoribus ipsius Ordinis Beatæ Mariæ dicta auctoritate Apostolica concessa, semel in vita, & in mortis articulo plenariam indulgentiam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi forent, & remissionem consequerentur. Et quod quauis pecuniarum summa, aut res alia pro Redemptione alicuius personæ specificè pro tempore oblata, & per dictos fratres Ordinis Beatæ Mariæ accepta in Redemptionem eiusdē personæ: alia vero elemosynæ, & pia suffragia à Christi fidelibus pro Redemptione Captiuorum pro tempore erogata, & ex prouentuum partibus, quæ à
fin-

singulis dicti Ordinis Beatae Ma-
 ria domibus, seu eorum Prae-
 ceptoribus ad Redemptionem eā-
 dem assignarentur, in ipsum Re-
 demptionis opus dumtaxat fide-
 liter exponi deberent, & in alia
 pietatis opera commutari non
 possent; ipsaque omnia in arcam
 ad hoc per dictum Magistrum
 specialiter deputandam, sub qua-
 tuor clauibus, apud quatuor ex
 principalibus eiusdem Ordinis
 Beatae Mariae fratribus deponen-
 dis custodiendam congererentur,
 & conseruarentur, atque li-
 ceret dicto pro tempore existen-
 te Generali Magistro de tertia
 solum parte pecuniarum, & re-
 rum pro Redemptione in gene-
 re coniunctarum in suorum, &
 ipsius Ordinis Beatae Mariae do-
 morum pauperum, & eorū, qui
 in hoc opere uiuerent, & se exer-
 cerent ingruentium pro tempo-
 re necessitatum subsidium dispo-
 nere. Declarauit etiam scientia,
 & Apostolica auctoritate simili-
 bus quaecumque ad redemptionem
 huiusmodi pro tempore le-
 gata relicta, & donata, sub qui-
 busuis ad pias causas relictorum,
 & legatorum applicationibus;
 etiam in fauorem fabricae Prin-
 cipis Apostolorum de vrbe, vel
 subsidium expeditionis contra
 infideles; etiam in specie de bo-
 nis ad idem redemptionis opus
 pertinentibus factis, & facien-
 dis nequaquam comprehendi;

sed esse ab illis perpetuis tem-
 poribus prorsus exempta. De-
 mum dictis fratribus Ordinis
 Beatae Mariae, & Commissa-
 rijs ab eis super negotio Redem-
 ptionis huiusmodi pro tempo-
 re deputatis indulgentias, & pec-
 catorum remissiones, caetera-
 que priuilegia, & indulta ip-
 sis, & alijs Christi fidelibus eo-
 rum pia suffragia ad praemissa
 exhibentibus, pro tempore con-
 cessa ubi, quando, & quoties
 eis opportunum videretur, per
 se, vel alium, seu alios in Ec-
 clesijs, vel locis, etiam solem-
 niter publicandi, & publicari fa-
 ciendi, plenam, & liberam licen-
 tiam elargitum fuit. Necnon om-
 nibus, & singulis locorum ordi-
 narijs in virtute sanctae obedi-
 entiae sub interdicti ingressus Ec-
 clesiae latae sententiae poena ipso
 facto incurreda, ne dicti Ordinis
 Beatae Mariae fratres, aut Com-
 missarios, vel alios ab eis etiam
 ad praedicationis, siue publica-
 tionis huius opus pro tempore
 deputatos, aut eorum aliquem
 directe, vel indirecte, quascumque
 quouis colore impedirent. Nec
 ratione singularum litterarum,
 quas ipsis, pro publicatione hu-
 iusmodi in eorū Ecclesijs, Ciui-
 tatibus, & Diocesisibus distributis
 commodius faciendis concedere
 solebant, ultra quinque florēnos
 similes per se, ac Secretarijs,
 aut alijs ministris acciperent;

Bullarium Ordinis

præcepit, ac litteras suis desuper confectis, sub quibusvis reuocationibus, seu pensionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, per eum, & Sedem prædictam pro tempore factis nullatenus subiacere decreuit, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem sicut exhibitam nobis nuper pro parte dictorum filiorum Hieronymi Perez, & Dominici de Claueria, & Augustini de Molina, fratrum dicti Ordinis modernorum, pro Redemptione, ac libertatione fidelium Captiuorum huiusmodi, prout per fratres dicti Ordinis de triennio in triennium fieri cõsuevit, deputatorum petitio continebat, quod cum ipsi cupiant omnia, & singula præmissa, pro eorum subsistentia firmiori, etiã per nos approbari, pro parte Hieronymi, & Dominici, ac Augustini prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt præmissis omnibus, & singulis nostræ approbationis robur adijcere, & vt Christi fideles ad tam necessarium charitatis officium suffragia promptius exhibeant ex merito maxima præmia consecuturos sperauerint, eleemosynas pro consequendis indulgentijs prædictis, vt præfertur, ordinatas moderari, aliasque in præmissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur Hieronymum, & Dominicum, ac Augustinũ prædictos, necnon eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula priuilegia qualiacumque sint in vsu, ac immunitates, exemptiones, & gratias; necnon post finitum præsentis iubilæi annum, indulgentias, prædicta auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, illaque omnia de nouo concedimus. Et insuper Christi fideles indulgentias prædictas consequi, & relaxationem pœnarum purgatorij, per Nicolaum prædecessorem animabus defunctorum concessas, huiusmodi procurare facilius valeant. Volumus quod indulgentiæ, & relaxatio huiusmodi, tam uiuentibus, quam singulorum defunctorum prædictorum animabus, pro quibus singuli tres solidos monetæ Regni Aragoniæ, seu æquiualens summa in alia moneta, in partibus illis cursum habente
ad

ad dictae Redēptionis opus erogari contigerit. Similiter post finitum tempus praesentis iubilaei annum suffragatur. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus Apostolicis; nec non omnibus illis, quae in singulis litteris praedictis concessum fuit non obstare; caeterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae approbationis, absolutionis, communitiois, concessionis, & voluntatis infringere,

vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo quinto, decimo Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno secundo. Sic approbat Notarius infrascriptus manu propria.

C L E M E N T I S VII.

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLAE.

- 1 *Confirmat omnes gratias à predecessoribus concessas.*
- 2 *Concedit facultatem Magistro Generali huius Ordinis, absoluendi à quouis vinculo excommunicationis minoris.*
- 3 *Concedit etiam illi, ut possit taxas pecuniarum ponere, pro consequendis indulgentijs, & peccatorum remissionibus, & impositas moderare.*
- 4 *Relaxationis paenarum Purgatorij facultas, est illi concessa.*
- 5 *Quilibet qui soluerit supradictam taxam fruitur omnibus indulgentijs.*
- 6 *Sine expressa licentia Magistri Generalis, nemo potest predicare has indulgentias, nec petere eleemosynas, seu questus pro Redemptione Captiuorum.*
- 7 *Quilibet Notarius intra duos menses à die erogationis, aut obitus testatoris computandos, exhibeat dicto Magistro Generali, vel alicui Commissario copiam de relictis, pro Redemptione Captiuorum.*

Bullarium Ordinis

9 *Executores testamentorum relicta pro Redemptione Captiuorum infra annum à die ipsorum testatorum obitus, ipsi Magistro Generali realiter, & cum effectu soluere debent.*

9 *Publicatio indulgentiarum debet fieri etiam in locis in quibus nulla domus dicti nostri Ordinis existat, sub quibusvis reuocationibus.*

10 *Obligat iudices, ut cognoscant de hac causa in fauorem nostrum.*

11 *Nominat iudices Conseruatorios.*

DILECTE fili, salutē, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti, quod dudum ferē Bonifacius VIII. Alexāder IV. Clemens IV. Gregorius X. Martinus V. Eugenius IV. Celestinus III. Leo X. Romani Pontifices prædecessores nostri multa priuilegia, & indulta, atque indulgentias Ordini, & Religioni Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum pro redimendis pauperibus Christi fidelibus de manibus infidelium, & Turcarum concesserunt. Et sicut eadem expositio coniungebat, licet nos proprio dicto opere exercendo priuilegia, & indulgentias huiusmodi confirmauerimus. Tamē quia multi Christi fideles dictas indulgentias se consequi posse dubitant, cū vinculo excommunicationis se innodatos, & forte se grauatos esse formident, atque ex eo, quod taxa trium solidorum, & triginta denariorum à Christi fidelibus pro consequenda indulgentia

perfoluēdorum, ab aliquibus personis videtur grauis, dicta Religio effectum indulgentiarum prædictarū integre consequi nō valet. Quare nobis humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui ad ea, quæ animarum cunctorum Christi fidelium saluti procuratur, & pauperibus Captiuis subuenire possit libenter intendimus huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi, & pro tempore existenti Magistro Generali dicti Ordinis, quod tu, & ipse, ac per vos pro tempore deputandi, omnes, & singulos Christi fideles, ad effectum gratiarum prædictarum consequendum à quocumque vinculo excommunicationis, quid quid tu, & pro tempore existens, & ipsius Ordinis Generalis Magister triginta denariorum, & trium solidorum, quam alias quascumque taxas, pecunias, pro consequendis indulgentijs, & peccatorū remissionibus,

tam

tam pro viuis, quàm pro defunctis, & alijs gratijs, vt præfertur, vel alias designatur, & impositas quoties vobis placuerit, & prout vobis videbitur moderari, & minuire, libere, & licite possitis, & valeatis, auctoritate Apostolica tenore præsentium cōcedimus, & indulgemus. Nec non quod relaxatio pœnarum Purgatorij animabus defunctorum concessa huiusmodi animã pro qua summa per te, & pro tempore existentem dicti Ordinis Magistrum Generalem taxandã, huiusmodi solui contingat, etiã si ex parentibus, vel consanguineis soluens huiusmodi non existat, suffragatur; ipsaque anima relaxationem eandem consequatur, & quod quilibet ex viris, siue mulieribus, qui taxam ad hoc per te, & pro tempore existentem Magistrum Generalem huiusmodi taxandam persoluerit omnibus, & singulis indulgentijs, concessionibus, & gratijs confratribus, & benefactoribus, ac alijs huiusmodi per nos, & prædecessores nostros concessis vti possit. Nullusque secularis, vel cuiusvis etiã prædicti Ordinis regularis, absque expressa licentia Magistri Generalis pro tempore existentis dicti Ordinis in scriptis tradita, indulgentias dictæ Religionis cōcessas, & pro tempore cōcedendas prædicare; ac legata eleemo-

synas, seu quæstus pro Redemptione Captiuorum petere, aut capere possit, & qui contrafecerit, censuras, ac pœnas per Callistum, & alios Romanos Pontifices prædictos in talia vsurpantes inflictas incurrat, & quilibet Notarius de relictis pro Redemptione Captiuorum huiusmodi in instrumentis, de quibus rogatus fuerit, contentis intra duos menses à die rogationis, aut obitus testatoris huiusmodi computandos, de omnibus, & singulis pro Redemptione Captiuorum huiusmodi instrumentis quomodolibet contentis, tibi, & pro tempore esistenti, & dicti Ordinis Magistro Generali, vel alicui ex vestris Commissarijs, si illius copiam habere poterit, alioquin vni ex fratribus dicti Ordinis, etiã si opus fuerit, nūtiũ ad ipsum Generalem mittere, expensis tamen ipsius Generalis, aut ex relictis huiusmodi deducendis, destinando, dare, & manifestare sub excommunicationis sententia debeant, & censeantur.

Executores testamentorum quorumcumque relictã pro Redemptione Captiuorum huiusmodi infra annum à die ipsorum testatorum obitus computandum; relictã huiusmodi Magistro Generali dicti Ordinis realiter, & cum effectu soluere debeant, & teneantur.

Bullarium Ordinis

Quodque publicatio indulgētiarum, & aliorum præmissorū; etiam in locis, in quibus nulla domus dicti Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede existat, publicari possit; necnon præmissa sub quibus reuocationibus etiam in fauorem fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, & Cruciatæ, ac fidei etiam motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & consistorialiter, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus efficacissimis, & impositis clausulis à Sede Apostolica quomodolibet etiam plures emanatis, & emanandis nullatenus cōprehendi possint. Sicque per quoscumque, tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes iudices, & personas vbique iudicari, & cognosci, atque decidi debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & cognoscendi, atque decidendi facultate irritum, & inane; quidquid fecus super his à quo quam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Vt nihilominus dilectis filijs Valentinis, & Cæsaraugustensis, ac Barcinonens. officialibus per præsentem commitimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, vel vnus eorum, per se, vel alium, seu alios, ti-

bi, & pro tempore existenti Magistro Generali dicti Ordinis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant præsentibus litteras, & in eis contenta quæcumque plenum effectū sortiri, non permittentes vos desuper quomodolibet molestari, impediri, aut inquietari. Contra dictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascumque, de quibus eis placuerit, censuras, & pœnas, atque alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis, non obstantibus præmissis, ac fere Bonifacij Pape VIII. prædecessoris nostri, vna, & Concilij Generalis de duabus dictis habita; dum modo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, & alijs Apostolicis, ac Provincialibus, & Synodalibus constitutionibus, & ordinationibus; necnon quibuscumque in contrarium forsam editis, statutis, & consuetudinibus, ac fundatione, etiam iuramento, confirmatione, vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis personis forsam concessis, confirmatis, &

innouatis. Quibus omnibus, etiã tibus plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo super illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis robore permanfuris, ac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum; non autem per clausulas generales: id importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsen-

SCHOLIA SERAPHINI.

CLEMENS VII. in hac Bulla, num. 1. inter alias confirmat gratias, & indulgentias à Bonifacio VIII. concessas; idemque faciunt plures alij Pontifices in præcedentibus Bullis, & sequentibus, dum generaliter prædecessorum indulta confirmant. Vnde nota, quod indulgentia celebrandi, & diuinis interessendi in iucundo Collectorum eleemosynarum Auentu tempore interdicti concessa à Bonifacio VIII. Bul. 2. quamuis fuerit reuocata per cap. Alma mater de sentent. excommunicat. lib. 6. per eundem editum, cum non irritauerit futuras concessiones, vt resoluiisti in dict. Bulla Bonifacij, & reualidata per hunc Pontificem, & alios, hodie habet vigorem ex resolutis in citata Bulla præcipue cum multi Pontifices in confirmationibus, easdem de nouo gratias, & indulgentias cõcedant.

In versic. *Nos igitur*, sub num. 1. concedit Magistro Generali, vt possit absoluerè fideles ab excommunicationis minoris vinculo, ad effectum consequendi indulgentias. Quæ concessio multipliciter difficilis mihi videtur. Primo, quia minori excommunicatus gaudet suffragijs Ecclesiæ. Enriq. lib. 13. cap. 3. §. 1. Suar. de censur. disputation. 24. num. 4. Auila eodem tractat. 2. part. capit. 6. disputation. 12. dub. 1. ergo poterit, & indulgentijs gaudere. Secundo, minori ligatus exclusus est tamen à participatione actiua Sacramentorum, capit. à nobis de exception. Suar. dict. numer. 4. & præcitati, ergo consequi potest indulgentias etiam excommunicatus maiori, si sit contritus. Nauar. capit. 27. numer. 18. & de

Bullarium Ordinis

indulgentijs, not. 18. num. 14. Enriq. lib. 7. cap. 18. §. 2. lib. 13. cap. 12. §. 3. ad fin. Tertio, absolui potest à quolibet simplici sacerdote, quemadmodum absoluitur qui tantum peccatum veniale habet; licet nec sit parrochus, nec eius Delegatus. Nauar. cap. 27. num. 25. & in cap. placuit, num. 25. de poenit. distict. 6. quem sequitur Viuald. in candelabro, titul. de excommunicat. min. num. 13. ergo à Generali Ordinis absque vlllo priuilegio absolui poterit.

Mihi altius cogitanti, sub alterius censura, videtur dicendū hanc concessionem dupliciter considerari posse, vel respectu excommunicati, vel respectu absoluentis; respectu excommunicati non erat necessaria hæc absolutio ad indulgentias lucrandas, ex 1. & 2. argument. conceditur tamen propter scrupulos ipsorum excommunicatorum remouendos; quod non est nouum in iure, constatque ex Bullæ verbis, ibi: *Multis Christi fideles dictas indulgentias se consequi posse dubitant, cum vinculo excommunicationis se inmodatos, ac forte se grauatos esse formident.*

Quo ad Magistrum Generalem continet Bulla indulgentiam, quia verius est contra Nauar. ad absolutionem ab excommunicatione minori requiri iurisdictionem in foro exteriori, competereque tantum parrocho, eiusque delegato, ex decis. cap. nuper de sentent. excommunicat. Suar. disput. 24. sect. 4. Auila de sentur. 2. part. cap. 8. disput. 1. dub. 1. Couar. dicens communem in cap. Alma, 1. part. §. 12. n. 6. Enriq. lib. 13. cap. 28. §. 5. Gutier. lib. 1. can. cap. 6. à prin. & num. 10. Cum ergo Prælatus Religionis in sæculares iurisdictionem non habeat, ex commissione Pontificis potest eam habere. Enriq. d. §. 5. prout hic fit.

Quod vero excommunicatus maiori, etiam contritus non gauderet indulgentijs, tenent Rosel. verb. *indulgentia*, §. 14. Suar. 3. part. tom. 4. disp. 52. sect. 2. n. 3.

In vers. *Executores*, sub num. 8. Executores testamentorum relicta pro Redemptione infra annum à die testatorum obitus Magistro Generali soluere tenentur. In quo aduerte primo, quod relicta pro Redemptione Captiuorum attento iure non requirunt annum pro executione. l. nulli, §. cum autem, & seq. Auth. de Ecclesiasticis titulis, §. si quis autem adiuncto §. seq. vbi Imperator nullum terminum constituit, nec obstat cap. nos quidem de testam. vbi antus præscribitur; agit enim de constituendo Monasterio, Auth. de Ecclesiastic. titul. §. si quis ædificatioem. Couar. post alios, num. 2. & 6. in dict. cap. nos quidem. Pad. in Auth. hoc amplius, à nu. 9. cap. de fidei-

deicommiss. Peralt. in l. cum quidam 24. à num. 9. ff. de legat. 2. Gregor. Per. text. ibi. in l. ult. tit. 10. part. 6. Burgos in l. 3. à num. 253. ad leges Tauri, Perez ad lib. 5. tit. 2. l. 4. ordinam.

Secundo aduerte, quod si testator tempus executionis adiecit nō est expectāndus annus de quo in hac Bulla; sed executores, & hæredes compelli possunt, si prius testatoris voluntas commode adimpleri possit, ex reg. l. interdum 73. ff. de verb. significat. quia ordinata in gratiam Redemptionis, vel defunctorum, in eorum odium retorqueri non debent, contra regulam, quod obseruat Gracian. de reg. iur. in 6. l. quod fauore, ff. de legibus.

Tertio aduerte, quod si agatur de priuando executore, vel hærede aliquo emolumento à testatore eisdem relicto, nō sufficit lapsus anni de quo in hac Bulla; sed insuper requiritur monitio, cap. 3. cap. si hæredes, de testament. Auth. hoc amplius, cap. de fideicommissis, Auth. de hæredibus, & falcid. §. si quis autem non implens, & in §. illud quoque Auth. de Ecclesiast. titulis, §. si autem, qui hoc facere, ibi: Admoniti distulerint, dict. l. 6. part. iuncta, l. 8. tit. 10. part. 6. utrobique Gregor. Barbat. dict. cap. 3. num. 33. testatur consuetudine receptum. Bald. in l. captatorias, num. 12. cap. de testament. milit. quidquid ad omnem effectum semper requiri monitionem velint, post alios Couar. num. 2. in dict. cap. 3. Padil. num. 16. in dict. Auth. hoc amplius.

Quarto aduerte, quod cum hic annus constituatur in fauorem defuncti, vel redemptionis currit etiam ignorantæ executori, vel hæredi. specialiter in tit. de instrument. editione, §. nūc vero aliqua, num. 39. Cardin. num. 4. quæst. 6. Barbat. num. 32. in cap. 3. de testament. Quia quando non continet fauorem, aut odium hæredis, seu debitoris, aut illius, qui facere tenetur, sed potius morum fauorem defuncti, vel tertij, talis terminus impedito, & ignorantæ currit, cap. 3. de præbend. in 6. & ibi glos. recepta, verb. *Numerandum*, cælebris ex Abb. num. 34. in cap. cum esses de testament. Tiraquel. de retr. tit. 1. §. 35. glos. 4. num. 26. Satisque probatur ex Bulla nostra, ibi: *Adiebus*, quidquid contradicant Couar. cum commun. in dict. cap. 3. num. 4. Padil. dict. Auth. hoc amplius, nu. 16. ad fin. Greg. d. l. 6. num. 4.

Quinto aduerte, quod terminus anni à Pontifice præfinitus ante aditam hæreditatem incipit à die obitus, probat text. in auth. de Ecclesiastic. tit. §. si quis ædificationem, cum sequent. & expressius in §. si quis autem legatum, vbi relictum ad pias causas intra sex menses

Bullarium Ordinis

ses est præstandum à publicatione testamenti computandos, quo tempore hæreditas adita non est, leges partitæ supra relatæ. Abb. num. 10. Anchar. & Imol. num. 7. in cap. 3. de testament. Ratio est: quia legata pia ante aditam hæreditatem, & ea non adita debentur, prout verius eise contendit Abb. in cap. relatum in 1. nu. 6. in fin. de testament. Bart. num. 66. in l. 1. capit. de sacros. Eccles. Palat. in repet. rubric. §. 65. num. 18. quod expressum est in dictis legibus partitæ, ubi notat Gregor. Burg. in l. 3. Tauri conclus. 6. num. 808. Peralta dicens vsu receptam in l. cum quidam 24. num. 9. ff. de legat. 2. quidquid additionem requirant. Couarru. num. 2. imponens Abbati in dict. capit. 3. Pad. num. 16. in Author. hoc amplius, cap. de fideicommiss. Gregor. in dict. l. 6. glos. 4. Perez ad leg. ultim. titul. 2. lib. 5. ordinam. quorum fundamenta procedunt in hærede circa terminum à testatore decisum ad aliquid dandum, vel faciendum, quod fieri non potest, nisi post aditam; nos vero agimus de termino legis executoribus præfinito ad ea præstanda, quæ aditionem non requirunt, vt bene Abb. Anchar. & Imola supra citati.

CLEMENTIS VII.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- 1 *Confirmat concessa à Bonifacio V. Alexandro IV. Clemente VI. Gregorio XI. Martino V. Eugenio IV. & Callisto IV. Magistro etiam Generali, erga expressas monitiones; nec non peccatorum relaxationes, ac alia indulta, & gratias.*
- 2 *Etiam indulgentias pro animabus concessa à Nicolao IV.*
- 3 *Et Sixti IV. approbationes, & concessiones.*
- 4 *Et concessiones Sixti prædecessoris sui, & etiam circa facultatem Magistro Generali concessam, vel alio confessorio idoneo indultam, & absolventi ab omnibus peccatis, & criminibus, & in tempore interdicti, & facultatem gaudendi omnibus indulgentijs.*
- 5 *Ultimoque refert, & confirmat omnes concessiones Leonis X.*

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Vigornienſi, & dilectis filijs Abbati Monasterij de Baynolas, Gerundenſis Diœceſis, ac Priori Prioratus Beatae Mariae del Pilar, Caſarauguſtanæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionē. Hodie nobis emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis.

Clemens Episcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Redemptoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos ad pietatis cultum, & charitatis zelum miſericorditer exercendum ſuis hortatus eſt exemplis vices, licet immeriti gerentes in terris Romanorum Pontificum, præſertim pro regularium locorum ſœlicis ſtatu, & perſonarum in illis ſuaui Religionis iugo Altiffimo famulatu, ac fidelium Captiuorum libertati continuo ſtudio vacantium commoditate, ac animarum ſalute geſta cū à nobis petitur approbamus, & noſtri patrocinijs præſidio communimus, illaque de nouo concedimus, ac alias deſuper provide-mus, prout huiusmodi liberationi Captiuorum, & animarum ſaluti conſpicimus in Domino plenius expedire. Dudum quidem poſtquam ſœlicis recordationis Bonifacius V. Alexander IV. Clemēs VI. Gregorius XI. Martinus etiam V. Eugenius etiam

IV. & Calliſtus ſimiliter IV. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri tunc Generali Magiſtro, & fratribus Ordinis Beatae Mariae Redemptionis Captiuorum certas erga locorum ordinarios, & alias tunc expreſſas perſonas, monitiones; necnō peccatorum relaxationes, ac alia indulta, & gratias, per diuerſas ſuas litteras conceſſerant. Et pia memoriae Nicolaus Papa IV. etiam prædeceſſor noſter animabus deſſentorum, qui in ſinceritate fidei, ac in vnitae ſanctæ Romanæ Ecclēſiæ, ac ſua, ſuorumque ſucceſſorum Romanorum Pontificum obedientia, contritioneque, & confeſſione integra, ſi tempus, & conſitendi facultas afforet ab hac luce migrarent, & pro quibus duo florenni auri Aragoniæ, vel prætium æquiualens ad opus Redemptionis Chriſti fidelium, apud infideles Captiuorum, fratribus dicti Ordinis erogaretur, omnem pœnam, quam poſt eorum deceſſum, pro ſuorum expiatione peccatorum pati deberent per modum ſuffragij miſericorditer in Domino, per alias ſuas relaxauerat. Ac recolendæ memoriæ Sixtus Papa IV. ſimiliter prædeceſſor noſter Bonifacij, & Alexandri, ac Clementis, & Gregorij, necnō Martini, & Eugenij, & Calliſti prædeceſſorum litteras huiusmodi, cum illarum de verbo ad verbū inſer-tione

tionē per reliquas suas litteras approbauerat, & nonnulla alia de nouo concefferat. Necnō sanctæ memoriæ Iulius Papa II. etiam prædeceſſor noſter, Sixti, & aliorum prædeceſſorū, huiusmodi litteras quatenus eſſent in uſu auctoritate Apoſtolica approbauerat, & innouauerat, illas que perpetuæ firmitatis robur obtinere decreuerat, & potiori cautela omnia, & ſingula in dictorum prædeceſſorum litteris contenta eiſdem Generali Magiſtro, & fratribus. Quodque cōſeſſor idoneus ſæcularis, quem confratres utriuſque ſexus confraternitatis eiſdem Beatæ Mariæ canonicè inſtitutæ, pro tempore exiſtentes, & eorū quilibet cuiuslibet dignitatis, ſtatus, gradus, & ordinis forēt, ducerēt eligendum, ipſos ab omnibus, & ſingulis eorum exceſſibus, peccatis, criminibus, & delictis, etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatſ ſemel in uita; in alijs uero etiam in ſingulis annis ſemel, quæ admodum fratribus confraternitatis Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorū erat ab eadem Sede conceſſum, abſoluere, eiſque pro commiſſis pœnitentiã ſalutarem iniungere poſſit; eſſi præſatos confratres confraternitatis Beatæ Mariæ ad loca Eccleſiaſtico interdico, ordinaria auctoritate impoſita declinare contingeret; ſi

tamen interdico huiusmodi cauſam non dediffent, in illis clauſis ianuis, interdico, & excommunicatis excluſis, non pulſatis cāpanis, & ſummiſſa uoce, Miſſis, & alijs Diuinis Officijs intereſſe. Ac qui ex dictis confratribus confraternitatis Beatæ Mariæ præbyteri forent, ea cæleberrē; necnon eorūdem cōfratrum tempore interdico huiusmodi decedentium cadauera, abſque aliqua pompa ſolemni Eccleſiaſtica ſepultura tradi libere, & licite ualere. Quodque ſi confratres dictæ confraternitatis B. Mariæ tempore eorum in eadē fraternitate ingreſſus coniugati forent, ſolutis per uirum, & uxorem triginta, & deinde annuatim ſeptem denarijs monetæ Iaceniſis, tam uir, quàm uxor huiusmodi confratres dictæ cōfraternitatis Beatæ Mariæ eſſe, ac omnibus, & ſingulis cōceſſionibus, indulgentijs, & remiſſionibus ſi prædictis gaudere ceſſerentur, uel ſi idem alij fideles præſati eadē confraternitatē Beatæ Mariæ pro tempore ingredientes, in eorum ingreſſu tres ſolidos cum dimidio dictæ monetæ, ſiue quadraginta duos denarios ſimiles, ſeu aliam æquiualentem monetam ſoluere malent ad dictorum ſeptem denariorum, uel aliquam aliam ſolutionem ratione confraternitatis huiusmodi faciendam, obligari ulterius non poſ-

possent perpetuo statuerat, & ordinauerat. Et vt eisdem Ordini, & fratribus Beatæ Mariæ vberiora prouenirent subsidia. Vniuersis, & singulis Christi fidelibus vtriusque sexus vere poenitentibus, & confessis, qui aliquã Ecclesiarum, domorũ dicti Ordinis Beatæ Mariæ, in Natiuitatis, Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, Penthecostes; necnon omnibus, & singulis Beatæ Mariæ totius anni festiuitatibus, à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis dictarum festiuitatum, ac in omnibus diebus Dominicis Quadragesimæ visiterent deuote, & inibi manus adiutrices porrigerent, pro singulis festiuitatibus, & diebus prædictis, quibus id facerent, decem annos, & totidem quadragenas, & qui tempore, quo dicti Captiui, postquã redempti forent per diuersa loca ad misericordiã Domini propalendam sub eius Crucis vexillo ducerentur, triginta denarios similes ipsis fratribus ducentibus erogaret, triginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentijs misericorditer in Domino relaxauerat. Et insuper vt Generalis Minister, & fratres præfati, ac eorũ quilibet omnibus, & singulis gratijs, concessionibus, indulgētijs, & remissionibus, quibus confratres Beatæ Mariæ pro tempore existentes, ac illam ingrediētes,

& Ecclesiam visitantes, ac manus adiutrices porrigentes, cæterique benefactores huiusmodi vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, potiri, & gaudere poterant, quomodolibet in futurum vterentur, potirētur, & gauderent, indulserat. Necnon eidẽ pro tempore existenti Generali Magistro, & ad id de expresso eius consensu pro tempore deputatis fratribus quacumque legata ad Redemptionem Captiuorum huiusmodi pro tempore facta à quibusvis personis, & locis in Hispania, & Regnis Hispaniæ toto dominio exigendi, & recipiendi plenam, & liberam facultatẽ, etiã alias per suas concesserat foelicis recordationis Leo Papa X. prædecessor etiam noster per reliquas suas litteras ad tunc Generalẽ Magistrũ, & quĩ septuaginta Captiuos è manibus infidelium redemptos ad urbem tunc deduxerant certorum fratrum dicti Ordinis supplicationẽ, & emanatas singulas prædecessorũ huiusmodi litteras; necnon omnia, & singula alia immunitates, exemptiones, priuilegia, indulta, & alias gratias dicto Ordini Beatæ Mariæ, & illius fratribus, ac locis, & personis de illo benemerentibus concessa, quatenus essent in vsu, auctoritate Apostolica, & ex certa sciẽtia approbavit, & innouauit, ac illa eidẽ Ordini Beatæ Mariæ,

&

Bullarium Ordinis

& eius fratribus, locis, & benefactoribus de nouo; necnon omnia, & singula gratias priuilegia, & indulta Mendicantium Ordinibus, & eorum personis, & locis, per Sedem prædictam concessis, indulgit. Ac voluit quod dicta relaxatio pœnarum purgatorij, animabus defunctorũ, pro quibus duo florenni dicti Aragoniæ, per Nicolaum prædecessorem, vt præfertur concessa eisdẽ animabus, alias iuxta ipsius Nicolai prædecessoris litteras qualificatas, etiã singulis defunctis, pro quibus nisi vnum florennum similem ad dictã Redemptionis opus erogari contigerit suffragari. Statuit insuper, & ordinauit, quod prædicti Ordinis Beatæ Mariæ fratres, quadragesimalibus, & alijs anni temporibus, & diebus, quibus nõnullæ vrbs, & extra illius muros consistentes Ecclesiæ, pro stationibus consequendis à Christi fidelibus visitabantur, vnum, vel duo Altaria in Ecclesijs domorum dicti Ordinis Beatæ Mariæ, sic deuote visitando, omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones consequerentur, quas consequi possent, si singulis diebus, & temporibus huiusmodi vrbs, & extra illius muros consistentes Ecclesias prædictas personaliter visitarent, & omnium, & singulorum sacrificiorum, ieiuniorum, peregrinationũ, etiã

vltra mare, & aliorum operum, quæ tunc, & pro tempore in sacrosancta, & vniuersali Ecclesia, & omnibus eius membris fierent, participes existerent; & quod singuli vtriusq; sexus Christi fideles, in Ciuitatibus, & Diœcesibus, in quibus dicti Ordinis Beatæ Mariæ aliqua domus constiterit, viro, & vxore pro vna persona computatis, qui eiusdem Ordinis fratribus ad id pro tempore deputatis, triginta denarios monetæ ibidẽ cursum habentis, seu eorum valorem pro Redemptione huiusmodi erogarent, vltra alias gratias, & indulta benefactoribus ipsius Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, dicta Apostolica auctoritate concessa, semel in vita, & in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum, de quibus corde contriti, & ore cõfessi forent, indulgentiã, & remissionem cõsequerentur, & quod quamuis pecuniarũ summa, aut res alia pro Redemptione alicuius specificæ personæ pro tempore oblata, & per dictos fratres Ordinis Beatæ Mariæ acceptata in redemptionem eiusdem personæ, aliæ vero elemosynæ, & pia suffragia à Christi fidelibus pro Redemptione Captiuorum in genere pro tempore erogata, & esse præuentũ partes, quæ à singulis dicti Ordinis Beatæ Mariæ domibus, seu eorũ præceptoribus ad redemptionem

ptionem eandem assignarentur in ipsum Redemptionis opus dum taxat exponi fideliter deberent, & in alia pietatis opera commutari non possent; ipsaque omnia in arcam ad hoc per dictum Magistrum specialiter deputandam sub quatuor clauibus, apud quatuor ex principalibus eiusdem Ordinis Beatae Mariae fratribus deponendis custodienda congererentur, & conseruarentur a quolibet dicto pro tempore existenti Generali Magistro de tertia solum parte pecuniarum, & rerum pro redemptione huiusmodi in genere congestarum in suarum, & ipsius Ordinis Beatae Mariae domorum pauperum, & eorum, qui in hoc opere versarentur, & se exercerent, ingruentium pro tempore necessitatum subsidium disponere. Declarauit etiam scientia, & Apostolica auctoritate similibus, quaecumque ad redemptionem huiusmodi pro tempore legata relicta, & donata, sub quibusvis ad pias causas relictarum, & donatarum applicationibus; etiam in fauorem fabricae Principis Apostolorum de vrbe, vel subsidium expeditionis contra infideles, etiam in specie de bonis ad idem redemptionis opus pertinentibus factis, & faciendis nequaquam comprehendi; sed esse ab illis perpetuis futuris temporibus prorsus excepta. Demum dictis fratribus Or-

dinis Beatae Mariae, & Commissarijs ab eis, super negotio redemptionis huiusmodi pro tempore deputatis indulgentias, & remissiones peccatorum, ceteraque priuilegia, & indulta ipsis, & alijs Christi fidelibus eorum pia suffragia ad praemissa exhibentibus, & tempore concessa ubi, quando, & quoties opportunum videretur per se, vel alium, seu alios in Ecclesijs, & alijs locis solemniter publicandi, & publicari faciendi plenam, & liberam licentiam elargitus fuit; ne non omnibus, & singulis locorum ordinarijs in virtute sanctae obedientiae, & sub interdicti ingressus Ecclesiae, latae sententiae poena ipso facto incurrenda, ne dicti Ordinis Beatae Mariae fratres, seu Commissarios, vel alios ab eis etiam ad praedicationis, siue publicationis huiusmodi opus pro tempore deputatos, aut eorum aliquem directe, vel indirecte, quouis quesito colore impedirent, nec ratione singularum litterarum, quas ipsis pro publicatione huiusmodi in eorum Ecclesijs, Ciuitatibus, & Diocesi- bus, siue districtibus commodius faciendis concedere solebant ultra quinque florennos similes, pro se, ac Secretarijs, & Notarijs, aut alijs ministris acciperent praecipit, ac litteras suas desuper confectas, sub quibusvis reuocationibus, suspensionibus, aut

Bullarium Ordinis

aut alijs contrarijs dispositionibus, per eum, & Sedem prædictam pro tempore factis nullatenus subiacere decreuit, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Hieronymi Perez, & Dominici de Claueria, ac Augustini de Molina fratrum dicti Ordinis modernorum pro redemptione, & liberatione fidelium, & Captiuorum huiusmodi, prout per fratres dicti Ordinis de triennio in triennium fieri consuevit deputatorum petitio cõtinebat, quod cum ipsi cupiant omnia, & singula præmissa, pro eorum subsistentia firmiori, etiam per nos approbari, pro parte Hieronymi, & Dominici, ac Augustini prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt præmissis omnibus, & singulis nostræ approbationis robur adjicere, & vt Christi fideles ad tam necessarium charitatis officium suffragia promptius exhibeant, quo ex minimo maxima præmia consecuturos sperauerint, eleemosynas, pro consequendis indulgentijs prædictis, vt præfertur, ordinatas moderari, aliasque in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Hieronymum, & Dominicum, ac Augustinum prædictos, necnon eo-

rum singulos à quibusvis excommunicationis, & suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula priuilegia, quatenus sint in vsu, ac immunitates, exemptiones, gratias; necnon post finitum præsentis iubilæi annum, indulgentias, prædictas auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus; illaque omnia de nouo concedimus, & insuper vt Christi fideles indulgentias prædictas consequi, & relaxationem pœnarum Purgatorij, per Nicolaum prædecessorem animabus defunctorum concessas huiusmodi procurare facilius valeant. Volumus autem quod indulgentiæ, & relaxatio huiusmodi, tam viuentium, quàm singulorum defunctorum prædictorum, pro quibus singulis tres solidos monete Regni Aragoniæ, seu æquiualentem summam in alia moneta, in partibus illis cursum habente, ad dictæ Redemptio- nis opus erogari contigerit, similiter post finitum præsentis iubilæi

bilei annum suffragetur, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis concessum fuit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, cõmunitationis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo quinto, decimo Kaledas Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

Quo circa discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios litteras prædictas, & in eis contenta, quæcumque vbi, quando, & quoties opus fuerit, ac pro parte Generalis Magistri, & fratrum pro tempore

existentium dicti Ordinis Beatae Mariae, seu alicuius eorum fueritis requisiti solemniter publicantes, ac eis efficacis defensionis præsidio assistentes faciatis auctoritate nostra, eosdem Magistrum, & fratres omnibus, & singulis in eisdem litteris contentis pacifice frui, & gaudere, non permittentes, eos, seu aliorum aliquos per Ordinarios præfatos, seu quoscumque alios desuper quomodolibet indebite molestari, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus omnibus supradictis, seu Ordinarijs prædictis, vel quibusvis alijs communiter, vel diuissim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, decimo Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.



CLEMENTIS VII.

BVLLA QVARTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Concedit Pontifex Ordini nostro in Regno Aragonia, ut Missarum reductione potiamur, pro paupertate domorum. Vti concessum est domibus sanctissimæ Trinitatis illius Regni.

REVERENDI in Christo Patris, & Domini Domini Hieronymi Gliulvijs, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Bigorniens. Sanctissimi Dñi nostri Papæ eiusq; Camerarij; necnon Curiaë causarum Camera Apostolicæ generalis Auditoris, Romanæque Curiaë Iudicis ordinarij locumtenentis. Habuimus, vidimus, tenuimus, & diligenter inspeximus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Clementis Diuina Prouidetia Papæ VII. supplicationem quandam indulti, siue dispensationis, ac reductionis Missarum, pro fratribus pauperibus domus, siue Monasteriorum, & eorum Conuentus Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Barcinonensis, & Gerundensis, in præsentia eiusdem Domini nostri Papæ manu Reuerendi in Christo P. & Domini Domini Ioanis Baptistæ, Dei, & Apostolicæ Se-

dis gratia Episcopi Carsetan. signatam, & per eiusdē Domini nostri Papæ Datariū, vt in eius prima facie apparuit, datam, vt moris est; Copiamque duarum aliarum supplicationū, siue indulti, in eius capite habentem, & insertam, sanamque, & integram, illæ sanam, non vitiatam, neque in aliqua sui parte suspectam, sed omni prorsus vitio, & suspitione omnimoda carētem inuenimus. Idcirco ad instantiam Reuerendi Dominici de Claueria, in Artibus, & Theologia Magistri dictæ domus Gerundens. Præceptoris, seu Cōmendatoris, per honorabilem virum Dominū Ioannem Frumenti Ciuem Romanum, dictæ Curiaë causarum Camera Apostolicæ Notarium, & scribam nostrum infrascriptum trasummi, & exemplari, ac in publicam vidimus trasumpti formam redigi, mandauimus, & fecimus, decernentes, & auctoritate dictæ Curiaë volentes, vt
huic

huic praesenti trafumpto publico, siue exemplo plena fides deinceps adhibeatur vbilibet in locis omnibus, & singulis, quibus fuerit opportunum; hocque trafumptum fidem faciat; illique stetur, & fides indubia adhibeatur, ac si praefata originalis supplicatio, cum copia aliarum supplicationum in eius capite inserta in medium appareret, & exhiberetur, quarum quidem supplicationis, & capiti insertae, unde supra fit mentio, tenores de verbo ad verbum sequentes sunt tales.

Beatissime Pater exponitur Sanctitati vestrae pro parte deuotorum illius Oratorum Prouincialis, ac Ministrorum; necnon Conuentuum Monasteriorum Ordinis sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captiuorum Prouinciae Aragoniae, quod cum ipsi sint adeo pauperes, & propter fratrum paucitatem; ac etiam necnon pestem, & bellum, populorumque dictae Prouinciae Aragoniae dissensionem, ac differetias, ac etiam, &c. ex nonnullis tam antiquis, quam modernis legatis per Christi fideles factis adquam plurimas Missas, anniuersaria, & alia Diuina Officia, pro aliquorum Christi fidelium, & eorum parentum, & consanguineorum, & aliorum Christi fidelium defunctorum animarum salute singulis diebus celebrandis obligati, & grauati

existant, & quotidie sibi nonnullae eleemosynae pro alijs Missis celebrandis sufficiunt, & cum ex eleemosynis praemissis sibi datis plurimum in dies magis grauantur, & semper in talibus necessitatibus inueniuntur taliter quod sine quotidianis eleemosynis vix sustentari valeant, & si pro omnibus Missis praedictis ad quarum celebrationem occasione praedicta tenentur, & illas celebrare, dicere, aut celebrari facere non valeant, vna Missam solennem, siue generalem. eum anniuersario, & absolutione generali, iuxta Superiorum suorum ordinationem, seu voluntatem quolibet mense dicerent pro festo, ex hoc ipsorum conscientiae serenitati, ac quieti, consolationique speciali sibi plurimum, & opportune consuleretur, & omnis scrupulus poenitus, & omnino tolleretur. Supplicanti igitur humiliter eidem Sanctitati vestrae Oratores praefati, quatenus in praemissis eius votis annuentes, & sibi speciale gratiam faciunt eorum inopiae, super praemissis paterna copacientes dilectione, & eidem prouidere, & subuenire volentes, quod tam praedicti Prouinciales, & Monasteriorum praedictorum Ministri, quod tunc, & pro tempore fratribus in eisdem Monasterijs, siue domibus Ordinis Prouinciae praedictorum existentibus, singulis diebus, iuxta facultatem, & dispensationem ipsorum fratrum praef-

Bullarium Ordinis

byterorum in domibus his pro tempore, vt præmittitur, consistentium, eorum quilibet præuia vtriusque hominis præparatione, & bonæ conscientiæ deuotione celebrare possit, celebrando loco missarum, & aliorum Diuinorum Officiorum, pro quibus legata prædicta, seu aliquam eleemosynam receperint, & si forsitan propter paupertatem eorum ad id non sufficiant Missæ, & alia Diuina Officia, celebrare vnam generalem, & solennem Missam, cum aniuersario, & absolute, vt præfertur, celebranda. Ad Missarum, & aliorum prædictorum Officiorum Diuinorum, quibus ratione dictarum eleemosynarum suarum, & legatorum huiusmodi defunctorum, seu viuorum tenentur, & non sufficiunt celebrare, seu pro tempore non sufficiant minime teneantur. Quodquæ illi fratres, seu Prouinciales, aut Ministri in præfatis domibus, siue Monasterijs, pro tempore existentes, qui simul, vel sigillatim aliquas eleemosynas, pro Missarum celebratione acceperint, & morte præuenti illas dicere nequierint, si fratres domorum, siue Monasteriorum eorundem viuentes illas tres, vel plures Missas, quas pro quolibet fratre defuncto, dicere tenentur iuxta eorundem Priorum, seu Ministrorum, vel aliorum pro tempore existentium voluntatem, pro animabus eorum qui eleemosynas elargiti fuerint, ac pro dictorum fratrum animarum salute celebrauerint, ab obligatione huiusmodi absoluantur, & absolutos esse ex nunc præsentium tenore declaratur, & decernantur. Necnon ad fratres illos qui pro tempore fuerint viuētes, etiā eleemosynas pro Missis, & alijs Diuinis Officijs celebrandis, quas adimplere non possint, pro ipsorum conscientiæ quiete, quod scilicet Prelatus, seu Minister, aut Prior, seu Superior eorum iniungendo sibi secundum quantitatem, & qualitatem, tam in Missis, quam in alijs Diuinis Officijs, eos, vel eorum quemlibet absolueri possit, concedere, & perpetuo indulgere dignemini, de gratia speciali, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon statutis, & consuetudinibus, ac constitutionibus, & ordinationibus dicti Ordinis, Capituli Generalis, siue Prouincialis, vel prædicti Monasterij confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia, iuramento etiam roboratis, priuilegijs quoque; & indultis, ac litteris Apostolicis eidem Ordini, aut Prouinciæ, siue Regno coniunctim, seu diuisim, sub quibusvis verborum formis, & tenore etiā concessis, confirmatis, & pluries innouatis, etiam latissime in litteris extendantur. Adeo quod

pœnitus, & omnino tollantur, & non obstant, pro hac vice dūtaxat specialiter, & expresse de potestatis plenitudine derogare placeat, cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque; cum clausulis opportunis, & consuetis concessum, vt petitur in præsentia Domini Papæ P. Sabinen. & cum absolute à censuris, ad effectum, pro omnibus præmissis, etiam in casibus, &c. Et cum illorū derogatione, &c. & quod obstantia omnia habeantur pro expressis, &c. & cum opportuna derogatione constitutionum, ordinationum, institutorū, vsuū, & naturarum, ac priuilegiorum, & indultorum, & litterarum Apostolicarum latissimè extens. Adeo quod pœnitus, & omnino tollantur, & non obstant, vt præfertur, vt de absolute, commutatione, ac dispensatione, & omnibus, & singulis prædictis perpetuo, &c. & quod nomine, & cognomine præfatorum Provincialium, & Ministrorum, & fratrum, ac de præterito, & futuro quantitates, & qualitates legatorum, aut Missarum viuorum, & mortuorum habeantur pro expressis, & quod omnium, & singulorum præmissorum, ac circa ea necessariorum maior, & verior specificatio, & narratio fiat in confectioe litterarum, quam per Sanctitatem ve-

stram attentamateria, & Orationum paupertate expediantur concessum P. Sabinen. Datis Romæ apud sanctum Petrum, sexto idus Martij anno secundo.

Dignetur Sanctitas vestra litteras super supplicatione cuius copia præinfitur simul, vel separatim conficiendas, etiam pro Augustino de Molina moderno Ministro, & Conuentus, siue domus sancti Lazari extra muros Casaraugust. Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, cum omnibus, & singulis dispensationibus, indultis, gratijs, decretis, & clausulis in ea contentis, conuentionibus, reductionibus, etiã perpetuo iuxta eiusdem præinfertæ tenorē, & per Sanctitatem vestram expedire mandare de gratia speciali, huiusmodi namque supplicatio manu Domini nostri Papæ sub his verbis fuit signata, videlicet: fiat. I. Deinde data Domini datarij sic subsequēbatur, videlicet: Datis Romæ apud sanctum Petrum, tertio idus Augusti anno secundo.

Clementissime Pater, non solum domus de quibus in præinfertis fit mentio reductione, licentia facultate, indulto, dispensatione, derogatione, commutatione, decreto, & alijs gratijs in præinferta contentis indigent: verum etiam Barcinonensis, &

Bullarium Ordinis

Gerūdens. dicti Ordinis, siue Monasteria, & eorum Conuentus Beatae Mariae de Mercede, qui similiter ex pijs fidelium largitionibus, & eleemosynis Millarum, & Diuinorum celebratione prouentibus viuunt, & ad tanta onera supportanda eorum vires non sufficiunt. Placeat igitur Sanctitati vestrae litteras super supplicatione, & reformatione, quarum copia praesententur, conficiendas ad praeces deuoti Oratoris vestri Dominici de Claueria in Artibus, & Theologia Magistri dictae domus Gerundens. Praeceptoris, siue Commendatarij, & eisdem licentia, & facultate, indulto, dispensatione, derogatione, commutatione, decreto, & alijs gratijs, in omnibus, & per omnia, prout in eisdem praesententur continetur, etiam pro Praeceptoribus, & fratribus dictarum Barcinonensis, & Gerundensis domorum, iuxta earundem praesententur tenorem, expedire mandare. In fine huiusmodi supplicationis taliter est signatum. Videlicet concessum Ioan. Baptista Cafertan. Deinde datis manu eiusdem Domini nostri Papae Datarij in eadem supplicatione appositae sic subsequitur, videlicet. Datis Romae apud sanctum Petrum tertio decimo Kalendas Nouembrii anno secundo. In quo-

rum omnibus, & singulis tanquam rite, & legitime factis nostrae, & dictae Curiae auctoritatem iudiciariam, & ordinariam interposuimus, ac praesentibus interponimus pariter, & decretum, & ad ampliorem euentiam praemissorum sigillum dictae Curiae causarum Camerae Apostolicae praesentibus duximus, & iussimus apponendum. Datum, & actum Romae in idibus habitationis nostrae solitae residentiae, in quibus iura reddi solet, hora Audientiae causarum consueta nobis inibi ad iura reddendum, & causas audiendum, in hoc nostro solito, & consueto pro Tribunali sedendo, sub anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, indictione decimatertia, die vero Veneris trigesima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo P. & Domini nostri D. Clementis, Diuina Prouidentia Papae VII. anno secundo. Praesentibus ibidem discretis viris Dominis Philippo de Quintils, Curiae Romanae, & Antonio de Grangia, Clerico Sauiensi. Diocesis dictae Curiae causarum Camerae Apostolicae, Notarijs trasumptu, testibus a Domino ad praemissa vocatis specialiter, atque rogatis. Ita approbat. Notarius infra scriptus manu propria.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Clemens VII. Monasterijs Barcinonensi, & Gerundensi nostri Ordinis B. Mariæ de Mercede in Regno Aragoniæ, vt possint fratres singulis mensibus vnâ Missam cælebrare solemniter pro obligatione Missarum pro defunctis, ad quas dicendas fratres non sufficiunt, sicut, & domibus sanctissimæ Trinitatis illius Regni concessum fuerat. De hac materia vltra Trident. sess. 25. de reformat. cap. 4. vbi Barbof. num. 2. videndi Enriq. de Missa. cap. 22. §. 6. & 7. Nauar. conf. 9. & 10. de cælebration. Mis. Aluarad. de coniect. ment. lib. 2. cap. 1. num. 67. vers. *Colleges tertio*, Corduu. in sum. quæst. 83. vers. *A lo quarto*, Eman. 1. tom. de regular. quæst. 43. art. 13. Azor 1. tom. lib. 12. cap. 18. vers. 61. Garc. de benefic. 2. tom. 7. part. cap. 1. à num. 127. Zerol. de verb. *Missæ*, dub. 3. Suar. 3. tom. quæst. 83. disput. 86. sect. 4. Lar. de Aniuers. cap. à nu. 9. Notabis reductionem tripliciter considerari posse, vel respectu Missarum, quæ imponuntur tempore foundationis, vel pro donationibus, & anniuersarijs, vel tandem pro eleemosynis, quæ à fidelibus offeruntur, pro Missis cælebrandis.

In primo casu non sunt reducendæ ad minorem numerum Missæ, ex declarationibus eminentissimorum. Farin. ibid. Marcil. ad Trident. lib. 2. tit. 15. cap. 3. Garc. dict. cap. 1. nu. 131. Eman. dict. art. 13.

In secundo casu potest Generalis, & Abbas in Capitulo Generali reducere prædictas Missas. Trident. dict. cap. 3. & omnes præcitati. Nauar. conf. 9. & 10. vbi offert Iulij II. & Leonis X. Bullas Minoribus concessas, pro hac reductione de cælebrat. Missar. Lar. de anniuersar. lib. 1. cap. 14. nu. 9. & 10. Quamuis Eman. dict. art. 13. & Azor d. vers. 61. Affirmant ex Cardinalium declaratione Trident. procedere tantum in onera Missarum ante Trident. imposita; Contrarium tamen tenet Garc. d. cap. 1. nu. 132. Respondetque declarationem non esse certam. Vt autem hæc reductio fiat necesse est, vt commemoratio defunctorum per collectas fiat. Nauar. d. conf. 10. Attamen eminentissimorum Congregatio declarauit, vt sufficiat commemoratio in Memento. Marc. Anton. Genuens. cap. 24. num. 9. Garc. d. cap. 1. n. 133.

Hic consequens est non esse rejicienda anniuersaria futura, & dotationes; tamet si Monasteria pluribus abundant; nec omnibus

Bullarium Ordinis

in indiuiduo satisfacere possint; tum quia reductio potest fieri iuxta prædicta, nec Trident. eas improbauit: tum etiam quia posteriores defuncti non debent esse peioris conditionis, quam priores; aliter enim carebunt suffragijs, & Missarum annuertijs. Altamir. de visitat. ad Trident. sess. 24. cap. 3. verb. *Etiam testamentorum*, a num. 52.

In tertio tandem casu quædam Regularium Monasteria, ob paupertatem (vt constat ex nostra Bulla) habent priuilegium Papa, vt pro vna Missa à pluribus stipendium capere possint. Quod si ad finem anni superint multarum Missarum stipendia, quibus Monasterium satisfacere non potuit, solent reputari pro dictis; obtinetque stipendium vim elemosynæ, Papa voluntatem contribuentium cõmutante rationabiliter. Enriq. lib. 9. cap. 22. §. 7. Nam regulares offerunt generali intentione pro omnibus contribuentibus, nã quantum ad impetrationem bonorum, non minuitur ex eo quod pro pluribus offeratur, cap. non mediocriter sic intelligendus de consecration. distinct. 5. Enriq. lib. 9. cap. 17. §. 5. Satisfactionis vero temporalis intentio compensatur; eo quod eis fit communicatio bonorum eius Monasterij, & Religionis, qualis fit confratribus, & benefactoribus, & per prædictam commemorationem in alijs Missis, & suffragijs. Enriq. dict. §. 7. Neque obstat declaratio eminentissimorum sub Urbano VIII. quia non fuit recepta, propter prædicta in conuenientia.

Dum autem Pontifex concedit tantum Barcinonensi, & Gerundeni Monasterijs hoc priuilegium; competit etiam omnibus Ordinis Monasterijs, ex Bulla Iulij III. vt resoluiti in præfatio Bullarum, num. 13.

C L E M E N T I S VII.

B V L L A Q V I N T A.

S V M M A R I V M B V L L A E.

1 *Prohibet, ne fratres nostri impetrare audeant contra paupertatis votum ab Apostolica Sede commendatorias, beneficia, seu capellanias sub censuris, & pœnis.*

Refert Bullam Martini Papa V. qui de eadem materia loquitur, & eundem prohibet.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Magistro Generali, & Diffinitoribus Capituli Generalis Beatæ Mariæ de Mercede Captiuorum Ordinis sancti Augustini, salutē, & Apostolicam benedictionem. Vestrę deuotionis sinceritas promeretur, vt petitionibus vestris; illis præsertim, quæ utilitatem, & commodum vestri Ordinis respicere dignoscuntur fauorabiliter annuamus. Exhibita siquidē nobis pro parte vestra petitio cōtinebat, quod nonnulli vestri Ordinis fratres nonnulla commendatorias, & alia beneficia Ecclesiastica ipsius Ordinis, ac quidē alij collationum, prouisionū de eis auctoritate ordinaria eis factarum, confirmationes à Sede Apostolica impetrarunt, ac quotidie impetrare nituntur; nonnulli etiam ex eis in Capellanos eiusdem Sedis se recipere procurarunt, propter quod in obedientia, rebellio, dissolutio huiusmodi impetrantium, ac domorum dicti Ordinis destructio, ac bonorum ipsius dilapidatio sæpe sequuntur. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt prouidere super præmissis de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque

huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ Apostolica auctoritate concedimus, vt contra quoslibet fratres dicti Ordinis, qui Commendatorias, & alia beneficia huiusmodi, seu collationum, & prouisionum eis ipsis factarum, & fundatarum cōfirmationes à Sede Apostolica impetrarunt; etiam si dictæ Sedis Capellani existant, proinde procedere valeatis, ac si Cōmendatorias, & beneficia ipsa, seu eorum collationum, & prouisionū huiusmodi confirmationes à Sede prædicta minime impetrassent. Nulli ergo omnino hominū liceat, hanc paginam nostrę concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Auinioni sexto idus Decembris, Pontificatus nostri anno decimo.

Martinus Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Sacrę Religionis, sub qua dilecti filij Magistri, & fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Captiuorum, deuotū, & sedulum exhibent Domino famulatum, conuenit honestati, vt petitionibus ipsorum; illis præfer-

fertim, quæ dicti Ordinis conseruationem, statumque tranquillū respiciunt, fauorabiliter annuamus. Exhibita si quidem nobis pro parte dictorum Magistri, & fratrum petitio cōtinebat, quod licet Commendæ, Prioratus, Vicariæ, & alia officia Ecclesiastica dicti Ordinis, seu pro fratribus eiusdem Ordinis obtineri, seu regi consueta, ex ordinatione foundationum eorum annalia, seu alias manualia existant, & obtinētes illa pro tempore, pro solo nutu Magistri, & Diffinitorum Generalis, vel Prouincialis Capituli eiusdem Ordinis, pro tempore existentium, singulis annis, seu alias prout his expediens videtur ammoueri, & alij loco ipsorum deputari cōsueuerunt. Tamen nonnulli fratres ipsius Ordinis calliditate forsam, seu ambitione ducti obseruantias, & ordinationes eiusdem Ordinis transgredi non verentur, naturamque ipsorum Commendarū, Prioratum, Vicariarum, officiorum, & beneficiorum mutare conantes, nōnunquam diuersos super collationibus prouisionibus, de huiusmodi Commendis, Prioratibus, Vicarijs, officijs, & beneficijs eis conferendis; etiam plerumque cum reseruationibus eorundem, cum ipsa vacare contigerint, à Sede Apostolica gratias, seu libertates sub diuersis formis impetrarūt actenus, fatagentes se pro eis in ipsis Commendis, Prioratibus, Vicarijs, officijs, & beneficijs perpetuare, ac eorum fructibus, & redditibus, ac eleemosinis, quæ pro libertate, & Redemptione Christi fidelium, per infideles detentorum ordinata noscuntur, in suos proprios, ac ad alios alienos, vbi ipsis placuerit conuertunt vsus, ac verisimiliter timendum est (nisi remedium adhibeatur opportunum) quod idem, vel alij ipsius Ordinis fratres similia in futurum facere non desistant, in animarum suarum periculū, obedientiæ debitæ eneruationē, ac ipsius Ordinis præiudicium non modicū, & grauamen. Quare pro parte ipsorum Magistri, & fratrum nobis fuit humiliter supplicatum, vt super hoc opportuna prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur charissimi in Christo filij Alfonsi Regis Aragoniæ Illustrissimi, nobis etiam super hoc humiliter supplicantis, ac huiusmodi eorundem Magistri, & fratrum supplicationibus, vt putarationi consonant, inclinati, volumus, & Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, per quascumque litteras, seu gratias à Sede prædicta, seu eius Legatis, per quosvis fratres dicti Ordinis, sub quacumque etiā forma, vel expressione verborum, super collationibus, seu

prouisionibus eis deductis Com-
 mendis, Prioratibus, Vicarijs, of-
 ficijs, vel beneficijs vacantibus,
 vel vacaturis faciendis actenus,
 etiam si de ipsis, & eorum toto
 tenore præsentibus de verbo ad
 verbum specialis mentio habenda
 foret, impetratas, seu in futu-
 rum, de præsentibus plenam, &
 expressam, ac de verbo ad ver-
 bum specialem mentionem non
 facientes impetrandas, aut ipsis
 alias quouis modo concessas, seu
 concedendas, naturam, seu ordi-
 nationes foundationum, Cōmen-
 darum, Prioratum, Vicariarū,
 officiorum, & beneficiorū præ-
 dictorum nullatenus debuisse,
 seu debere mutari, sed ipsa de-
 buisse, ac etiam in futurum de-
 bere remanere annalia, & alias
 manualia, siue ordinationes, &
 fundationes eorum, ad nutum su-
 pradictum; etiam si impetranti-
 bus ipsis, per huiusmodi, seu al-
 ias dictæ Sedis, vel Legato-
 rum eius litteras concessum sit,
 vel in posterum concedi conti-
 gerit, quod ab huiusmodi Com-
 mendis, Vicarijs, officijs, bene-
 ficijs non possint, seu debeant,
 absque rationabili causa, quomo-
 dolibet amoueri. Nulli ergo
 omnino hominum liceat, hanc
 paginam nostræ voluntatis, &
 constitutionis infringere, vel ei-
 ausu temerario cōtraire. Si quis
 autem hoc attentare præsumpse-
 rit, indignationem Omnipoten-
 tis Dei, & Beatorum Petri, &
 Pauli Apostolorum eius, se no-
 uerit incursum. Datis Floren-
 tiæ secundo idus Aprilis, Ponti-
 ficatus nostri anno tertio. Sig-
 num ✠ Ioannis Lerrarij auctori-
 tate Regia Notarij publici Bar-
 cin. testis. Signum ✠ Thomæ Vi-
 ues, auctoritate Regia Notarij
 publici Barcin. testis. Signum ✠
 Mathei de Solerio Bayuli Barci-
 nonen. qui huic translato à suis
 originalibus præinsertis fide-
 liter scripto, & cum eisdem veri-
 dice comprobato, ex parte Do-
 mini Regis, & auctoritate offi-
 cij, quo fungimur, auctoritatem
 nostram impendimus; pariter,
 & decretum, & in eodem duxi-
 mus sigillum officij, quo utimur
 impendenti apponendum, vt ei-
 dem translato, tanquam suis ori-
 ginalibus præinsertis fides ple-
 naria ab omnibus impendatur.
 Quod quidem decretum appo-
 situm est manu mei Marchi Ca-
 nys, auctoritate Regia Notarij
 publici, & regentis scribaniam
 Curie Bayuliæ Barcinon.
 Ioanni de Mediavilla, q. Ci-
 uis Barcinonens. domini utilis
 eiusdem scribania, in cuius posse
 dictus Honorius Bayul. hanc fir-
 mam fecit quartadecima die O-
 ctobris, anno à Natiuitate Do-
 mini millesimo quadringentesi-
 mo sexto, præsentibus testibus
 discretis Paulo Guardiola, &
 Bernardo Clotas Not. Ciuibus
 Bar-

Bullarium Ordinis

Barcinonæ. In quorum testimonium ego Marcus Canys Not. prædictus hic me subscripsi, & hoc meum solitum hic apposui signum. ✠ Signum mei Ferrarij Verdaguerij auctoritate Regia Not. publici Ciuis Barcinonæ, qui hoc translatum à suis originalibus fideliter sumptum, & cum eisdem veridicè comprobatum, auctorizatumque, & testificatum, vt supra patet, ac sigillo dicti Honorij Baiuli appenditione communitum scribi feci, & clausi vigesima die Octobris,

anno à Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto. Approbat Notarius infra scriptus manu propria.

✠ Signum Ioannis Grales Apostolica Regiaque auctoritatibus Notarij publici Barcinonæ, qui copiam huiusmodi à dicto suo originali in dicto archiuo recondito fideliter sumpsi, & comprobauit, & rogatus, & requisitus, vt supra patet clausi, die quarta Augusti, anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

CLEMENTIS VII.

BVLLA SEXTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1. Concedit indulgentias, & gratias concessas Religionibus ab alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus suis, scilicet à Nicolao IV. & deinceps, & confirmat.
2. Concedit, vt qui duos dederint florennos possint eligere confessorum approbatus, qui absoluat eos à casibus reservatis.
3. Concedit his qui fuerint nostri confratres, quod qui migraverint ex hac vita confessi, & contriti, sint absoluti ab omnibus penis debitis in Purgatorio, adhuc propter casus reservatos.
4. Concedit, vt tempore interdicti non denegetur eis sepultura in nostris Ecclesijs.

CLEMENS Papa VIII. cam benedictionem. Pium, & Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam meritorium apud Deum, & sue Maiestati non modicū acceptabile non ambigentes, dum ipsius memo-

memoriam Christianis in ignominiam Christiani nominis in seruitutem detentis subuenitur ad ea, per quae detenti ipsi ab huiusmodi seruitute liberarentur, & fidelium animae Domino lucrifiant, nostri ministerij partes solertius impartimur. Dudum si quidem postquam Ordo Beatissimae Mariae Virginis de Mercede Redemptionis Captiuorum ex ipsius Gloriosissimae Virginis reuelatione in Ciuitate Barcinonensi, & festo sancti Laurentij Martyris, anno Domini millesimo ducentesimo decimo octauo, à clarae memoriae Iacobo Aragonum Rege, sub inuocatione eiusdem Beatissimae Virginis Mariae, & opera, & diligentia fratrum ipsius Ordinis Christi fideles ab infidelibus capti redimerentur, institutus, ac eidem Ordini, & illius fratribus pro tempore existentibus, per ipsum Iacobum Regem plura priuilegia, pro eleemosynis, in suo Regno, pro tam pio opere quaerendis, ac ut ipsi fratres arma sua Regia deferant (prout deferunt) concessa fuerant. Et ex tunc etiam diuersi Romani Pontifices praedecessores nostri Ordini, & illius fratribus praedictis quae plura priuilegia concesserunt: & cum Christiani captiui de manibus infidelium sine pecunijs redimi non possint, ut Christi fideles ad porrigendum manus adiutrices,

& pecunias, pro tali pia Redemptione erogandum allicerentur, & inuitarentur, foelicis recordationis Nicolaus IV. etiam praedecessor noster, ut animabus defunctorum, qui in sinceritate fidei, & unitate sanctae Romanae Ecclesiae, à suo, & successorum suorum Romanorum Pontificum obedientia, contritioneque, & confessione integra, (si tempus confitendi daretur,) ab hac luce migrassent, & pro quibus duo florenni auri Aragonum, vel praetium aequiualens ad opus Redemptionis Christi fidelium apud infideles Captiuorum fratribus dicti Ordinis erogarentur, omnem poenam, quam post eorum decessum, pro suorum expiatione peccatorum pati deberent, per modum suffragij misericorditer in Domino relaxauerat. Ac pia memoriae Sixtus IV. & Iulius II. Romani Pontifices, etiam praedecessores nostri, litteras aliorum Romanorum Pontificum, etiam praedecessorum nostrorum, quatenus essent in uia approbauerant, ac innouauerant; ipseque Iulius praedecessor, potiori pro cautela, etiam ea omnia pro tempore existentibus Generali, & fratribus dicti Ordinis de nouo concesserat, ac quod etiam praedecessor idoneus saecularis, quam confratres utriusque sexus confraternitatis eiusdem Beatae Mariae canonice instituta pro tempore

Bullarium Ordinis

existentes, & eorum quilibet duceret eligendum, eorum confessionibus diligenter auditis, ab omnibus peccatis, etiam in casibus Sedi Apostolicæ referuatis semel in vita; in alijs vero semel singulis annis absolueret, & pœnitentiam salutarem iniungere posset, & tempore interdicti ordinaria auctoritate possint Diuinis interesse, & eorum cadauera Ecclesiasticæ sepulturæ tradi, & confratres videlicet vir, & vxor dictarum confraternitatum ingredi volentes, & tempore ingressus triginta denarios, & inde singulis annis septē denarios conferrent, gauderent omnibus priuilegijs, & illi, ac alij fideles eandem confraternitatem ingredienti, in eorum ingressu tres solidos cum dimidio soluentes, & non tenerentur singulis annis ad dictam solutionem septem denariorum; nec ad aliquam aliam solutionem, ratione confraternitatis huiusmodi faciendam vltius obligarentur, statuerat, & ordinauerat, ac illis qui tempore, quo captiui redempti, per diuersa loca, ad misericordiam Dei propagandam, sub eius Crucis vexillo ducerentur, triginta denarios similes ipsis fratribus ducētibus erogarent, triginta annos, & totidem quadragenas misericorditer in Domino relaxauerat, & quod Generalis, ac deputatus ab

eo legata pro Redemptione Captiuorum huiusmodi facta exigere possit, concesserat. Et deinde recollendæ memoriæ Leo Papa X. similiter prædecessor noster, omnia litteras, & priuilegia, per eosdem prædecessores concessa, quatenus essent in vsu, etiam approbauerat, ac voluerat, quod dicta relaxatio pœnarum Purgatorij animabus defunctorum, pro quibus dicti duo florenni Aragoniæ, per dictū Nicolaum prædecessorem concessa, eisdem animabus, alias, iuxta ipsius Nicolai prædecessoris litteras qualificatas, etiā in singulis defunctis, pro quibus nisi vnum florennum similem ad dictæ Redemptionis opus erogari contigerit, suffragaretur. Necnon fratribus Ordinis huiusmodi indulgentias stationum almę vrbis, ac quod singuli vtriusque sexus Christi fideles in Ciuitatibus, & Diocesis, in quibus dicti Ordinis aliqua domus consisteret, viro, & vxore pro vna persona cōputatis, triginta denarios monetæ ibidem currentis, seu horum valorē pro redemptione huiusmodi erogarent, vltra alias gratias, & indulgentias benefactoribus dicti Ordinis auctoritate Apostolica concessa semel in vita, & in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi forent, indulgentiam, & remissionem

nem cōsequerentur, indulserat, & oblata pro huiusmodi Redēptione in arcam ad hoc deputatam, sub quatuor clauibus, apud quatuor ex principalibus ipsius ordinis fratribus deponendis in custodiam conseruari, & illorum tertia pars, in Generalis, & domorum Ordinis pauperum, & illorū in quibusvis operis ministrari possēt; reliquæ vero duæ partes in huiusmodi Captiuorū Redemptione conuerti debere voluerat, ac fratribus dicti Ordinis, & Commissarijs ab eis deputatis indulgentias, & peccatorū remissiones, cæteraque priuilegia, & indulta ipsis, & alijs Christi fidelibus, eorum pia suffragia ad præmissa exhibentibus pro tēpore concessa, vbi, quando, & quoties opportunum videretur, per se, vel alium, seu alios in Ecclesijs, etiam solemniter publicandi, & publicari faciendi licentiam concesserat, ac locorū Ordinarijs, ne fratres dicti Ordinis, aut Commissarios, vel alios ab eis etiam ad prædicationis, vel publicationis huiusmodi opus, pro tempore deputatos, aut eorum aliquam quo quomodo impedirent; ne ratione litterarum, quas ipsis pro publicatione huiusmodi in eorum Ecclesijs, Ciuitatibus, & Diocæsesibus, seu distritibus commodius faciendis concedere solebant, vltra quin-

que florennos pro se, secretarijs, & alijs ministris acciperent, præceperat. Nos per quosdam sub plumbo omnia priuilegia, quatenus essent in vsu, ac immunitates, exemptiones, & gratias; nec non post finitum annum iubilei tunc currentis, etiam indulgentias Ordini, & fratribus huiusmodi concessa, & concessas auctoritate Apostolica approbauimus; illaque omnia de nouo concessimus, & vt Christi fideles ipsi indulgentias prædictas consequi, & relaxationem pœnarū purgatorij, per Nicolaum prædecessorem animabus defunctorū concessas huiusmodi procurare facilius valerent, voluimus, indulgentiā, & relaxationē huiusmodi, tam viuentium, quam singulorum defunctorum prædictorum, pro quibus singulos tres solidos monetæ Regni Aragoniæ, seu æquivalentem summam in alia moneta in partibus illis cursu habente ad dictæ Redemptionis opus erogari contigerit, post finitum annum iubilei, ac per alias nostras in forma breui litteras, quod publicatio indulgentiarum, & aliorum præmissorum, etiā in locis, in quibus nulla domus dicti Ordinis existeret, fieri possit concessimus. Cum autē nuper ob multiplices quærellas, quæ ex varijs regionibus contra quæstus facientes, qui ad

ex-

Bullarium Ordinis

extorquendum pecunias, indulgentias, & alia dona spiritualia, quæ per nos iuxta facultates eis concessas concedi non poterant, concedebant, offerebantur. Nos priuilegia per prædecessores nostros concessa, & per nos approbata, ac litteras nostras super illis expeditas, per alias nostras litteras, sub plumbo ad beneplacitum nostrum suspendenderemus. Necnon eisdem quæstoribus, ac illis, quibus ad quæstus huiusmodi fuerint deputati, sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna, ne de cætero quæstus facere præsumerent, inhibuerimus; omniaque, & singula, quæ per eos cõtra inhibitionem nostram huiusmodi gesta, vel facta forent, irrita, & inania decreuerimus. Necnon venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs virtute sanctæ obedientiæ, & suspensionis à Diuinis Officijs mādauerimus, quatenus easdem quæstas de cætero in Ciuitatibus, & Diœcesibus, ac alijs locis iurisdictionis eorum stare, & quæstas, ac alia in dictis nostris litteris, priuilegijs prædecessorum huiusmodi concessas facere nullatenus permitterint, quæ per eos in eorum Ciuitatibus, & Diœcesibus; necnon pecunias, per eos collectas sequestrari facerent, & in sequestro tenerent, donec aliud à no-

bis in mandatis haberent, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur, & sicut accepimus propter suspensionem, inhibitionem, decretum, & mandatum nostrum huiusmodi Christi fideles à pijs suffragijs, quæ dicto Ordini pro redimendis Christi fidelibus in manibus Turcarum, & infidelium detentis erogarent, si suspensio, inhibitio, decretum, & mādatum nostra huiusmodi obstare non viderentur erogantes retrahantur, & tantum ipsorum captiuorum opus, cuius omnibus fauor est præstandus, impediatur. Nos attendentes suspensionem, inhibitionem, decretum, mandatum, & posteriores litteras huiusmodi, non culpa fratrum dicti Ordinis; sed aliorum, qui causam huiusmodi quærellis dederant, emanasse, & quod si oblationes à sponte dantibus porrigantur, & contenta in dictis nostris litteris seruentur, ac priuilegiorum, & indulgentiarum eidem Ordini Redemptionis Captiuorum concessorum prædicatio, & publicatio per fratres professores eiusdem Ordinis, & non per Cõmissarios, qui dicti Ordinis professores nõ existant, nullum scandalum generatur, ac propterea, nec huiusmodi pium opus intermittatur, obuiare, ac singularum litterarum prædictarum tenores pro expressis habere volentes, suspen-

pensionem, inhibitionem, decre-
 tum, & mandatum, ac postero-
 res litteras huiusmodi; dummo-
 do ipsi fratres contenta in dictis
 litteris nostris, per se ipsos eius-
 dem Ordinis professores, & non
 per Commissarios, & alios ip-
 sius Ordinis non professos, seu
 alios Ordinum mendicantium
 professores bonæ famæ prædi-
 cent, & in Ecclesijs publicent,
 auctoritate Apostolica, tenore
 præsentium reuocamus; nec non
 eleemosinas, quæ collectæ, &
 forsam iuxta tenorem postero-
 rum litterarum nostrarum se-
 que tractæ fuerint, ac etiam quæ
 colligendæ erunt, & in huiusmo-
 di Captiuorum Redemptionem
 conuerti debent, auctoritate, &
 tenore prædictis relaxamus. Mā-
 dantes dilectis filijs Abbati sa-
 cularis, & Collegiatae Ecclesiæ
 oppidi Vallisoleti Palent. Dice-
 ces. & venerabilium fratrum Ar-
 chepiscopi Cusent. & Episcopi
 Barcinonensis, in spiritualibus
 Vicarijs Generalibus, quatenus
 ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per
 se, vel alium, seu alios præsentis
 litteras, & in eis contenta, qua-
 cumque, & vbi, & quando opus
 fuerit, ac quoties pro parte exi-
 stentis Generalis, & fratrum Or-
 dinis Redemptionis Captiuorū
 huiusmodi desuper fuerint re-
 quisi, solemniter publicantes,
 eisque in præmissis efficacis de-
 fensionis præsidio assistentes, fa-

ciant, auctoritate nostra præsen-
 tes litteras, & in eis contenta
 huiusmodi firmiter obseruari, ac
 singulos, quos eadem præsentis
 litteræ concernunt illis pacifice
 gaudere non permittentes, eos
 desuper per dictos locorum or-
 dinarios, seu quoscumque alios
 quomodolibet impediri, seu mo-
 lestari; cōtradiçtores quoslibet,
 & rebelles per censuras Eccle-
 siasticas appellatione postposi-
 ta compescendo, nō obstantibus
 suspensione, inhibitione, decre-
 to, mandato, & posterioribus lit-
 teris nostris prædictis, ac alijs cō-
 stitutionibus, & ordinationibus
 Apostolicis contrarijs quibuscū-
 que, aut si eisdem Ordinarijs, vel
 quibusvis alijs communiter, vel
 diuisim ab Apostolice sit Sede
 indultum, quod interdicti, suspen-
 di, & excommunicari non pos-
 sint, per litteras Apostolicas non
 facientes plenam, & expressam,
 ac de verbo ad verbum de indul-
 to huiusmodi mentionē. Decer-
 nentes earūdem præsentium trasum-
 ptis manu Notarij publici sub-
 scriptis, & sigillo alicuius perso-
 næ in dignitate Ecclesiastica con-
 stitutæ munitis, eandem pror-
 sus fidem, in iudicio, & extra ad-
 hibendā fore, quæ ipsis præsentibus
 adhiberetur si forent exhibi-
 tæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud
 sanctū Petrū, sub annulo Piscato-
 ris, die vigesima prima Octobris,
 anno millesimo quingentesimo

Bullarium Ordinis

trigesimo, Pontificatus nostri anno septimo. A. Colotius. Captiuorum, Notarij aut. ita approbat Notarius infra scriptus manu propria. Signum ✠ Ioannis Grasses Apostolica, Regiaque auctoritate Notarij publici Barcinonæ, qui huiusmodi copiam

à dicto suo originali in dicto archiuo recondito de dicto mandato scripsi, & per aliū trasumpsi, & comprobauit, rogatus, & requisitus, vt supra clausi, die quarta Augusti, anni millesimi quingentesimi vigesimi tertij.

C L E M E N T I S VII.

BVLLA SEPTIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Confirmat omnes gratias, & indulgentias, quæ à prædecessoribus suis concessæ fuerunt, & omnes immunitates, & exemptiones à Regibus, & Principibus Christianis Ordini nostro libere donata.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei; dilectis filijs Magistro, & fratribus domus sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Barcinonensis Ordinis sancti Augustini, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cùm à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue

per priuilegia, seu alias indulgentias, vobis, & domui vestræ concessas; necnon libertates, & immunitates, ac exemptiones sæcularium exactio- num à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus rationabiliter, vobis, & domui prædictæ indultas, sicuti eas iuste, & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem domui auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communi- mus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contrari- re. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatio-

nem

nem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Auinnione, tertio idus Nouembris, Pontificatus nostri anno quartodecimo. Signum. X. Ioannis Graes Apostolica, Regiaque auctoritatibus Notarij publici Barcinonae, qui copiam

huiusmodi à dicto suo originali in dicto archiuo recondito fideliter sumpsi, & per alium scribere feci, & comprobauit, & rogatus, & requisitus, ut supra clausi, die quarta Augusti, anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

CLEMENTI SVCCEDIT Paulus III. anno

1533.

P A V L I I I I.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- 1 In hac Bulla refert alias, & eas confirmat, & omnia, quæ à predecessoribus suis concessa sunt Ordini nostro.
- 2 Concedit Christi fidelibus erogantibus eleemosynam pro Redemptione Captiuorum duorum florennorum aureorum, migrantibus ex hac vita confessis, & contritis, & in obedientia Ecclesie, præcipue confratribus eiusdem Ordinis absolutionem à penis in purgatorio debitæ.
- 3 Concedit, ut possint eligere confessorem ex approbatis, qui absoluat eos à casibus reseruatæ, una vice dumtaxat per annum, & à cæteris quoties confiteantur, uti concessum est Ordini sanctissimæ Trinitatis.
- 4 Concedit ut tempore interdicti possint sepeliri cum moderata pompa, & alia plura concedit omnia, scilicet, quæ concessa sunt Ordini sanctissimæ Trinitatis.

Bullarium Ordinis

PAVLVS Episcopus seruus seruatorum Dei. Dilectis filijs Generali Magistro, & fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustum est, & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates à fœlicis recordationis Nicolao IV. Bonifacio, & Alexandro IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. Iulio II. Leone X. Adriano VI. Gregorio XI. Martino V. Eugenio IV. Callisto III. Sixto IV. Clemente VII. & alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, siue per priuilegia, & alia indulta, vobis, & Ordini vestro concessa. Necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus, vobis, & dicto Ordini, illius benefactoribus, & fratribus in communi rationabiliter indultas, sicuti omnia iuste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem Ordini, & confratribus, ac benefactoribus auctoritate Apostolica confirmamus,

ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datis Romæ apud sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo quinto, duo decimo Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno primo. B. Beutilis P. R. F. de Riuera, per Compiti vi pollicit.

Clemens Episcopus seruus seruatorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Vigornienti, & dilectis filijs Abbati Monasterij de Banyolas Gerundensis Diœcesis, ac Priori Prioratus Beatæ Mariæ del Pilar Cæsaraugustanæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Hodie à nobis emanarunt litteræ tenoris subsequētis. Clemens Episcopus seruus seruatorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Redemptoris, & Domini nostri Iesu Christi, qui nos ad pietatis cultum, & charitatis zelum misericorditer exercendum suis hortatus est exemplis, vices: licet immeriti gerentes in terris Romanorū Pontificum, præsertim pro regularium locorum fœlici statu, &

per-

personarum illius sub suavi Religionis iugo, Altissimo famulantium, ac fidelium Captiuorum libertati continuo studio vacantium, commoditati, animarumque saluti gesta, cum à nobis petitur, approbamus, & nostri patrocini præsidio cõmunimus, illaque de nouo concedimus, ac alias desuper prouidemus, prout huiusmodi Captiuorum liberationi, & animarum saluti conspiciamus in Domino plenius expedire. Dudum siquidem postquã fœlicis recordationis Bonifacius VIII. Alexander IV. Clemens VI. Gregorius XI. Martinus etiam V. Eugenius etiam IV. & Callistus similiter IV. Romani Pontifices prædecessores nostri, tunc Generali Magistro, & fratribus Ordinis Beatæ Mariæ Redemptionis Captiuorũ, certas, erga locorũ ordinarios, & alias tunc expressas personas, monitiones, necnon peccatorum relaxationes, ac alia indulta, & gratias, per diuersas suas litteras cõcesserant. Et piæ memoriæ Nicolaus Papa IV. etiam prædecessor noster, animabus defunctorũ, qui in sinceritate fidei, ac vnitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac sua, suorumque successorum Romanorum Pontificum obedientia, contritioneque, & confessione integra, (si tempus, & confitendi facultas afforet,) ab hac luce migrassent. Et pro quibus duo

florenni auri Aragoniæ, vel præteritum æquiualens, ad opus Redemptionis Christi fidelium apud infideles Captiuorum, fratribus dicti Ordinis erogarentur, omnem pœnam, quam post eorum decessum, pro suorum expiatione peccatorum, pati deberent, per modum suffragij misericorditer in Domino, per alias suas relaxauerat. Ac resoluendæ memoriæ Sixtus Papa IV. similiter prædecessor noster Bonifacij, & Alexandri, ac Clementis, & Gregorij, necnon Martini, & Eugenij, ac Callisti prædecessorum, litteras huiusmodi, cum illarum de verbo ad verbum insertione, per reliquas suas litteras approbauerat, & nonnulla alia de nouo concesserat. Necnon sanctæ memoriæ, Iulius Papa II. etiam prædecessor noster, Sixti, & aliorum prædecessorum huiusmodi litteras, quatenus essent in usu, auctoritate Apostolica approbauerat, & innouauerat, illasque perpetuæ firmitatis robur obtinere decreuerat, & potiori cautela omnia, & singula in dictorum prædecessorũ litteris contenta, eisdem Generali Magistro, & fratribus de nouo concesserat, quodque confessor idoneus secularis, quemcũq; fratres vtriusque sexus confraternitatis eiusdem Beatæ Mariæ canonicè institutæ, pro tempore existentes, & eorũ quilibet cuiuscum-

que dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis forent, ducerent eligendū, ipsos ab omnibus, & singulis eorum excessibus, peccatis, criminibus, & delictis (etiam in casibus Sedi Apostolicæ reseruatis) semel in vita; in alijs vero etiam semel singulis annis, (quemadmodū fratribus confraternitatis Ordinis sanctæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum erat ab eadem Sede concessum) absoluerē; eisque pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere possit. Et si præfatos confratres confraternitatis Beatæ Mariæ ad loca Ecclesiastico interdicto ordinarij auctoritate imposita declinare contigerit; si tamen interdicto huiusmodi causam non dedissent, in illis, clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & summissa voce, Missis, & alijs Diuinis Officijs interesse. Ac qui ex dictis confratribus confraternitatis Beatæ Mariæ, præbyteri forent, ea celebrare; necnon eorundem confratrum tēpore interdicti huiusmodi decedentium cadauera, absque aliqua pompa, solemni Ecclesiasticæ sepulturæ tradi libere, & licite valerent. Quodque si confratres dictæ cōfraternitatis Beatæ Mariæ, tempore eorum in eadem confraternitate ingressus, coniugati forent, solutis per virum, & vxorem triginta, &

deinde annuatim septem denarijs monetæ Iacensis, tam vir, quam vxor huiusmodi confratres dictæ confraternitatis Beatæ Mariæ esse, ac omnibus, & singulis concessionibus, indulgentijs, & remissionibus supra dictis gaudere censerentur. Vel si iidem, & alij fideles præfati eandem confraternitatem Beatæ Mariæ, pro tempore ingredientiē, in eorum ingressu tres solidos, cum dimidio dictæ monetæ, siue quadraginta duos denarios similes, seu aliam æquivalentem monetam soluere marent, ad dictorum septem denariorum, vel aliquam aliam solutionem, ratione confraternitatis huiusmodi faciendam, obligari vltcrius non possint; perpetuo statuerat, & ordinauerat. Et vt eisdem Ordini, & fratribus Beatæ Mariæ vberiora prouenirent subsidia. Vniuersis, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, qui aliquam Ecclesiarum domorum dicti Ordinis Beatæ Mariæ in Natiuitatis, & Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, ac Penthecostes, necnon omnibus, & singulis Beatæ Mariæ totius anni Festiuitatibus à primis Vesperis vsque ad occasum Solis dictarum Festiuitatum, ac in omnibus diebus Dominicis Quadragesimæ deuote visitarent, & inibi manus ad-

adiutrices porrigerent, pro singulis festiuitatibus, & diebus praedictis, quibus id facerent, decem annos, & totidem quadragenas. Et qui tempore, quo dicti Captiui, postquam redempti forent, per diuersa loca, ad misericordiam Domini propalandam, sub eius Crucis vexillo ducerentur, triginta denarios similes ipsis fratribus ducentibus erogarent, triginta annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentibus, misericorditer in Domino relaxauerat, & insuper ut Generalis Magister, & fratres praefati, ac eorum quilibet omnibus, & singulis gratiis, concessionibus, indulgentiis, & remissionibus, quibus confratres Beatae Mariae pro tempore existentes, ac illam ingredientes, & Ecclesias visitantes, ac manus adiutrices porrigentes, caeterique benefactores huiusmodi utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti potiri, & gaudere poterant, quomodolibet in futurum uterentur, poteretur, & gauderent, indulserat. Necnon eidem, & pro tempore existenti Generali Magistro, & ad id de expresso eius consensu pro tempore deputatis fratribus quaecumque legata ad Redemptionem Captiuorum huiusmodi, pro tempore facta a quibusvis personis, & locis in Hispania, & Regis Hispaniae toto dominio exigendi, & re-

cipiendi plenam, & liberam facultatem, etiam alias per suas litteras concesserat, foelicis recordationis Leo Papa X. etiam praedecessor noster, per reliquas suas litteras ad tunc Generalis Magistri, & qui septuaginta captiuos e manibus infidelium redemptos ad urbem tunc deduxerant; caeterorumque fratrum dicti Ordinis supplicatione, emanatas singulas praedecessorum huiusmodi litteras; necnon omnia, & singula alia immunitates, exemptiones, priuilegia, indulta, & alias gratias dicto Ordini B. Mariae, & illius fratribus, ac locis, & personis de illo benemerentibus concessa, quatenus essent in usu, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia approbavit, & innouauit, ac illa eidem Ordini B. Mariae, & eius fratribus, locis, & benefactoribus de nouo; necnon omnia, & singula gratias, priuilegia, & indulta medicantium Ordinibus, & eorum personis, & locis, per Sedem praedictam concessa, indulget, ac voluit, quod dicta relaxatio poenarum Purgatorij animabus defunctorum, pro quibus dicti duo florenni Aragoniae, per Nicolaum praedecessorem, ut praefertur, concessa eidem animabus, alias iuxta ipsius Nicolai praedecessoris litteras qualificatas, etiam singulis defunctis, pro quibus, nisi vnum florennum similem ad dictae Redemptionis opus erogari conti-

Bullarium Ordinis

gerit suffragari. Statuit insuper, & ordinauit, quod prædicti Ordinis Beatæ Mariæ fratres, quadragesimalibus, & alijs anni temporibus, & diebus, quibus nonnullæ vrbes, & extra illius muros existentes Ecclesiæ, pro stationibus consequendis, à Christi fidelibus visitabantur, vnum, vel duo Altaria in Ecclesijs domorum dicti Ordinis Beatæ Mariæ sita deuote visitando, omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones consequerentur, quas consequi possent, si singulis diebus, & temporibus huiusmodi vrbes extra illius muros consistentes Ecclesias prædictas personaliter visitarent, & omnium singulorum sacrificiorum, ieiuniorum, peregrinationum, etiam ultra mare, & aliorum operum, quæ tunc, & pro tempore in sacrosancta vniuersali Ecclesia, & omnibus eius membris fierent, participes existerent. Et quod singuli vtriusque sexus Christi fideles, in Ciuitatibus, & Diocesis, in quibus dicti Ordinis Beatæ Mariæ aliqua domus constiterit, viro, & vxore pro vno computatis, qui eiusdem Ordinis fratribus, ad id pro tempore deputatis, triginta denarios monetæ ibidem cursum habentis, seu eorum valorem, pro redemptione eiusmodi erogarent, ultra alias gratias, & indulta benefactoribus ipsius Ordinis Beatæ

Mariæ dicta Apostolica auctoritate concessa, semel in vita, & in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi forent, indulgentiam, & remissionem consequerentur. Et quod quamuis pecuniarum summa, aut res alia pro redemptione alicuius personæ specificè pro tempore oblata, & per dictos fratres Beatæ Mariæ accepta in redemptionem eiusdem personæ; aliæ vero elemosinæ, & pia suffragia, à Christi fidelibus pro Redemptione Captiuorum in genere, pro tempore erogata, & esse peruentum partes, quæ à singulis dicti Ordinis Beatæ Mariæ domibus, seu eorum Præceptoribus ad redemptionem eadem assignarentur, in ipsum redemptionis opus dumtaxat exponi fideliter deberent, & in alia pietatis opera commutari non possint; ipsaque omnia in arcam ad hoc per prædictum Magistrum specialiter deputandam sub quatuor clauibus, apud quatuor ex principalibus eiusdem Ordinis Beatæ Mariæ fratribus deponendis custodienda congererentur, & conseruarentur. Ac quod dicto pro tempore Generali Magistro existenti, de tertia solum parte pecuniarum, & rerum, pro redemptione huiusmodi in genere congestarum, in suarum, & ipsius Ordinis Beatæ Mariæ domorum

morum pauperum, & eorū, qui
 in hoc opere versarentur, & se
 exercerent, ingruentium pro tē-
 pore necessitatum subsidio dis-
 ponere declarauit. Etiam scientia,
 & Apostolica auctoritate si-
 milibus. Quæcumque ad redem-
 ptionem huiusmodi pro tempo-
 re legata relicta, & donata, sub
 quibusvis ad pias causas relicta-
 rum, & donatarum applicatio-
 nibus; etiam in fauorem fabricæ
 Principis Apostolorum de vr-
 be, vel subsidium expeditionis
 contra infideles, etiam in specie
 de bonis ad ipsum Redemptionis
 opus pertinentibus, factis, &
 faciendis nequaquam compre-
 hendi, scilicet esse ab illius per-
 petuis futuris temporibus pror-
 sus excepta. Dudum dictis fratri-
 bus Ordinis Beatæ Mariæ, &
 Commissarijs ab eis super nego-
 cio huiusmodi pro tempore de-
 putatis indulgentias, & pecca-
 torum remissiones, cæteraque
 priuilegia, & indulta ipsis, & a-
 lijs Christi fidelibus, eorum pia
 suffragia ad præmissa exhibenti-
 bus, pro tempore concessa ubi,
 quando, & quoties opportunum
 videretur, per se, vel alium, seu
 alios in Ecclesijs, & alijs locis,
 etiam solemniter publicandi, &
 publicari faciendi, plenam, & li-
 beram licentiam elargitus fuit.
 Necnon omnibus, & singulis lo-
 corum Ordinarijs in virtute fan-
 ctæ obedientiæ, & sub interdicti,

ingressus Ecclesiæ, lata senten-
 tiæ pœna ipso facto incurrenda,
 ne dicti Ordinis Beatæ Mariæ
 fratres, aut Commissarios, vel a-
 lios, ab eis etiam ad prædicatio-
 nis, siue publicationis huiusmo-
 di opus pro tempore deputatos,
 aut eorum aliquem directe, vel
 indirecte, quouis quæsito colore
 impedirent. Nec ratione singu-
 larum litterarum, quas ipsis pro
 publicatione huiusmodi, in eorū
 Ecclesijs, Ciuitatibus, & Diocē-
 sibus, seu distritibus commodius
 faciendis concedere solebant, vl-
 tra quinque florennos similes,
 per se, ac Secretarijs, & Nota-
 rijs, aut alijs ministris accipe-
 rent, præcepit. Ac litteras suas
 desuper confectas, sub quibusvis
 reuocationibus, suspensionibus,
 aut alijs contrarijs dispositio-
 nibus per eum, & Sedem prædictā
 pro tempore factis, nullatenus
 subiaccere decreuit, prout in sin-
 gulis litteris prædictis plenius
 continetur. Cum autem sicut ex-
 hibita nobis nuper pro parte di-
 lectorum filiorum Hieronymi
 Perez, & Dominici de Claueria,
 ac Augustini de Molina fratrum
 dicti Ordinis modernorum, pro
 Redēptione, & liberatione om-
 nium fidelium Captiuorum hu-
 iusmodi, prout per fratres dicti
 Ordinis de triennio in trienniū
 fieri consueuit deputatorū. Pe-
 titio continebat, ipsi cupiant om-
 nia, & singula præmissa pro eorū
 sub-

Bullarium Ordinis

substantia firmiori etiam per nos approbari. Pro parte Hieronymi, & Dominici, ac Augustini prædictorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut præmissis omnibus, & singulis nostræ approbationis robur adjicere. Et ut Christi fideles ad tam necessarium charitatis officium suffragia promptius exhibeant, quo ex minimo maxima præmia consequuturos sperauerint eleemosynas pro consequendis indulgentiis prædictis, (ut præfertur) ordinatas moderari, aliasque in præmissis opportuna providere, de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur Hieronymum, & Dominicum, ac Augustinum prædictos; necnon eorum singulos à quibusvis excommunicationis, & suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum ferie, absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula privilegia, quatenus sunt in usu, ac immunitates, exemptiones, & gratias; necnon post finitum præsentis iubilæi annum, indulgentias, prædicta auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, ac præsentis scripti patro-

cinio communimus; illaque omnia de nouo concedimus. Et insuper ut Christi fideles indulgentias prædictas consequi, & relaxationem pœnarum Purgatorij, per Nicolaum prædecessorem animabus defunctorum concessas, huiusmodi procurare facilius valeant. Volumus autem, quod indulgentiæ, & relaxatio huiusmodi, tam uiuentibus, quàm singulorum defunctorum prædictorum, pro quibus singulis tres solidos monetæ Regni Aragoniæ, seu æquiualentem summam in alia moneta, in partibus illis cursum habente, ad dictæ redemptionis opus erogari contigerit, similiter post finitum tempus iubilæi annum suffragetur. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon omnibus illis, qui in singulis litteris prædictis concessum fuit, non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, cõmunitationis, concessionis, & uoluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesi-

mo quingētifimo vigesimo quinto, decimo Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium, seu alios litteras prædictas, & in eis contenta, quæcumque vbi, quando, & quoties opus fuerit, ac pro parte Generalis Magistri, & fratrum pro tempore existentium dicti Ordinis Beatae

muniter, vel diuifim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigésimo quinto, decimo Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

Mariæ, seu aliquibus alijs com-

SCHOLIA SERAPHINI.

NOta ex illis verbis: *Auctoritate Apostolica, tenore presentium approbamus, & presentis scripti patrocinio communimus, illaque omnia de nouo concedimus.* Quæ clausula sæpe Pontifices in his Bullis, & alibi sumusque Princeps in suis priuilegijs vtuntur.

Obstat tamen text. in cap. inter dilectos de fide instrumenti, ibi: *Cum eadem legitime nequiuissent confirmari, pariter, & donari, vbi torquetur scribentes, & in l. si donatæ 37. §. i. per text. ibi. ff. de donation. inter virum.* Cui difficultati nemo satisfacit. Et resolutis tamè per Innocent. num. 4. & Abbat. num. 8. Felin. num. 6. post alios in dict. cap. inter dilectos. Hippolyt. Surg. 165. in fin. Boch. de Princip. nu. 357. cum seq. Casan. in consuet. Burgund. rubr. 11. §. 3. glos. 3. nu. 22. Roland. conf. 2. num. 160. lib. 1. & conf. 57. num. 35. lib. 3. Distinguendum est inter confirmationem actus, qui de facto vere præcessit; nulliter tamen præter, vel contra formam iuris, & inter confirmationem actus, qui in rei veritate de facto non præcessit, sed falso, vel per falsum instrumentum dicitur celebratus, seu aliter fallitas, seu surreptio interuenit in cōfirmatione; in priori membro procedit confirmatio nostra, ex certa scientia, vel similis, vt de nouo incipiat actus, qui alias de iure non valebat: contra vero in posteriori quantūcumque adsit clausula ex certa sciētia, vel similis, aut verba: *Confirmamus, & donamus,* non inducitur cōcessio, d. c. inter dilectos.

PAVLO SVCCEDIT

Julius III. anno 1553.

I V L I I I I

BVLLA VNICA.

SUMMARIUM BVLLÆ.

Julij Pontificis auctoritate, confirmat Reuerendissimus Dominus Rannuncius, Sancti Angeli, omnia Capitula Prouincialia nostri Ordinis Castellæ celebrata; eo modo, quo in his constitutionibus ordinatur, & etiam constitutiones, & institutiones, in eis ordinatas à capitularibus, & etiam electiones Commendatorum.

RAINVNCIVS miseracione Diuina Sancti Angeli Præbyter Cardinalis; Dilectis in Christo Præceptoribus, siue Commendatoribus, cæterisque fratribus Monasteriorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Prouinciæ Castellæ, Capitulum Prouinciæ representantibus, salutem in Domino. His, quæ pro salubri directione Religiosorum, locorum, & personarum, prouide facta fuisse, noscantur, dum à nobis petitur, Apostolicæ confirmationis robur adjicimus. Exhibita si quidem nobis pro parte ve-

stra petitionis series continebat, vt vos, seu maior, & senior pars vestrum, nuper in Capitulo, seu Congregatione Prouinciali dicti Ordinis Prouinciæ Castellæ, in Monasterio eiusdem Ordinis Ciuitatis Segouiensis, Prouinciæ præfatæ conuocato, Capitulariter congregati, cum decreto Vicarij Generalis dicti Ordinis, constitutiones, & acta fecistis, & ordinastis, tenoris subsequenti. De licetia admodum Reuerendi Patris nostri Fr. Ioannis de Somostro, Vicarij Prouincialis Præsidentis, necnō Difinitorum, ac Commendatorū, & graduatorū, & aliorum fratrum
in

in nostro Monasterio Segouien-
 si, pro eligendo Prouinciali, capi-
 tulariter congregatorum, de cō-
 muni concordia, etiam consen-
 su, pro maiori bono, & pace no-
 stri Ordinis, constitutiones, &
 acta sequentia statuimus, & or-
 dinamus. Primo, quod in quali-
 bet domo nostræ Prouinciæ, vbi
 fuerit numerus Religiosorū de-
 cem ad minus, iuxta sequentem
 declarationem votū habuerint,
 eligant Commēdatorem, in suo
 Conuentu, semper quod vacare
 contigerit, siue per obitum, vel
 renunciationem, vel promotio-
 nem, vel quouis alio modo; dum
 modo huiusmodi eligentes ita
 sint qualificati. Primo; quod per
 quatuor annos completos, pro-
 fessione expressam emisserint.
 Secundo; quod de licentia Pro-
 uincialis, aut alterius ad id facul-
 tatem habentis ad aliquem ex fa-
 cris Ordinibus fuerint promoti.
 Tertio; quod per eundem Pro-
 uincialem, vel suas vices geren-
 tem, aut Capitulum in Conuen-
 tuales assignati fuerint, & ipsi
 Conuentuales ante dictam ele-
 ctionem per dimidium annum
 completum in huiusmodi domo
 federint, & sic dumtaxat habentes
 votum, absque Commenda-
 tore, si aliquis fuerit, congregentur,
 in suo Capitulo, in quo Vica-
 rius, vel si non fuerit, ex votis
 qui professione antiquior fuerit,
 præsidens, ac inter se Notarium,

ac alium fratrem nominent, ac
 deputent, & proposito ab eo, qui
 præsiderit, quis sibi pronius bo-
 na gubernatione in Prælatum vi-
 deatur eligendus, iuxta conscien-
 tias votorū, ac præstito per præ-
 dictos tres, iuramento de eligen-
 do magis idoneo, deueniatur ad
 electionem, in quolibet ex præ-
 dictis eligentibus secretè, aut pu-
 blice, vt maiori parti visum fue-
 rit, suffragium illi præstet, qui
 iuxta ipsius eligentis conscien-
 tiam, omni odio, & amore post-
 positis, vtiliter, & magis ido-
 neus, ad bona domus, & guber-
 nationem in spiritualibus, & té-
 poralibus viderit expedire, præ-
 sidens auctoritate vestra prædi-
 cto Notario, alioq; nominato, ip-
 sam electionē describant, ac om-
 nes tres subscribant, claudant,
 atque signent, vt in nime ab ali-
 quo videri, seu legi possit. Post
 hæc dicti eligentes nominent,
 ac eligant quendam socium Cō-
 mendatoris, cum eo ad Capitu-
 lum iturum, eritque qui minore
 partem votorum habuerit; si ve-
 ro contingat æqualitas, forte di-
 rimatur. Cū sic sortio electo præ-
 dicta Commendatoris electio,
 clausulaque, quod vt debent, ad
 bonam gubernationem, & vtili-
 tatem illius domus, facta fuerit,
 ipsum electum in Prælatum con-
 firmant; sed sibi constituto de in-
 cōmoda electione, aliàsque om-
 ni odio, vel amore, pro illa vice,
 ipsi

Bullarium Ordinis

ipsi vtiliorem Prælatum prouideant. Secundo, statuimus, & ordinamus, ac declaramus, quod in electionibus Prouincialis, & Diffinitorum, ac alijs quibuscūque Ordinis negotijs, dictam Religionem tangentibus, votum habeant omnes Commendatores, & ipsi dumtaxat, cum verotitulo Commendæ, à Prouinciali, vel Diffinitorio tradito, & postquam suarum domorum possessionem habuerint, & eisdem in suo officio residentiam fecerint; necnon eorundem Commendatorum socij Conuentualiter nominati, & electi, & etiam graduati in sacra Theologia, per aliquam Vniuersitatem, in qua Artes liberales, ac Theologia publice profiteantur, cum solius Prouincialis licentia, & facultate. Declaramus insuper quamlibet ipsius Prouincialis licentiã, seu facultatem ad quoscumque gradus suscipiendos, nulli Religioso suffragari posse, nisi prius per publicum instrumentũ constiterit authentice huiusmodi Religiosum, per quatuor annos continue, aut maiorem eorum partem in Vniuersitate præfata sacre Theologiæ incubuisse. Ii itaque dumtaxat, iuxta prædictas declarationes votum habebunt; dummodo personaliter inter sint, & non alias; licet legitimo fuerint impedimento impediti. Tertio, statuimus, & decla-

ramus, pro maiori Diuini cultus augmento, & maxima totius Ordinis vtilitate, quod Prouincialis eligi non possit, vltra quam per triennium, à computatione Reuerendissimi nostri Generalis computandum, & tam præsens, quam absens eligi possit. Dūmodo duæ electiones diuersarum personarum, prius elapsæ fuerint; quamuis huiusmodi duæ distinctæ electiones, per sex annos completos non durauerint, qui in fine triennij Prouincialatus, quacumque alia anticipatione, seu postpositione sibi pœnitus prohibita Capitulum celebrare teneatur. In cuius principio, post viuorum, mortuorumque commendationem consuetam, primo fiat electio Prouincialis ab omnibus votum habentibus, & ad Capitulum, atque electionem conuocatis, eo modo, & ordine, quo maiori parti Capituli visum fuerit, qui sic in Prouincialem electus antiquam suam Sedem in omni loco habebit, donec confirmatus extiterit: antequam vero ei præstetur obedientia de obseruandis præsentibus constitutionibus super sacra Dei Euangelia iuramentum præstet, ac de non petendo vnquam relaxationem iuramenti prædicti, deinde obedientia ab omnibus præstetur: si vero in triennio sui Prouincialatus constiterit contrarium prætere, vsurpare vide-

videlicet vtrumque per triennium praedictam dignitate, seu gubernationem, vel a Religione eximi vele, ipso facto sit perpetuo priuatus ab omni dignitate, & ex tunc obedientia ei impendentes, aut non denegantes excommunicationis maioris ex tunc ipso facto incurrant, fauore, vel auxilium eidem praestantes, per tres annos ab omni officio nostri Ordinis, omni relaxatione prohibita, sint inhabiles, & si ita euenerit, tunc Vicarius Prouincialis, congregandi Capitulum potestatem habebit, vt electio Prouincialis fiat; ipso vero Vicario Prouinciali deficiente, vel per sexaginta dies Capitulum dilatante, quatuor tunc Diffinitoribus, aut maiori ipsorum parti erit facultas plene convocandi ad Capitulum, & sic congregati eligant nouum Prouincialem. Quae quidem electionem ex nunc validam, & canonicam habemus, & pro tali haberi volumus, donec eligantur a toto, eodemque Capitulo quatuor Diffinitores, & praesentibus electoribus, dum modo in Capitulo praecedenti nullus eorum electus fuerit, publice, vel secrete, vt maiori votorum parti visum fuerit. Quorum singuli votum habentes, in hac, vel in quacumque alia electione, vel domorum prouisione, vnicam vocem dumtaxat habebunt, & tunc Prouincialis confirma-

tus, ac quatuor Diffinitores electi, vt moris est celebrabunt Capitulum, habebuntque plenam prouidendi, ac confirmandi, ac omnia, & singula Diuino cultui, & Religionis augmento quomodolibet incumbentia ordinandi, ac praecipendi, teneanturque in suo definitorio nominare vnum Visitatorem, ad visitandam in illo triennio domos, quas Prouincialis non visitauerit; quod si per alium visitentur, huiusmodi visitatio nullius sit roboris, vel momenti; sed visitator nominatus, absque alia sibi de nouo specialiter concessa facultate, possit visitare domos, quas Prouincialis personaliter non visitauerit. Finito vero, & absoluto Capitulo, vel ante Capitulum, electio de nouo fiat, Prouincialis a suo officio se exonerans de sui triennij tempore nouo electo, ac quatuor Diffinitoribus ratione reddat. Quas quidem constitutiones, ac omnia, & singula in eis contenta, dilectus etiam in Christo frater Michael Pinus, dicti Ordinis Magister Generalis attendens constitutiones huiusmodi in dictae Religionis, seu Prouincialatus commoditatem, seu utilitatem reddere, siue redundare, siue principio tamen, aut innouatione Bullae concordiae, vt dixit, laudauit, & approbauit, ratificauit, eisque suam auctoritatem, & decretum interposuit; dummodo

modo non fiat eidem Generali, suisque successoribus canonicè intransibilibus aliquod præiudiciũ, in toto eo quod assuetũ est dari, ac ex tunc, pro constitutionum præfatarum confirmatione, Sedi Apostolicæ supplicamus, ac alias, prout in instrumento publico desuper confecto dicitur latius contineri. Cum autem, sicut eadem subiungebat petitio, quia firmiora sunt ea, quibus Apostolica Sedes intercedit, cunctas, tã vos, quam (vt præfertur) dictus Magister Generalis cupiatis, constitutiones præfatas, pro illarũ subsistentia firmiori, Apostolicæ confirmationis munimine roborari, supplicari fecistis, humiliter vobis, super his, per Sedem eãdem, de opportuno remedio prouideri. Nos igitur omnium, & singulorum actorum dicti Capituli Prouincialis; necnõ instrumenta ratificationis, approbationis, & confirmationis Generalis huiusmodi veriores tenores, ac si de verbo, ad verbum, nihil pœnitens ommissio, infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, huiusmodi supplicationibus auctoritate Domini Papæ, cuius primarie Curiam gerimus, & de cuius speciali mandato, super hoc viua vocis oraculo nobis facto. Constitutiones præfatas, prout per præfatum Generalem laudatæ, approbatæ, ratificatæ, & confirmatæ fuerunt, ac

ipsius Generalis laudem, approbationem, ratificationem, & confirmationem, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, eisque perpetuæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quam facti detectus, si qui forsam interuenerint in eisdem etiam ob non infertionem dictorum actorũ, & instrumentorum, aut alias quomodolibet supplemus, ipsasque constitutiones, in singulis dictorũ Ordinis, & Prouinciæ Monasterijs inuiolabiliter obseruari; sicque per quoscumque iudices, & personas, sublata eis etiam eorũ cui libet, quauis alia iudicandi, impetrandi, & definiendi facultate, & auctoritate iudicari, impetrari, & definiendi debere, ac irritum, & inane quidquid contra præmissa contigerit quomodolibet attentari decernimus. Quo circa discretis viris Curie causarum Camerae Apostolicæ Generali Auditori, & Scholastico, atque Abbati maiori sæculari, & Collegiato oppidi Vallisoleti, & Scholastico Salmantino, valeant dictis Ecclesiarum, & eorum cuilibet eisdem auctoritate, & mandato committimus, & mandamus, quatenus vobis, vestrisque successoribus Capitulum Prouinciale huiusmodi pro tempore representantibus in perpetuum, & in præmissis, per se, vel alium, seu alios specialis defen-

sio-

sionis præsidio assistentes faciãt præmissas constitutiones, & statuta perpetuo inuiolabiliter obseruari, ac vos, & successores vestros præfatos illis, & præsentibus confirmatione, suppletione, approbatione, & alijs præmissis pacificè finitis inuiolabiliter gaudere. Non permittentes vos, & eos desuper per quoscumque, tam Ecclesiasticos, quàm seculares iudices, & personas cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacumque etiam Pontificali, Imperiali, seu Regia, aut alia præfulgeant dignitate, vel autoritate, etiam Apostolica fungantur publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, vel ingenio, molestari, perturbari, aut alio quomodolibet inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo, inuocato, etiã si opus fuerit, auxilio brachij sæ-

cularis, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & tam Prouincialibus, dictorumque Ordinis, & Prouinciæ etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis illis, ac Generali præfato quomodolibet forsam concessis; quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbũ infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus. Cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod quicũque dicti Ordinis frater, qui alias idoneus sit; etiam si graduatus non fuerit, in fociũ cõmédatorum eligi possit. Datum Romæ apud sanctũ Petrũ sub sigillo officij Primariæ, tertio Kalendar. Decẽbris, Pontificatus Domini Iulij Papæ III. anno tertio.

SCHOLIA SERAPHINI.

Capitulum generale, nominat ad electionem Generalis Notariũ Monachum. Ex quo notabis, quod huic Notario, cæterisque Monasteriorũ integra fides adhibetur. Valasc. conf. 10. n. 1. libriq; capitulares ab eis confecti, & acta in Capitulo gesta ab illis conscripta fidè indubitata cõtinent, Felin. à n. 11. per text. ibi, in c. ad audientiã de præscript. Boer. decis. 105. Gab. tit. de probat. cõcl. 5. Valasc. de iure emphit. q. 9. à n. 27. Non solũ autè inter Monachos; sed etiã cõtra tertias personas, & in ipsarũ præiudiciũ, Lan. de script. priuat.

Bullarium Ordinis

lib. 5. cap. 2. tit. de libro capitulari Ecclesiæ, vel Monasterij à num. 1. post alios, quos refert.

Iam alibi notauimus Bullas Cardinalis de latere obtinere eandem vim, quam pontificias, quoad durationem; differt tamen quoad alia, & quoad rescriptum impetratum ab excommunicato: nam si impetretur à Pontifice, non valet, c. 1. de rescript. in 6. in alijs vero inferioribus ordinarijs, non procedit textus ille, Nauar. cons. 44. à n. 4. de sentent. excommunic. Suar. de censur. disput. 17. n. 2. Ergo nec in legato, qui est inferior ordinarius, tametsi dict. cap. 1. procedere, etiam inferioribus teneant. Fran. in dict. capit. 1. num. 6. & 18. alter de censur. lib. 2. disputat. 7. cap. 1. quæst. 1. Anton. Ric. de iure personarum extra Ecclesiam existentium, lib. 4. cap. 39. num. 5. & cap. 39. à principio. Vnde legatus non utitur clausula: *Absoluentes quoad effectum consequendi presentes litteras*; cum nec possit absolute adhuc effectum Loccin. in cap. sacris, num. 195. versic. *Si fieret*, de sentent. excommunicat. Rictiui. d. cap. 39. num. 6. vidimus tamen aliquas litteras Nunciij Hispaniæ cum clausula, *Absoluentes*.

Refert Cardinalis se confirmare, ex viuz vocis oraculo Iulij III. Pontificis sibi facto. In quo notabis, eandem potestatem habere concessiones per scripturam, ac per oracula Pontificis. Clemens dudum ante fin. de sepult. ibi: *Verbo seu scripto*. Vbi glos. in lit. *Verbo*, recepta ex Gig. de pæn. quæst. 34. Molin. lib. 2. c. 7. nu. 55. Nauar. in c. accepta opposit. 8. n. 26. & Leo. X. idem concessit fratribus minoribus concess. ibi, Compendium Mendicantiũ, verb. *Oracula*, n. 1. & 2.

Notabis autem, quod ea, quæ cõcessa sunt per oracula, si ex tempore desint esse vtilia potest Generalis in Capitulo Generali, Prouincialis in Prouinciali ea suspendere, vel reuocare; ac si concessio, per Summum Pontificem suspensa, vel reuocata fuerit. Idem Leo ad minores concess. 299. compend. d. loco, num. 3. quo priuilegio, per communicationem, etiam prælati nostri gaudent.

IULIO SVCCEDIT

Marcelus II. anno 1556.

A Quo Nulla accepimus indulta, transijt enim ab hoc ad meliorem vitam tempore tam breui, ut per dies 21. tantum Sedem Apostolicam legatur rexisse.

MAR-

MARCELLO SVCCEDIT Paulus IV. anno 1556.

P A V L I I V.

BVLLA PRIMA.

SUMMARIUM BVLLÆ.

- 1 *Magistro, & fratribus domus Beatae Mariae Tolosanensis Ordinis fratrum eiusdem Beatae Mariae de Mercede confirmat omnes libertates, & immunitates, concessas à multis Summis Pontificibus, qui referuntur.*
- 2 *Item indulta, priuilegia, & concessiones concessa illis, & benefactoribus eorum.*
- 3 *Necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum à Regibus, & Principibus, & alijs Christi fidelibus.*

PAVLVVS Episcopus seruus seruorū Dei; Dilectis filijs Magistro, & fratribus, domus Beatae Mariæ Tolosanensis Ordinis fratrum eiusdem Beatae Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, salutem, & apostolicā benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iustū est, & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id per officij nostri ad debitum perducatur effectū. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato cōcurrentes assensu, omnes libertates,

& immunitates à foelicis recodationis Nicolao Papa IV. Bonifacio V. Alexandro IV. Clemente VI. Gregorio XI. Martino V. Eugenio IV. Callisto III. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. Clemente VII. Iulio II. Romanis Pōtificibus prædecessoribus nostris, siue per priuilegia, cōcessiones, & alia indulta, vobis, & Ordini, ac benefactoribus vestris; necnō in Ecclesia canonice institutæ cōfraternitati, illiusq; confratribus cōmuniter concessis; necnon libertates, & exemptiones sæcularium

exactionum, à Regibus, & Principibus, & alijs Christi fidelibus, vobis, & Ordini, ac benefactoribus; necnon confraternitati, & confratribus huiusmodi auctoritate Apostolica confirmamus, seu præsentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-

tem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, tertio Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

P A V L I V .

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- 1 Magistro, & Syndico, & alijs fratribus Ordinis Beata Maria de Mercede, confirmat omnes libertates, gratias, & concessiones concessas à Nicolao IV. Callisto III. Iulio II. Leone X. Adriano VI. Clemente VII. Paulo III. Iulio III. & alijs.
- 2 Necnon privilegia, & alia indulta illis concessa etiam in insula Menitanensi.
- 3 Etiam libertates, & exemptiones secularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus eisdem, & eorum Ordini indultas.

PAVLVS Episcopus servus servorum Dei; Dilectis filijs Magistro, & Syndico, ac alijs fratribus Ordinis Beatae Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor æquiritatis, quam ordo exigit rationis,

vt id per sollicitudinē officij nostri ad debitum perducatur effectū. Ea propter dilecti in Dño filij vestris iustis postulationibus grato cōcurrētes assensu, omnes libertates, immunitates, gratias, & concessiones à fœlicis recordationis Nicolao IV. Bonifacio V. Alexandro etiā IV. Clemente VI. Gregor. X. Martino etiā V.

Eu-

Eugenio similiter IV. Callisto III. Iulio II. Leone X. Adriano IV. Clemente VII. Paulo III. Iulio etiam III. & alijs Romanis Põtificibus prædecessoribus nostris, siue priuilegia, & alia indulta, vobis, & Ordini vestro, etiam in insula Melitanensi concessas; necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactionum a Regibus, & Principibus, ac alijs Christi fidelibus, vobis, & eidem vestro Ordini in communi, & rationabiliter indultas, sicuti ea iuste, & pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem Ordini vestro auctoritate Aposto-

lica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatione Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, decimo Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

PAVLO SVCCEDIT

Pius IV. anno 1564.

P I I I V.

BVLLA PRIMA.

SUMMARIUM BVLLÆ.

- 1 *Confirmat Magistro Generali, & fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede omnes libertates, & immunitates, illis, & suis beneficiis concessas à Nicolao IV. Gregorio XI. Martino V. Bonifacio V. Alexandro IV. Eugenio IV. Callisto V. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. Iulio II. Leone X. & Adriano VI.*
- 2 *Etiam plenarias indulgentias confirmat.*
- 3 *Necnon confirmationem Pauli sui prædecessoris.*

Bullarium Ordinis

4 *Nominat indices Conseruatores Paulum Pla, & Petrum Paulum
Caſerauğuſta, Canonicos Eccleſia Barcinonenſis.*

PIVS Epifcopus ſeruus ſer-
uorum Dei; dilectis filijs
Magiſtro Generali, & fra-
tribus Ordinis Beatæ Mariæ de
Mercede Redemptionis Capti-
uorum, ſalutem, & Apoſtolicam
benedictionem. Cum à nobis pe-
titur quod iuſtum eſt, & hone-
ſtum, tam vigor æquitatis, quam
ordo exigit rationis, vt id per ſo-
licitudinem officij noſtri ad de-
bitum perducatur effectum. Sa-
ne pro parte veſtra nobis nuper
exhibita petitio cõtinebat, quod
olim fœlicis recordationis Pau-
lus Papa IV. prædeceſſor noſter,
præcibus veſtris tunc inclinatus,
omnes libertates, & immunita-
tes à piæ memoriæ Nicolao IV.
Gregorio XI. Martino V. Boni-
facio V. Alexandro IV. Euge-
nio IV. Calliſto III. Sixto IV.
Innocëtio VIII. Alexãdro VI.
Iulio II. Leone X. & Adriano
VI. ac alijs Romanis Pontifici-
bus etiam prædeceſſoribus no-
ſtris, tunc ſuis, ſiue per priuile-
gia, & alia indulta, ac indulgen-
tias, vobis, & Ordini veſtro, illius
que benefactoribus rationabili-
ter indultas, ſicuti ea omnia iu-
ſte, & pacifice poſſidetis, vobis,
& eiſdẽ benefactoribus, per ſuas
ſub plũbo expeditas litteras, au-
toritate Apoſtolica confirma-
uit, prout in eiſdem litteris, di-
citur, plenius contineri. Vosque
poſt modum, tam litterarũ con-
firmationis huiuſmodi, quã alio-
rum priuilegiorum, vobis, & di-
cto Ordini per Sedem Apoſto-
licam cõceſſorum vigore, indul-
gentias pro Redemptione Cap-
tiuorum in diuerſis Ciuitatibus,
terris, & locis, ac forſam Regnis,
publicari feciſtis, eleemoſynas
pro eorundem Captiuorũ Re-
demptione à Chriſti fidelibus
miſericorditer elargitis recipiẽ-
do cum auctoritate, ſicut eadem
petitio ſubiungebat vos, vt Chri-
ſti fideles deuotionis cauſa, ac
pia charitatis opera ad nos ma-
gis incitentur, vt Chriſti fidelium
ad nos eorundẽ eleemoſynis ca-
ptiuis ſubueniatur cupiatis, om-
nia, & ſingula priuilegia, gratias,
& conceſſiones, facultates, excẽ-
ptiones, immunitates, ac etiam
plenarias indulgẽtias, per prædi-
ctos, & alios Romanos Põtifices
dicto Ordini, & illius Ordinis be-
nefactoribus, ac fratribus cõceſ-
ſa; necnon confirmationem Pau-
li prædeceſſoris huiuſmodi, &
alia præmiſſa per nos approbari,
& cõfirmari, pro parte veſtra no-
bis ſuit humiliter ſupplicatũ, &
eis robur Apoſtolicæ confirma-
tionis adicere, de benignitate
Apoſtolicæ dignaremur. Nos igitur,
veſtris iuſtis poſtulationibus
grato

grato concurrentes assensu, omnia, & singula priuilegia, gratias, concessiones, facultates, & etiã plenarias indulgentias, per præfatos, & alios quosvis Romanos Põtifices prædecessores nostros dicto Ordini, & illius benefactoribus, & confratribus, & alijs Christi fidelibus, per eorum priuilegia, & alia indulta, ac litteras, aut alias quomodolibet concessas; necnon confirmationem Pauli prædecessoris nostri, & alia præmissa, quatenus sint in vfu, vobis, & dicto Ordini, atque ipsis Ordinis benefactoribus, & confratribus, ac alijs Christi fidelibus, libertates desuper confectorum filiorum, ac si de verbo ad verbum infererentur, ac præsentibus pro sufficienter expressis habentes, ac mandantes dilectis filijs Paulo Pla, & Petro Paulo Caragoça, Canonicis Ecclesiæ Barcinonensis, quibus ipsi, vel duo, aut vnus eorum perse, vel alium, seu alios vobis in præmissis explicatis, defensionis præsidio assistentium, faciant auctoritate nostra vos confirmatione nostra prædicta, præsentibus

litteris pacifice frui, & gaudere, non permittentes, vos per quoscumque contra tenorẽ præsentium desuper molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatio ne postposita, compescendo; nec non legitimis super his adhibendis seruatis processibus, censuras prædictas, etiam (iteratis vicibus,) augendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrarum confirmationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto idus Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

COLLECTOR.

TESTIMONIUM HIERONYMI MANEGAS
circa subsequentem Bullam.

V Niuersis, & singulis præsentibus litteras, siue publicũ instrumentũ quod vidimus nũcupatis, inspecturis, visuris, lecturis, pariter, & audituris. Nos Hieronymus Manegas Iurium Doctor, Clericus, in

Bullarium Ordinis

facto etiam Diaconatu constitutus officialis, & in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, pro Reuerendissimo in Christo Patre, & Domino Domino Guillelmo Lapador Iurium Doctore, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Barcinonensis Episcopo, facimus manifestum, & attestamus, vidisse, inspexisse, & diligenter examinasse, & per Michaelem Mongarij, Notarium publicum Barcinonæ, & Curix nostræ Vicariatus scribam infra scriptum transcribi, trassumi, & collationari fecisse ad instantiam inferius assignatam, quasdam litteras, siue trassumptum Apostolicum patens in papyro, de littera impressa scriptum, manuque publici Notarij subscriptū, & quodam sigillo cera rubea in calce impresso munitum, sanum, integrum, non vitiatum, non cancellatum, nec in aliqua eius parte suspectum, sed omni prorsus vitio carens. Cuius tenor talis est.

P I I I V.

BVLLA SECVND A.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Prohibet Pontifex ne aliquis fratrum nostrorum de genere Hebræorum, Hæreticorum, aut Neophytus Collegium Complutense, nisi prius de descendentiâ sua diligenti informatione facta, quod de bonorum Christianorum veterum genere descendat, ingrediatur.

PIVS Episcopus servus servorum Dei; Dilectis filijs Præceptoribus, & fratribus, ac Collegialibus, Conuentibus, Monasterijs, & Collegijs Beatæ Mariæ Ordinis fratrum eiusdem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Professoribus oppidi Ciuitatis nuncupati de Alcalá de Henares, Toletanæ Diocæsi, salutem, & Apostolicâ benedictionem. Cū

à nobis petitur, quod iustū est, & honestum, tam vigor æquitatis quā ordo postulat rationis, vt id per officij sollicitudinem ad debitum perducatur effectum, sanè pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat quod nuper dilectus filius Gaspar de Torres Prouinciæ Castellæ, & Portugallix, dicti Ordinis Magister Prouincialis, sufficientiâ, & facultate, suffultus cupiēs vobis

vobis Collegij dicti Ordinis nuper in dicta Ciuitate fabricatoribus, & de religione benemeritis morem gerere, per suas desuper expeditas patentes litteras, statutum, & ordinationem per vos capitulariter, vt moris est congregatos sub die quinta mensis Februarij, anni proxime praeteriti factam inter caetera continentem, quod nullus frater, qui de genere Hebraeorum, aut aliorum Hereticorum, seu Neophytus sit in dicti vestri Collegij Collegialis, & nemo alius, nisi facta per vos, aut persona ad id per vos deputanda, prius de descendencia sua diligenti informatione, & comperto etiam per publicam vocem, & famam, ac communem opinionem, quod non de Hebraeorum, aut Hereticorum, sed de bonorum Christianorum veterum genere talis admittendus descendit in Conuentu, & vestro Collegio Beatae Mariae huiusmodi assumatur, aut quouis modo praeficiatur in Praeceptorē, neque Collegialis fiat, vel admittatur, nec inibi quomolibet assignetur, approbavit, & confirmavit, & in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicatione maiori incurrenda si-

bi inferioribus, quod statutum, & ordinationem huiusmodi perpetuo inuiolabiliter obseruari facerent, mandauit, prout in patentibus praefatis dicti Magistri Prouincialis latius dicitur contineri, quae quidem ordinatio, statutum, & mandatum dilecti filij, vt perpetuo illibata praesistant, a nobis petijstis Apostolico munime roborari. Nos itaque vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu statutum ordinationē Magistri Prouincialis huiusmodi sicuti rite, & prouide facta fuerunt, rata, & grata valentes illa Apostolica auctoritate approbamus, & confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, & cōmunitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datis Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus nostri anno quinto.



P I I I V.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Confirmat indulgentias Beata Maria de Mercede, pro Redemptione Captiuorum.

Restringit gratias, & indulta Ecclesiarum sancti Sebastiani, Beata Maria de Populo, & supra Mineruã de vrbe, ac sancta Catherine Montis Sinay, sancti Spiritus, Beata Maria Consolationis, sancti Iacobi de Gallecia, B. Maria de Montesserrato, ac de Guadalupi, & Virginis Maria de Annunciata, & aliarum, ita vt solum Visitantes ea loca consequantur eas gratias, & indulgentias.

COLLECTOR.

Titulus hic, est transcriptus ad litteram Bullæ Pij Papæ IV. in qua reuocantur aliæ indulgentiæ, præter eas, quas concessere ceteri Pontifices Romani, solum Ordini Beatae Mariæ de Mercede, pro Redemptione Captiuorum. Inscriptio est ea, quæ sequitur.

REVOCATIO OMNIUM INDVLTENTIARVM, QVAESTARVM, ET ALIARVM

facultatum, quæ deferuntur per Commissarios, cum reductione illarum ad visitantes personaliter.

CVM nos nuper, seu alias ex certis tunc expressis causis, nonnulla priuilegia, indulgentias, gratias, indulta, & facultates dudum per diuersos Romanos Pontifices, prædecessores nostros, & Sedē Apostolicam, ac forsam per nos con-

cessa sancti Sebastiani extra muros vrbs, ac Beatae Mariæ de Populo, & eiusdem Beatae Mariæ supra Mineruam de vrbe, ac sancta Catherine Montis Sinay, & sancta Annae Neapolitanensis, Spiritus sancti Venetiarum Cisterciensis, & sancti Augustini, ac sancti

sancti Dominici Prædicatorum, & sancti Basilij, ac sancti Francisci Mendicantium Ordinum Monasterijs; necnon sancti Iacobi de Gallecia, & B. Mariæ de Monteferrato, ac eiusdem B. Mariæ de Guadalupe, & B. Virgiginis Mariæ de Annuciata, ac alterius B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Cõpostellanensis, Toletanensis, Auiunionensis, & Neapolitanensis, & aliarum Ciuitatum, & Diocesium Ecclesijs; necnon sancti Spiritus in Sarria, & sanctæ Mariæ Consolationis, ac sancti Iacobi pauperum incurabili in sancti Rochi de vrbe, eiusdem sancti Spiritus, seu sancti Gregorij Regin. & Crucifixi Siracusani, & Hospitalibus, confraternitatibus, & certis alijs pijs locis, & confraternitatibus; necnon diuersis personis pro Redemptione Captiuorum ab infidelibus, in expeditione, ac seruatorum, & ex direptione diuersarum Ciuitatum, & Monasteriorum Ordinis sancti Basilij. Itaque litteræ desuper congestæ, sub quibusvis reuocationibus, aut suspensionibus similium, vel dissimilium indulgentiarum, & facultatum minime comprehenderentur. Et quoties reuocari, seu suspendi contigerit, toties in pristinum statum restitutæ essent, & esse censerentur irritandi desuper de cætero, de su-

pradicto, & alias sub certis modo, & forma, tunc expressis confirmauerimus, concesserimus, & elargiti fuerimus, ac sicut fide dignorū relatione percipimus, Priores, Abbates, Præceptores, Commendatarij, Præpositi, Ministri, Guardiani, Priorissæ, Moniales, ac fratres, & Hospitalarij, & aliæ personæ præfata, indulgentias, cõcessiones, gratias, indulta, & facultates huiusmodi per diuersos Commissarios, Nuncios, Quæstores, Collectores, Thesaurarios, & Pronunciatores, Deum præ oculis non habentes, in diuersis Prouincijs, & locis, vno, eodemque tempore publicari procurauerint facultates, quæ sibi præscriptas erexerint, & nonnulli etiam super ipsam publicationem, verbis contumeliosis diuersimode contenderint, in euident scandalū Christi fidelium, & Sedis Apostolicæ, dedecus, & opprobriū. Nos scandalis huiusmodi, quantū in nobis est prouidere volentes, motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, non ad alicuius super hoc nobis oblatae petitionis instantiã, sed ex nostra deliberata voluntate, firmis semper, & illæsis remanentibus omnibus, & singulis priuilegijs, facultatibus, & gratijs Basilicæ fabricæ Principis Apostolorum de vrbe per dictos prædecessores, & nos concessis, & confirmatis, omnia

Bullarium Ordinis

& singulas indulgentias, etiã plenarias, concessiones alias, ac concessiones, gratias, & indulta etiã erigendi Capellam, & confraternitates sub nomine sancti Sebastiani, & alijs nominibus cū participatione indulgentiarum, & facultatum, huiusmodi; necnon eligendi, & deputandi confessores, qui absoluât, ac alia faciant: ac Commissarios, Collectores, Nuntios, & quæstores, pro huiusmodi indulgentijs publicandis de confessionalibus Præbendis, Capellis, & confraternitatibus, & alijs regularibus exigendis, & quæstis faciendis deputandis, ac reliquas omnes facultates huiusmodi indulgentias, confessionalia, facultates concernentes prædictis, ac omnibus, & singulis alijs Monasterijs, Hospitalibus, Ecclesijs, confraternitatibus, & alijs regularibus, ac pijs locis, & personis, in quibusquam Regnis, Prouincijs, & dominijs existentibus præterquam pro Redemptione Captiuorum, & expeditione contra infideles Cruciata nūcupata in Regnis Hispaniarum, & illis annexis, & pro fabrica præfatæ Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, ex quibusvis causis, & sub quibuscumque tenoribus, formis, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, vel aliorum Principum intuitu, seu contemplatione, etiam motu simili concessas, & concessa; præ-

terquã quod ea, in quibus indulgentiæ, confessionalia, facultates ipsæ, in aliqua sui parte, iam sint sortitæ effectum, suspendimus, tollimus, cassamus, irritamus, reuocamus, annullamus, ac pro suspensis, ablati, & reuocatis haberi volumus, easque ad Christi fideles, personaliter tantū visitantes ipsas Ecclesias sancti Sebastiani, Beatæ Mariæ de Populo, & supra Mineruam de vrbe, ac sanctæ Catherinæ Montis Sinay, sancti Spiritus, Beatæ Mariæ Consolationis, sancti Iacobi de Gallecia, Beatæ Mariæ de Mōteserrato, ac de Guadalupe & Virginis Mariæ de Annunciata reducimus, & restringimus, ipsisque Christi fidelibus illa deuote personaliter tantum visitantibus, & non alijs suffragari volumus, & decernimus. Itaque præfati Abbates, Priores, Præceptores, Commendatarij, Præpositi, Guardiani, Ministri, Abbatissæ, Priorissæ, Moniales, fratres, Hospitalarij, & Collegæ, ac aliæ personæ prædictæ eorumque Cōmissarij, quæstores, Collectores, Thesaurarij, Nuntij, Factores, seu Procuratores huiusmodi indulgentijs, gratijs, facultatibus, & indultis, extra eorum Ecclesias, Monasteria, & pia loca huiusmodi; necnon alijs personis; præterquam (vt præfertur) actu tantum illa visitantibus uti, seu illa per illos Com-

miss-

missarios, Quæstos, Thesaurarios, Nuncios, ac Protectores in aliquibus alijs locis publicari, nec alibi suffragari debere, aut quæstus aliquos præmissorū occasione exercere posse, decernimus, & declaramus. Mandantes vniuersis, & singulis, tam locorū Ordinarijs eorumque Vicarijs, Officialibus, & ministris, quam alijs quibuscumque Ecclesiarum Prælati, necnon eorūdem Monasteriorum, Hospitalium, & locorū prædictorum Abbatibus, Commendatarijs, Præceptoribus, Prioribus, Abbatibus, Monialibus, deputatis, societatibus, & Collegijs, quibus facultates, priuilegia, indulta, & gratiæ deputandi Commissarios, Quæstos, Collectores, & Thesaurarios, Nuntios, Factores, & Procuratores, & alios prædictos, & indulgentias publicandi, confessionalia distribuendi, Capellas, confraternitatis erigendi, quauis auctoritate fungentibus, vbi libet constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub ingressus Ecclesiæ, & suspensionis à Diuinis; necnon excommunicationis maioris, alijsque Ecclesiasticis censuris, & sententijs, pœnisque, ac etiam duorum millium ducatorum auri de Camera dictæ fabricæ applicandorum; necnon priuationum omnium, & singulorum Monasteriorum, & Hospitalium, præceptoriarum, do-

morum, & aliorum beneficiorū Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura secularium, & quorumuis Ordinum Regularium, per eos quomodolibet obtentorum, & obtinendorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque in posterum obtinenda absque alia declaratione desuper facienda, quoties contrauerint incurtendis pœnis, quatenus de cætero aliquas pro prædictis, etiam pro Iudæis nouiter ad fidem conuersis, aut pro Redemptione Captiuorum, seu quibusvis alijs personis quæstandi, & indulgentias publicandi, confessionalia concedendi, Capellas, confraternitatis erigendi, licentias, & desuper confectas, seu conficiendas litteras, quibusvis Commissarijs, Nuntijs, Procuratoribus, Quæstoribus, vel alijs personis; etiã prætextu cuiusvis antiquæ consuetudinis, vel possessionis eiusdem, Ordinarijs similes licentias concedendi, & aliquam partem ex quæstis, & indulgentijs huiusmodi exigendi, & percipiendi, seu vigore quorumcumque priuilegiorum, & indultorum, ac litterarum Apostolicarum, eis actenus concessarum, & in posterum concedendarum, nisi prius per suas litteras copiam dictarum indulgentiarum publicandarum, de quæstarum faciendarum nobis transmissierint, & à nobis responsum, & omnino parere debeant,

& obligati sint, habuerint, nullatenus concedere, vel impartiri præsumant, seu tacendo dissimulent, quinimo eos ad parendum præsentibus nostris omnino cogant, & compellant. Cæterum, vt hæc voluntas ita ineuitabiliter executioni mandetur deputatis fabricæ Basilicæ sancti Petri de vrbe, eorumque Ministris, Commissarijs, & Procuratoribus, per se, vel per alium relatū contra eosdem Ordinarios, coramque Vicarios, & Ministros; necnon quarumcūque alios Ecclesiarum Prælatos, Superiores, & personas, tam sæculares, quàm quorumuis etiam Mendicantiū Ordinū Regulares; necnon Abbates, Priores, Præceptores, Cōmendatarios, Præpositos, Ministros, Guardianos, Fratres, Hospitalarios, & alias personas indulgentias publicantes, confessionalia concedentes, Capellas, vel confraternitates erigentes, vel quæstus facientes, seu quæstari, & publicari permittentes, vel licentiam dantes, seu contra præmissa aliquomodo se intromittentes, in euentum contrauentionis alicuius ex præmissis, ad declarationem incursum censurarum, & pœnarum præfatarum procedendi. Necnon Commissarios, Procuratores, Thesaurarios, & Quæstos præfatos, quauis auctoritate quæstantes, indulgentias publicantes, confessionalia

distribuentes, Capellas, vel confraternitates erigentes, & vigore quorumcunque indultorum, & litterarum instrumentorum, seu aliorum priuilegiorum, tam in forma Breuis, quam sub plumbo, aut alias eis concessorum, ac quorumcunque, tam Apostolicarum, quam Romeralium, ac aliarum litterarum, etiam à Camerario præcedentibus, & Camerariæ Apostolicæ, ac Curiaë caesarum eiusdem Camerae Auditore, seu locumtenente, seu quibusvis alijs Iudicibus, & Commissarijs, etiã viuæ vocis oraculo, aut alias quomodolibet obtentarū, & pro tempore obtinendarum, per viam Inquisitionis, ac alias manu regia procedendi, eosque vbilibet capiendi, & incarcerandi, seu incarcerari faciendi, illosque tanquam inobedientes, & rebelles, pœnis, pecuniarijs condemnandis, vel etiam ad trirèmes perpetuo, vel ad tempus (de quo eis videbitur) relegandi, & pecunias per eosdem Commissarios, Nuncios, Procuratores, Thesaurarios, Quæstos, vel eorum nomine omnium dictarum indulgentiarum, vel quæstarum quomodolibet acquisitas, & acquirendas, etiam si nondum ad eorū manus peruenerint, vel assignata fuerint, sed in capsis, vel trūcis, vt pœnes eorum collectores, seu alias quasvis personas existant eidem fabricæ, vt præfer-

fertur applicandi, ab eis, & eorum singulis, etiam inuitis, & renitentibus violenter auferendi; necnon pro præmissis omnibus, & singulis exequendis auxilium brachij sæcularis toties, quoties opus fuerit inuocandi licentiam, & omnimodam facultatem, & authoritatem, per præsentis cōcedimus, & indulgemus. Verum vt præmissa omnia ad omnium notitiam deuenire valeant, singulos Patriarchas, Archiepiscopos, de contentis in præsentibus nostris, suis suffraganeis, ac Vicarijs, & Capitulis suarum Ecclesiarum, ac alijs generibus, & quoties opus fuerit sub eisdem censuris, & pœnis eo ipso in cōtrauenientes incurrēdis plenam notitiam dare debere, ac præsentis nostras litteras, postquam in acie Campi floris, ac Vallis Basilicæ sancti Petri affixæ fuerint omnes, & singulos Ordinarios, & eorum Vicarios, ac Abbates, Friores, Commendatarios, Ministros, Guardianos, Hospitalarios, Priorissas, Abbatissas, Moniales Fratres, & alias personas huiusmodi, & alios quoscunque in omnibus, & per omnia, perinde ac si personaliter eorum vlli præsentarentur, aut intimarentur affigere debere, sicque in præmissis omnibus, per quoscunque iudices, & Commissarios, tã in Romana Curia, quàm extra eam deputatos, & depu-

tandos, etiam causarum Palacij Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quauis auctoritate fungentes, in quauis instantia non inspecta à nobis alia mentis declaratione, ac sublata ab eis, & eorum quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, interpretari, & diffiniri debere, ac quidquid secus super his, à quoquam quauis auctoritate, etiam per nos scienter, vel ignoranter in posterum contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, & declaramus, non obstantibus præmissis; necnon in Prouincialibus, & Sinodalibus Concilijs, & dictis generalibus, vel specialibus Constitutionibus; necnon Hospitalium, & Monasteriorum, aliorumque locorum prædictorum, & quorumvis aliorum membrorum, Ecclesiarum Cathedralium Metropolitanorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturalis, præuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiã mare magnum nuncupatis, tam in plumbo, quàm in forma Breuis, etiam vltimo loco Hospitali nostro Sancti Spiritus in Saxia de vrbe; necnō Monasterijs sancti Sebastiani, Beatæ Mariæ de Populo, ac supra Mineruam san-

Bullarium Ordinis

etæ Catharinę de Monte Sinay, sancti Antonij, de sancto Antonio Viamentis, & sanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Iouis, eorumque Hospitalibus, Religiosis, & præceptoribus, ac præpositis, & alijs Ecclesijs, Hospitalibus, & locis pijs præfatis, etiam motu simili, ac contemplatione quorumcumque Regum, Ducum, aut aliorum Principum, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu aliarum personarum, ex quibusvis urgentissimis causis, etiam à nobis emanatis, & forsam de nouo concessis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiã derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis; necnon irritantibus hæctenus. Nam super publicatione indulgentiarum, distributione confessionalium, erectione capellarum, & confraternitatum, quæstis, & eleemosynis, ac facultate, & iure quæstandi, & eleemosynas recipiendi in genere, & in specie, quam alias quomolibet, etiam sub quibusvis exemptionibus facultatibus, & immunitatibus in contrarium nouissimè concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, fiat motu proprio, & cum absolute à censuris, ad effectum, & de suspensionis laxatione, reuocatione, annulla-

tionem, inhibitionem, reductionem, restitutionem decretorum, præceptorum, mandatorum, facultatum potestate, & alijs pro omnibus, & singulis supradictis, quæ pro sufficienter repetitis habeantur latissimè extendendum, & quod præmissorum omnium, & singulorum; necnon indulgentiarum concessarum, gratiarum, indultorum facultatum, confraternitatum, Monasteriorum Ecclesiarum, Hospitalium, & locorum, ac personarum prædictorum maior, vera, & ampla specificatio, & expressior fieri possit in litteris, per Breue nostrum, si videbitur, & in specie in vno, non facta mentione de alijs, & ad vnum quemque locum, etiam separatim expediendum, ac si videbitur præsentis nostri motus proprii sola signatura, etiam absque alia registratione sufficiat, & vbi que fidem faciat, in iudicio, & extra, regula contraria non obstante, & quod trasumptis, etiam impressis præsentium, seu litterarum super præsentibus conferendarum manu Notarij ipsius fabricæ subscriptis, & sigillo Collegij eiusdem fabricæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ originalibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum septimo Kalendas Maij anno secundo. fiat 3. Claid. Rouifer

eiuf-

eiufdem Fabricae Secret. & Notarius, vt praedicto exemplo, seu trafumpto vidimus nuncupato, cum dictis litteris, siue trafumpto Apostolico, nobis in sua ipsa forma, & figura ostensa, aufcultata, collationata, comprobata, in iudicio, & extra, plene, per quoscunque adhibeatur fides. Nos dictus Hieronymus Manegas, Vicarius Generalis, instante, & requirente Bernardo, fratre Iacobo Grafet sacrae paginae Doctore, Commendatore sanctae Eulaliae Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum ciuitatis Illerdæ, nomine, & pro parte totius Religionis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum auctoritatem nostram inter posuimus, pariter & adhaerentes, volentes, & decernentes, quod huius exemplo, seu trafumpto vidimus nuncupato in iudicio, & extra, talis, & tanta fides adhibeatur, per quoscunque, qualis, & quanta dictis litteris, siue trafumpto Apostolico, coram nobis

ostenso adhiberetur, si in sua propria figura, & forma ostenderetur, de quibus omnibus, & singulis (sicut praemittitur) actis, dictis, gestis. Nos dictus Vicarius Generalis dicto Bernardo, fratre Iacobo Grafet notante, & requirente prouidimus, & mandauimus fieri, & nobis, sibi que dicto nomine instante, & alijs etiam personis omnibus, & singulis, quarum interellet, inferi, dari, & tradi vnum, & plura publica instrumenta vidimus nuncupata, per dictum Episcopum, Notarium, & Scribam, sigilli dicti Reuerendissimi D. Barcinonensis Episcopi impressione munita. Data Barcinonae, die vigesimo octauo mensis Maij, anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo. Praesentibus venerabilibus Ioanne Raufede, & Matthæo Grafet Presbyteris, dicti Reuerendissimi Dom. Barcinonensis Episcopi familiaribus testibus ad praemissa vocatis specialiter, & assumptis, atque rogatis.

SCHOLIA SERAPHINI.

Pius III. restringit varias Bullas concessas in fauorem Ecclesiarum Sancti Iacobi, Montferrati, Guadalupe, & aliarum: quarum Commissarij, & Quæstores, seu Nuncij per diuersas Prouincias eleemosynas quærebant, largientibusque multas indulgentias communicabant, etiam ex Apostolicæ Sedis concessionibus: summus tamen Pontifex ob euitanda scandala, & alia inconuenientia tollit hos Quæstores, & Nuncios, prohibetque sub grauibus pœnis, ne

Bullarium Ordinis

vllæ indulgentiæ profint prædictas eleemosynas largientibus, nisi illis tantum, qui personaliter Ecclesias ipsas visitauerint, exceptis fratribus Beatæ Mariæ de Mercede pro Redemptione Captiuorum, quibus concedit, vt prædictos Nuncios Procuratoresque expelli incarcerarique, & eleemosynas collectas restitui, per ordinarios faciant: ita vt hodie per Regna, Prouincias, & vrbes, solum Monachi nostri, indulgentias publicare prædicare, & eleemosynas in Redemptionis opus quarere, & accipere possint, cæteris omnibus exclusis, non obstantibus Bullis, & priuilegijs.

Quod est magnum Captiuorum subsidium, & priuilegium cum miseri multa ab infidelibus patiantur, & sint obnoxij Fidei Catholicæ ab negationi, tormentorumque crudelitati expositi: unde qui vnum captiuum de manu Barbarorum, Turcarum, ac Maurorum liberat, omnia opera charitatis, & misericordia in eo exercet. Gratian. in tractat. *De la Redencion de Cautiuos*, cap. 1. ad fin.

Illique potius sunt redimendi, qui maiori salutis periculo subiacent, magisque debiles, & infirmi sunt, ex sententia Diui Damasi Papæ, vt per Gratian. dict. tractat. capit. 2. versic. *Es cierto*, Clem. Alexand. lib. 1. Strom. Sicut bonus Pastor Luc. 15. relictis nonaginta, & nouem ouibus vnam de perditam quæsiuit, humerisque sublatam ad ouile reduxit. Hoc aduertimus contra quendam arbitristam, qui dissuadebat liberationem Captiuorum pecunijs, & eleemosynis Redemptorum, & rationem reddebat, quia infirmiores, & debiliores redimebantur: quæ ratio directè charitati repugnat, cum in eo magis charitatis studium, & encomium eluceat, iuxta prædicta: suadebatque, vt eleemosynæ pro Redemptionis opere collectæ, & colligendæ in classem contra infideles conuerterentur, sed vir armis magis, quam doctrinæ charitatis, & regulis misericordiæ deditus labi potuit, iuxta illud Ouid. lib. 1. Pastorum, scilicet.

Arma magis, quam sydera Romule noras.

De excelentia, cuius operis melius est, nihil quam parum dicere, vt alias aiebat Salust. in bello iugurtino. Videatur Reuerendissimus Pater Zumel in scholijs Constitutionum Ordinis distinctio. 1. super 4. voto, Gratian. dict. tractat. capit. vltim. ante fin.

(. * * * .)

PIO SVCCEDIT

Pius V. anno 1566.

P I I V.
BVLLA PRIMA.

Confirmat Pontifex fundationem Conuentus monialium Assumptioni Beatae Virginis Mariae, dicati in ciuitate Hispalensi, ad instantiam illustrium foeminarum, D. Maria de Zapata, D. Beatricis de las Roelas, & D. Franciscæ Martel, ciuium eiusdem ciuitatis.

PIus Episcopus feruus seruo-
rū Dei. Dilectis in Christo
filiabus Mariæ Zapata, &
Beatricis de las Roelas, & Fráncis-
cæ Martel, mulieribus Hispalen-
sis ciuitatis, seu Diocesis, salutē
& apostolicā benedictionē. Cū à
nobis petitur, quod iustū est, &
honestū, & ad diuini cultus aug-
mentū, Religionisque deuotionē
tendit, tā vigor æquitatis, quàm
ordo exigit rationis, vt id per so-
licitudinē officij nostri ad debi-
tū perducatur effectū. Sanè pro
parte vestra, nobis nuper, exhibi-
ta petitio cōtinebat. Quod aliàs
postquā vos feruore deuotionis
ductæ, cupiētes terrena, pro cœ-
lestibus, & transitoria pro æter-
nis, foelici cōmercio cōmutare;
ac de bonis vestris à Deo colla-
tis aliquod Monasteriū cū illius
Ecclesia, ac alijs necessarijs, de
Ordinarij loci licentia, sub hono-

re, & deuotione Beatae semperq;
virginis Mariæ, ac sub protectio-
ne, correctione, regula, ordine,
ac obediētia fratrum eiusdē Bea-
tæ Mariæ de Mercede Redemp-
tionis Captiuorum construere,
erigere, & ædificare ac nōnullas
domos vestras pro constructio-
ne, ædificatione, & erectione hu-
iusmodi exhibere, & assigna-
re; ac postquā constructū, & ædi-
ficatū foret, illud competenter
pro receptione nonnullarū mo-
nialium ex tunc, & in futurū ini-
bi recipiendarū dotare desidera-
retis: matura super ijs delibera-
tione præhabita. Ob singularem
deuotionis, quem erga ordinem
prædictum, geritis affectū: post
tractatus, & decursus inter vos,
& dilectum filiū Ioannem Peña-
randa, totius Ordinis prædicti
Prouinciarū, seu Regni Castellæ,
& Portugalix, & nonnullarū alia

rum Prouincialiū, seu locorum Prouincialē magistrum, prædicti Ordinis professorem, in sacra Theologia magistrū, habitā; desideriumque vestrum in hac parte adimplere nequieritis absq; Ordinarij loci, seu eius vices gerentis expressa licentia, & assensu præmissa: propterea dilecto filio moderno, seu tunc ordinariā iurisdictionē pro venerabili fratre Archiepiscopo Hispalensi, loci Ordinario gerenti, Prouisorio forsā nūcupato, exposuistis. Idem prouisor ea qua in ea parte fungebatur ordinaria auctoritate, at tēdens nullū monasteriū ordinis prædicti in prædicta ciuitate existere, volens, tā vestris, quā Prouincialis præfati laudabilibus, ac pijs, & deuotis desiderijs annuere, præmissis, & alijs rationabilibus causis motus, & ad ea sufficienti facultate, etiā per decreta generalis Concilij Tridentini, Apostolica auctoritate cōfirmati (vt assererat) suffultus, vobis inter alia, vt monasterium prædictū cū illius Ecclesia, ac alijs necessarijs, sub eisdē honore, & deuotione, ac obedientia, & protectione, in quibusdā domibus vestris cum suis pertinentijs, & alijs eis adiacentibus construere, seu cōstrui facere, illudque cōpetenter dotare (ita tamen quod nulla monialis inibi recipi possit, nec valeat, nisi fuerit redditus, & proventus dicti Monasterij, pro cu-

iuslibet monialis, illud ingrediētis, honesta, & congrua sustentatione suppetant, & vsque ad summā quadraginta ducatorū annui redditus pro qualibet ascendāt) licentiā, & facultatē cōcessit, & impartitus est, cū clausulis, cōditionibus, & expressiōibus, tunc allegatis ad augmentū diuini cultus, præfatæque Religionis tendentibus, prout in instrumēto publico, sub die 25. mēsis Maij anni Domini 1567. manu dilecti filij Frāciscei Aragones, notarij publici rogati, seu alijs documētis desuper confectis, dicitur plenius contineri, vsque licentiæ, & facultatis huiusmodi, vobis auctoritate ordinaria cōcessæ vigore dictū Monasteriū sub honore, & deuotione, ac vocabulo Assumptio nis eiusdem Beatæ Mariæ Virginis erexistis, construxistis, & edificastis, atque dotastis: quæ omnia, & singula pro illorum subsistētia firmiori à nobis apostolico petijstis munimine roborari.

Nos igitur vestris iustis postulationibus, grato concurrentes assensu, præmissa omnia, & singula, & prout illa concernunt, in instrumēto, seu documētis huiusmodi contenta, & inde sequuta quæcumque licita tamen, & honesta, sicut ritē, & prouidē, ac ordinaria auctoritate interueniēte facta sunt, ac in diuini cultus augmentum præfatæque Religionis ampliatiōem tendunt, ac sacris

Canonibus, cōcilioque prædicto non aduersantur, rata, & grata habentes, illa Apostolica auctoritate confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, & communitationis infringere, vel ei ausu temerario

contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dis, ac Beatorum Petri, & Pauli, apostolorū eius, se nouerit incursum. Dātū Romæ apud sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1568. Quartodecimo Kalend. Iunij, Pontificatus nostri anno 3.

P I I V.

BVLLA SECVND A.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Committit facultatem Archiepiscopo Casaraugustano, seu officiali, aut Vicario excommunicandi quemlibet, qui occultauerit quacumque bona in dicta Bulla expressa Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, præcedente admonitione, ut illa restituat, infra certum terminum.

PIVS. Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Archiepiscopo Casaraugustano, seu dilecto eius officiali, seu Vicario in spiritualibus Generali salutem, & Apostolicam benedictionem. Significauit nobis dilectus filius Georgius de Oliuar Ordinis fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Professor, agens pro Monasterio sancti Lazari Casaraugustano eiusdem prædicti Ordinis in Romana Curia Procurator, ad præsens in eadem Romana Curia residens, quod nonnulli vtriusque sexus iniquitatis filij, quos prorsus ignorat, pia legata, & per fideles, pro Redemptione Captiuorum ad pios vsus, aut

alias dimissa; necnon census, fructus, redditus, prouentus, terras, domos, hortos, cāpos, prata, pascua, nemora, siluas, arbores, arborū fructus, vineas, possessiones, auri, argenti monetati, & nō monetati, vini, olei, bladi, frumenti, ordeï, habena, siliqua, leguminū lini, lana, canapis, & aliarum rerum quantitates, tascas, discos, aphos, vasa aurea, argentea, creta, cuprea, stannea, ferrea, terrea, pannos lineos, laneos, sericeos, zonas, perlas, locula, vestes, mâteleos, tunicas, & alia indumēta, lectos, culcitra, lintamina, mappas, manutergia, mensas, schannia, tapetia, & alia domus vtensilia. Equos, iumenta, oues, boues, porcos, & alia

Bullarium Ordinis

animalia, libros contractus litteras, scripturas publicas, & priuatas, prothocola, notas, instrumenta, obligationes, quietantias, cedulas, recognitiones, testamēta, codicillos, & alia documenta, debita, credita, legata, mutua, deposita, iura, pecuniarum summas, & nonnulla alia mobilia, & & immobilia bona, in executione, seu publicatione præsentium latius arbitrio tuo, quantum, & prout videbitur specificanda, declaranda, & exprimenda ad dictum significantem, tam ratione personæ suæ, & dicti Monasterij, ac sancti Michaelis, vti illius membri, seu ab eo dependentis, intimè spectantia; etiam per aliquos dicti Monasterij fratres professos, tempore obitus illorum, seu vel post apud aliquas personas dimissa temerè, & malitiosè, occultare, & occultè detinere, præsumperunt, & præsumunt, non curantes ea reuelare, restituere, & exhibere, in animarum suarum periculum, & significantis, ac Monasterij prædictorum, non modicum præiudicium, super quod ipse significans Apostolicæ sedis remedium implorauit. Quo circa fraternitati tuæ

frater Archiepiscopo, seu discretioni tuæ fili Vicari, vel officialis per Apostolica scripta mandamus, quatenus omnes huiusmodi censuum fructuum auri, argenti, pecuniarum, scripturarum, iurium, ac prædictorum, & aliorum, & vt præfertur specificandarum rerum, bonorum, & numerorum occultantes, & detentores occultos ex parte nostra, publicè in Ecclesijs, coram populo per te, vel alium, seu alios moneas, vt infra competentem terminum, què eis præfixeris, ipsi dicto significanti à se debita restituant, & reuelent, ac de illis plenam, ac debitam satisfactionem impendant, & si id non adimpleuerint, infra alium competentem terminum, quem ei ad hoc dixeris peremptorium præfigendum; ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferas, eamque facias vbi, & quando expedire videris, vsque ad reuelationem, & satisfactionem cōdignam solēnter publicari. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, tertio Kalendas Nouembris Pontificatus nostri anno quarto.

SCHOLIA SRAPHINI.

I Bi. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono. Solent Pontifices in his Bullis, & alibi, in data computare annos, vel per indictionem, vel à Natiuitate Domini, vel per vtrumque

que de vtrifq; breuiter annotandum erit, & quoad indictionē multa dicenda scitu digna occurrunt, sed Glossa id non patitur, de qua varia scribunt, Couarrubias libro 1. variarum capite 12. à numero 2. Othoman. & Calepin. verb. *Indictio*, Cuiatius in rubric. C. de indict. libro 10. Notabis primo in iure indictionem non tantum dici tributa, quæ possessionibus ad tria lustra, hoc est quindecim annos imponebantur, l. Iulianus XIII. §. idem, ff. de action. empti, l. 2. C. de annonis dicto titulo, C. de indiction. Couarrubias dicto capite 12. numero 4. & 5. Verum etiam accipitur pro nota, & ratione annorum vsque ad annum 15. Sicut Græci, per Olympiadas, quæ quiennio durabant annum designabant. Ita Romani per indictiones, vsque ad annum decimum quintum durantes, quo finito, iterum nouus indictionis numerus reuoluebatur, quæ indictio adijciebatur in simul, cum annorum currentium ab Imperio, seu ab era Cæsaris, aut à Consulatu, vt constat ex cap. in nomine Domini 23. dist. Couarru. dict. loco. Henriquez de fine hominis; cap. 23. §. 7. lit. E. Parlador. lib. 2. quotidian. cap. 20. à num. 2.

Secundo notabis veram indictionis computationem fieri, & incipere 3. annis ante Natiuitatem Christi Domini, à quo tempore anni omnes distribuuntur, per quinquennia, & omisis quinquennijs quot anni super fuerint, post vltimum quinquennium, tot erunt indictiones, & singulis annis sequentibus addetur vna vsque ad annum decimum quintum, in quo dicitur indictio decima quinta, & postea annus primus, & sequens dicitur indictio prima, glossa verbo, *Indictionis* in capite inter dilectos de fide instrumentorum, Couarrubias & præcitati: res obscura exemplo illustretur, hoc anno Natiuitatis Domini ex millesimo sexcentesimo trigesimo secundo, detractis quinquennijs sumus in vltimo anno ex numero decimi quinti: & ita currit nunc indictio decima quinta duratura hoc anno, vsque ad sequentem: in quo prima indictio dicetur: quia computatio fit ab anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, qui incipit exclusis quinquennijs, & in anno millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, erit secunda indictio.

Tertio notabis, quod licet Diuus Gregorius in suis epistolis, & nonnulli ex præcedentibus Pontificibus consueuerint apponere indictiones, idque olim in concilijs receptum fuerit, & à Tabellionibus Romanis obseruatum, vt ex alijs refert,

Couarru. dict. cap. 12. num. 5. & 6. In litteris tamē Apostolicis, hodie non apponitur indictio, vt obseruat Hieronymus Paulus in pract. Cancellariæ, pag. mihi 6. parua, sed vtuntur annis à Natiuitate Domini absque adiectione indictionis:

De computatione ab annis Domini. Aduerto quod cum iam hodie Pontifices, & Romani tabelliones, non indictionibus, vt aduertisti scholio præcedenti ad fin. sed alij vtuntur annis ab Incarnatione, alij à Natiuitate Domini, sic nunc ab incarnatione supputant Galli, Germani, Angli, Genuenses Henriquez de fine hominis, cap. 23. §. 6. lit. N. Parlador. lib. 2. quotidian. cap. 20. num. 2. gloil. vltim. in extrauag. vnica de censibus, & Alphonfus Rex in proemio Partitarum, vbi Gregor. verb. *De la Encarnacion*, alij, vt Romani, & Hispani frequentius vtuntur annis à Natiuitate Domini, vt in nostra Bulla, & alijs præcedentibus. Aduertendum est, etiam computationem ab Incarnatione obtinere locum in solo Christo: quia in Conceptione fuit statim perfectus vir cum pleno, & permanente rationis vsu, & ab eo tempore integri anni computantur, Henriquez dict. cap. 23. & §. 6. lit. R. Dum vero Ecclesia supputat à Natiuitate sunt vsuales, & incepti. Dum vero supputat annos ab Incarnatione, accipit annos Christi omnino integros, Couarru. dict. capit. 12. num. 2. Henriquez lib. 8. cap. 11. §. 10. lit. L. & de fin. hominis, cap. 23. §. 6. lit. N. Q. & T. Adde quæ dicemus in Bulla Clem. 8.

Quia autem in præcedenti scholio mentionem fecimus computationis ab Era Cæsaris computatio, illa habuit initium duo de quadraginta annos ante Saluatoris natalem diem, qui subducendi sunt à computatione Natiuitatis Domini, vt obseruant Couarru. 1. variar. cap. 12. num. 3. Parlador. dict. capit. 20. num. 4. Primus autem Rex Ioan. Castellæ primo relicta Era Cæsaris computationem fieri à Natiuitate Domini iussit, Couarru. dict. capit. 12. num. 3. Henriquez de fine hominis, cap. 23. §. 6. lit. T. Parlador. dict. capit. 20. num. 3. post alios. Quid autem Era significet, apud eos videri potest, & apud Mexiam in Sylua, 3. part. capit. 2. Rosende in epistola de Era ad Vaseum, habetur 2. tom. histor. Hispan. pag. 828. ipse Vaseus refert in Chronico Hispan. capit. 22. tom. 1. Cæsar

Baron. in addit. ad Martirolog. annum die. 22.

Octobris, & passim alij

PIO SVCCEDIT

Gregorius XIII. anno 1572.

GREGORII XIII.

BULLA VNICA.

SVMMARIVM BVLLE.

1. Annulat Capitulum Generale oppidi de Guadálaxara celebratum, & Generalem electum Ordinis Beatae Mariae de Mercede.
2. Committit, & mandat Nicolao Episcopo Paduan. Nuncio apud Hispaniarum Regem conuocare nouum Capitulum, & in eo praesidere in electione dicta Generalis.

GREGORIVS Papa XIII. ad futuram rei memoriam. Vt sacris Religionibus, iuxta aeditas de nouo ordinationes, viri praeficiantur idonei, auctoritate nostra prouidendum est. Cum itaque (sicut accepimus nuper) in Monasterio sanctae Eulaliae Ordinis fratrum Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum Barcinonens. contra formam Constitutionum, & Capitulorum auctoritatum in Generali Capitulo, quod ultimo loco in Monasterio eiusdem Ordinis oppidi de Guadálaxara, Toletanae Diocesis, die 14. Nouembris, vel alijs die, & mense, anno Domini M.D.L.

XXIII. praesentibus ibidem Capitulo duobus Commissarijs Apostolicis celebratum fuit, ad electionem Generalis eiusdem Ordinis minus Canonice, & de facto processum fuerit. Nos ea, quae minus Canonice, & de facto facta sunt abhorretes, electionis praedictae tenorem praesentibus pro expresso habentes, motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, certaue scientia nostris, electionem praedictam, non seruata dictarum Constitutionum forma, nulliter factam, & attentatam, cum inde sequutis quibuscumque Apostolica auctorita-

te, tenore præsentium laxamus, & annullamus, nullamque, irritam, nulliusque roboris, vel momenti fore, viribusque penitus carere, nec per illam ius aliquod Electum adquisiisse, neque acquiri posse, decernimus, & declaramus. Ne autem idem ordo diutius prælato careat, qui eiusdem vniuersi Ordinis curat gerat, idemque Generalatus munus longæ vacationis exponatur in cōmodis paterna sollicitudine prospicientes venerabili fratri Nicolao Episcopo Paduanens. nostro, & apud charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum Regem Catholicum Nuntio, per præsentem committimus, & mandamus, vt pro futura electione Generalis eiusdem Ordinis Generale Capitulum dicti Ordinis, eo in Monasterio, in quo per dictas nouas electiones statutum fuit ab eis, à quibus per dictas nouas Constitutiones est conuocandum conuocari ex indici faciat, & eis impeditis, aut recusantibus, seu negligentibus, vel si aliquid aliud obstet, quod aliter fieri arbitrio suo expedire videatur, per seipsum conuocet, & indicet, & ipso congregato in eo ipse, vel ab eo deputandus præsideat, quo in Capitulo, & Conuentu dictarum nouarum Constitutionum forma seruata, ad electionem Generalis dicti Ordinis pro

cedi curet, & faciat. Nos enim motu & scientia similibus Capitula, & Constitutiones, ac Ordinationes, & Reformationes quascumque in Capitulo, quod in oppido de Guadalfaxara vltimo loco celebratum fuit æditas quarum seriem, & tenorem, ac si de verbo ad verbum præsentibus insertæ essent haberi volumus pro expressis, per præsentem perpetuo Apostolica auctoritate approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplementumque omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti, & solemnitatum, etiam substantialium defectus; si qui forsam interuenerint in eisdem, illaque omnia, & singula, ac in eis contenta quæcumque ab omnibus, quos illa concernunt inuiolabiliter seruari debere præcipimus, sicque, & non aliter, per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, sublata eis, & eorum cuiuslibet, quauis aliter iudicandi, & impetrandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiendi debere, etsi secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus: non obstantibus præmissis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs
ædi-

editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, vel Ordinationibus dicti ordinis status, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem ordini, illiusque superioribus, & personis concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus illorum tenores praesentibus, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrarijs quibuscumque. Datis Romae apud sanctum Petrum sub annullo Piscatoris, die decima Februarij, anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus nostri anno quarto.

SCHOLIA SERAPHINI.

Confirmat Pontifex constitutiones editas in Capitulo Generali de Guadalfaxara: in quo notabis, quod Constitutiones Capituli Generalis, per se habent vim iuris pro regularibus, etsi sint à Sede Apostolica confirmatae, seu approbatae, dicuntur Apostolicae ex Henriquez lib. 6. cap. 6. §. 9. lit. V. Quod si contra formam n. d. Constitutionum aliquid fuerit attetatum erit nullum, & irritum, l. cum hi, §. Praeter, ff. transact. Flamin. post alios de resignat. lib. 5. quest. 6. num. 227. etiam si non sint approbatae à Sede Apostolica. Ideoque in nostra Bulla Pontifex declarat electionem Generalis in Capitulo Generali fuisse nullam, utpote factam contra formam constitutionum, potestque idem Capitulum alterare, & mutare constitutiones iam factas ex constitut. dict. 2. capit. 2. nam ad eundem pertinet reuocatio ad quem constitutio ex reg. 1. de regulis iuris. *Res per quascumque causas nascitur, per eosdem dissoluitur, prosequitur* Suar. de legibus, lib. 6. cap. 26. à princip.

Ratio est, quia penes congregationem legitimam est potestas condendi leges ad communitatis conseruationem, quae maxime conseruitur in praescriptis, & legibus, iuxta illud Iulij Pro client. *Sicut corpora nostra, sine mente, ita ciuitas, sine lege suis partibus, neruis, sanguine, & membris, ut non potest, & illud Philosophi, nec lex sine ciuitate, nec ciuitas sine lege, cumulat similia, Zaz. num. 37. in l. 2. ff. de origine iuris, quae omnia conueniunt, & competunt cuicumque congregationi legitimè congregatae, Suar. de legibus, lib. 1. cap. 8. Salas eodem tractat. disputat. 8. lect. 12. à num. 56.*

Bullarium Ordinis

COLLECTOR.

Etiam concessit Summus Pontifex altare priuilegiatum in Conuentu nostro Segouienſi. Deinde ad instantiam M. fratris Ioannis Henriquez Procuratoris Generalis in Romana Curia concessit Iubileum plenissimum, & Indulgentiam plenariam in fauorem confratrum confraternitatis nostri Ordinis sita in Conuentu nostro de Bruzeña, in diebus Assumptionis Beatæ Virginis Marię, & in die S. Stephani Protomartiris, sub datum Romæ apud sanctum Petrum die 15. Ianuarij 1582. & quod Religiosi in prædicta domo commorantes quotiescumque eis Missam celebrare in altari S. Catharinę virginis & martiris contigisset, animam à purgatorij pœnis liberarent. Sub datum Romæ nonis Augusti 1582. eandem indulgētiam concessit fratribus nostri Ordinis Missam celebrantibus in altari sanctissimæ Resurrectionis, sito in Ecclesia nostri Ordinis ciuitatis de Toro, sub datum Romæ 10. Kalend. Iunij 1582. Item restitui iussit Conuentui nostro Barcinonens. domum S. Raymundi Nonnati, constituendo in iudicem commissarium D. Petrum Augustinū Archiepiscopum Tarraconens. Denique cum quadam die constitutiones nostri Ordinis per legisset, sic locutus est: quicumque frater Mercenarius, has constitutiones ad vnguem obseruasse inuentus fuerit, nulla alia informatione indiget, vt in sanctorum Cathalogo reponatur.

GREGORIO SVCCEDIT
Sixtus V. anno 1585.

SIXTVS.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Concedit nostræ Religioni, vt in quibusdam diebus, & festis Ordinis, in quibus extat in vsu, & consuetudine, eorum officia, horasque
reci-

recitare, libere, & sine ulla contradictione celebrare, & recitare pos-
simus.

2 Assignat, & numerat, iuxta Kalendarium Ordinis, & duodecim
menses anni, dies in quibus hæc officia, & festa celebrantur, qui san-
cti, eorum nomina, qui martires, qui confessores, & quæ virgines.

Sixtus V. ad futuram rei me-
moriæ. Pij Regularum per-
sonarum votis, præsertim quæ
ad diuini cultus, & deuotionis
augmentum pertinere dignos-
cuntur, libenter annuimus, ea-
que fauoribus prosequimur op-
portunis. Nuper siquidem, cum
pro parte dilecti filij Magistri
Generalis Ordinis Beatæ Mariæ
de Mercede Redemptionis Cap-
tiuorum nobis expositum fuisset,
ipsum ac reliquos omnes eius-
dem Ordinis fratres, qui secundum
vsum, & morem sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ, Breuiario Ro-
mano, & decreto Concilij Tri-
dentini instituto, & ferè Pij Pa-
pæ IIII. prædecessoris nostri
iussu ædito in recitandis Horis
Canonicis, vti solent pro eorum
deuotione, valde cupere pro-
prios quosdã festos dies seu Or-
dinis, & nonnullos alios ex ve-
tusta, & laudabili consuetudine
pro proprijs officijs celebrare,
eaque ipsa officia, quæ antiqui-
tus instituta habent, ad ritum, &
normam Breuiarij prædicti ac-
commodari. Nos dilectis filijs
nostris, Julio Antonio sancti Bar-
tholomæi in insula sanctæ Seue-
rinæ, & Vincentio sanctæ Mariæ

in via titularum Montis Regalis
nuncupatis, presbyteris Cardi-
nalibus viuæ vocis oraculo dedi-
mus in mandatis, vt officia præ-
dicta diligenter reviderent, &
examinarent, qui postmodum
conuocatis nonnullis alijs pijs,
& eruditjs viris, omnibus illo-
rum partibus sigillatim perspe-
ctis, & accurate recognitis, qua-
dam detraxerunt, alia emmen-
darunt, nonnulla addiderunt, &
in congruam formam, ac ritui
Breuiarij Romani maximè con-
sentaneam redegerunt. Quare
pro parte prædicti Magistri Ge-
neralis nobis fuit humiliter sup-
plicatum, vt illa, sic correctæ, &
emmedata auctoritate nostra cõ-
probare, illorumque vsum eis
concedere de venignitate Apof-
tolica dignaremur. Nos huius-
modi precibus inclinati, tam ei-
dem Magistro, quàm vniuersis,
& singulis alijs fratribus, & mo-
nialibus dicti Ordinis, pro tem-
pore existentibus, vt in quibus-
vis domibus, Monasterijs, Colle-
gijs, & locis eiusdem Ordinis, tã
publicè, quàm priuatim, in Cho-
ro, & extra Chorũ, coniunctim,
vel diuisim, diebus huiusmodi, vt
præfertur, designatis, proprijs
offi-

Bullarium Ordinis

officijs prædictis, sic correctis, & emmēdatis vti, illaque imprimi facere, aut diuulgare; necnō secundum eorū tenorem Horas Canonicas diurnas, nocturnas recitare, & officia ipsa sic recitando obligationi plene satisfacere, libere, & licite valeant: ita vt eisdem diebus ad recitandum, aliud officium iuxta Breuiarij Romani regulas, vel antiquum prædicti Ordinis vsum, & morem minime teneantur, dummodo tamen modum, & formam præscriptos in libello, per dictos Cardinales, de mandato nostro, reuiso, correcto, & emmēdato, cuius Kalendarium inferius describi mandauimus, ad vnguem obseruent, & nihil penitus addant, vel diminuunt, plenam, & liberam licentiam, & facultatem au-

thoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus. Non obstantibus dicti Pij prædecessoris super reformatione, & approbatione Breuiarij Romani, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Generalibus, Prouincialibus, vel Synodalibus concilijs æditis, prædictique Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, quodque huiusmodi dies festi in nouissimo Kalendario Romano contrarijs quibuscumque. Datis Romæ apud sanctum Petrum sub annullo Piscatoris, die decimo Nouembris, anno millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Pontificatus nostri anno tertio.

KALENDARIVM FESTORVM, DIERV M, & Officiorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum.

I A N V A R I V S.

- Die 14. Sanctissimi nomini Iesu. Duplex.
Die 17. S. Antonij Abbatis. Dupl. cum oct.
Die 23. S. Ildephonsi Episcopi, & Confes. Duplex.

F E B R V A R I V S.

- Die 12. Sanctæ Eulaliæ virg. & mart. Duplex cum octau.

MAR

ANNO MARTIVS.

Die 20. S. Ioachim, Patris Beatae Mariae Virgin. Duplex.

Die 24. S. Gabrielis Archangeli. Duplex.

APRILIS.

Die 24. Boni Latronis. Duplex.

IULIVS.

Die 16. Triumphus sanctae Crucis. Duplex.

Die 18. Sanctae Marinae virg. & martir. Duplex.

Die 20. S. Iacobi Apostoli praecipui Hispaniarum Patroni. Duplex cum octava.

AVGVSTVS.

Die 28. S. Augustini Episcop. & Confes. & Ecclesiae Doctoris. Duplex cum octava.

SEPTEMBER.

Die 24. S. Raphaelis Archangel. Duplex.

NOVEMBER.

Die 10. Passio imaginis Iesu Christi. D.N. Duplex.

Die 21. Praesentatio Beatae Mariae. Duplex.

DECEMBER.

Die 18. Expectatio Beatae Mariae Virginis. Duplex.

Thomas Gualter utius.

SCHOLIA SERAPHINI.

CONCEDIT Pontifex, vt in nostro Ordine officia diuina recitentur in peculiaribus festis quæ enumerat, iuxta consuetum vsum Ordinis, obseruatis alias regulis Breuiarij Romani : in quo aduerto aliud esse coli aliquem pro sancto, aliud illius festum celebrare : in primo casu solo competit Summo Pontifici aliquem in sanctorum Cathalogum redigere, capit. 1. de Religio. & veneratio. sanctor. in secundo potest Episcopus in hoc ; vel illo Episcopatu indicere festum, capit. 1. de consecratione distinctione 3. capit. vltimo de ferijs. Suar. de Religio. 1. tomo libro 2. capit. 11. à numero 4. & eodem modo possunt Generales, in Capitulo Generali idem indicare : quia Episcopalem habent potestatem ; eodemque modo potest consuetudo inducere in Religionem ; vt de hoc, vel illo Sancto Officium recitetur Eman. 2. tom. quest. 69. artic. 5. ac proinde merito Pontifex hæc officia respectu nostri Ordinis hic approbat.

Hinc colligo, quod si in aliquo Prouinciæ, vel Religionis loco, seu Monasterio, celebretur festum, alicuius sancti Ordinis, poterit Generalis in tota Prouincia, seu Religionem eundem festum præcipere quemadmodum possunt Episcopi, idem præcipere in suis Episcopatibus, capit. 1. dict. consecratione distinctione 3. Suar. 1. tomo de Religio. libro 2. cap. 11. numero 12. requiritur tamen consensus Capituli Generalis quemadmodum, nec Episcopus per se solum, sed cum consensu Cleri id possit. dict. cap. 1. de consecratione distinct.

3. cap. vltim. de ferijs iunctis resolu-

tis, per Suar. d. cap. 11.

à num. 7.

S I X T I V.

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Ad instantiam M.F. Francisci de Torres in Romana Curia Ordinis Procuratoris, concedit Pontifex. R.P.M.F. Francisco de Salazar totius Ordinis Magistro Generali, litteras Apostolicas in forma brevis, ut Capitulum (quod vocant intermedium) celebrare minime teneatur.

Sixtus Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. Licet nos nuper motu proprio statuerimus, & ordinaverimus, ut in posterũ Capitulum Generale per fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorũ, tertio quoque anno celebretur, in quo Generalis Magister dicti Ordinis ad aliud triennium, & non ultra confirmetur, ita ut sexto quoque anno novus eligatur, prout in nostris die 5. Nouẽbris Pontificatus nostri anno primo, desuper cõfectis litteris plenius continetur; nihilominus quia sicut dilectus filius Franciscus de Torres Vicarius, & Procurator Generalis totius Ordinis prædicti, exponi nobis nuperfecit, quod tempus celebrãdi Capituli huiusmodi hoc primo triennio instat; & dictũ Capitulũ non sine magna difficultate, & incõmodo dictorum fratrum celebrari potest; nos indemnitati eorundem

fratrum cõsulere hac in parte cupientes; nec non tenores dictarum litterarum, presentibus pro expressis habentes, supplicationibus dicti Francisci hac in parte inclinãti, omnibus, & singulis huius Ordinis fratribus, ut hoc dumtaxat triennio, dictum Capitulum (quod est intermedium, & non de electione Magistri Generalis) celebrare minime teneantur, nec ad id à quoquam cogi, ac compelli, seu censuras, vel pœnas aliquas propterea incurrere possint; nec non dilecto filio Francisco de Salazar Magistro Generali dicti Ordinis locum cõuenientem, & congruum pro celebrando Capitulo huiusmodi altero triennio, in quo novus Magister Generalis Ordinis præfati, iuxta præfati statuti, & ordinationis huiusmodi tenorem eligere valeat, assignãdi, & deputãdi facultatẽ auctoritate Apostolica tenore presentium cõcedimus.

Non obstantibus statuto, & ordinatione prædictis; necnon dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quocunque, indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & in nouatis.

Quibus omnibus (illis, alias in suo robore permanfuris) hac vice dumtaxat specialiter, & ex-

pressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Voluimus autem, vt præsetium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si foret exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 8. Decëbris 1588. Pontificatus nostri anno quarto.

S I X T I V.

[BULLA TERTIA.

SUMMARIVM BULLÆ.

Confirmat Pontifex donationem (Ecclesia Sancti Adriani in foro Boario, nostro Ordini) per Cardinalem Titularem factam.

Sixtus Episcopus seruus seruatorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ex omnibus Christianæ charitatis officijs, quibus æterna salus per gratiam Dei comparatur, illa Redemptori nostro Iesu Christo, vel maxime placere credamus, per quæ infælices Captiui à terra impiorum seruitute reuocantur. Primum, & salutiferum propositum dilectorum filiorum fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum, qui huic operi ex eorum

primauo instituto iugiter intendunt, promouere cupientes, ea illis loca in Vrbe nostra libenter concedimus, & assignamus; in quibus ipsi altissimo famulari, diuinamque opem, ad eam rem perficiendam assidue implorare possint Motu itaque proprio, & non ad alicuius nobis desuper oblata petitionis instatiã; sed de nostra mera liberalitate, ac certa scientia nostris, atque Apostolicæ potestatis plenitudine usum Ecclesiæ Sancti Adriani de vrbe prædicta, quæ denomi-

natio

natio Diaconi Cardinalis existit, cui dilectus filius noster Augustinus eiusdem Sancti Adriani Diaconus Cardinalis, Cusanus nuncupatus praest, & in quantumquam ferè Diuinum Officium celebratur, cum domo illi adhærente, ac situ ad ipsam Ecclesiam pertinente (de ipsius Augustini Cardinalis expresso consensu, & saluis eiusdem Augustino Cardinali, & pro tempore existenti Diacono Cardinali ipsius Sancti Adriani Titulo, ac omnibus & singulis eiusdem Ecclesiae Sancti Adriani bonis, proprietatibus, iuribus, actionibus, fructibus, redditibus, & prouentibus, quos dictus Augustinus Cardinalis, sui que successores, Sancti Adriani Diaconi Cardinales cum integritate, & absque alio onere, seu contributione, percipere possint, & debeant; nec non collatione, & quauis alia dispositione, seu iure conferendi dictae Ecclesiae Canonatus, & praebendas, ac alia beneficia, ad pro tempore existentem Diaconum Cardinalem sancti Adriani expectantia, & pertinentia, pro tempore vacantia, eidem Ordini pro vna domo, seu Monasterio Ordinis praedicti, inibi cum Conuentu, Claustro, Dormitorio, Refectorio, cellulis, hortis, hortalijs, aliisque officinis, & fabricis necessarijs, pro competenti habitatione fra-

trum dicti Ordinis, qui eidem Ecclesiae in diuinis deservire, & omnia onera, illi incumbentia, perferre etiam, absque eo, quod aliquid pro eorum alimentis, aut alijs necessarijs ab ipso Augustino Cardinale, aut pro tempore existente Diacono Cardinali Sancti Adriani huiusmodi petere, aut habere possint (statu seculari eiusdem Diaconiae, tam quo ad ipsum Augustinum, & qui pro tempore fuerit Diaconus Cardinalis, quam quoad Canonicos praedictos, quorum iura, & praerogatiuae nunc, & pro tempore semper illa remaneant, in aliquo non mutato; sed illo quo ad praemissa semper firmo, & saluo remanente) auctoritate Apostolica, tenore praesentium, perpetuò concedimus, & assignamus. Ipsumque monasterium sic constituendum, & aedificandum, ex nunc prout ex tunc, & è cõtra postquam exstructum, & aedificatum fuerit in Monasterium dicti Ordinis (sine alicuius praedictio) erigimus, & institutum. Ita quod liceat dilectis filijs Magistro Generali Francisco de Salazar, & eius Vicario, seu Procuratori Generali Francisco de Torres fratri dicti Ordinis, vsus dictae Ecclesiae corporalem possessionem propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere (nullius ad hoc requisita licetia.) Ipsique fratres à

Monasterio, Ecclesia, ambitu, & situ prædictis, per Titularem pro tēpore existentē, seu Canonicos dictæ Ecclesiæ, aut quosvis alios, quovis prætextu, seu causa, vel occasione à moueri numquam possint. Ipsisque fratribus, quod omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præminentijs, antelationibus, gratijs, indultis, indulgentijs (etiam plenarijs) peccatorum remissionibus. alijsque gratijs, tam spiritualibus, quàm temporalibus, & alijs quomodolibet nuncupatis, quibus alij fratres aliorum Monasteriorum dicti Ordinis quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, pariformiter vti, potiri & gaudere valeant, indulgemus. Decernentes præsentis litteras nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, vel quoquam alio defectu (etiam ex quo interesse habentes vocati non fuerint) notari, impugnari, inuolidari, aut ad terminos iuris reduci, seu in ius, vel cōtrouersia reuocari posse. Sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales; sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctorita-

te, vbique iudicari, & definiti debere. Nec non irritum, & inane, si secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filijs nostro in alma Vrbe, & eius districtu, in spiritualibus Vicario, & causarum Curia Cameræ Apostolicæ Auditori Generalibus, motu simili per præsentis mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentis litteras, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit; ac quoties pro parte dilecti filij Magistri fuerint requisiti, solemniter publicent, & faciant eosdem fratres præmissis omnibus, & singulis, iuxta præsentium tenorem pacificè frui, & gaudere. Nec permittant eos desuper à quoquam quomodolibet molestari. Contadictores quoslibet, & rebelles, & præmissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, atque opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstante nostra de vnionibus committendis, vocatis, quorum interest; ac exprimēdo vero valore, ac Lateranensis Concilij nouissime celebrati vniones perpetuas (nisi in casibus à iure permissis) fieri prohibitis,

ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiae, ac Ordinis huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, ac litteris Apostolicis, in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & in nouatis. Quibus omnibus illorum tenores praesentibus pro ex

pressis habentes (illis alias in suo robore permanfuris) hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus. Caterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annullo Piscatoris die octauo Aprilis millesimo quingentesimo octuagesimo nono. Pontificatus nostri anno quarto, Marcellus Vestrius Barbianus.

S I X T I V.

BVLLA QVARTA.

SVMMARIVM BVLLAE.

- 1 Absoluit Generalem, & Procuratorem, Proutnaciales, Superiores, & fratres Ordinis nostri à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, ad effectum praesentium.
- 2 Confirmat constitutiones, ordinationes, reformationes, prouisiones, ac decreta, electionem, auctoritatem, potestatem, officium Magistri Generalis, Electorum, Definitorum, Vocalium, Priorum, fratrum, ac aliorum, sub dicta regula institutis degentium.
- 3 Necnon omnia, & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, prerogatiuas, antelationes, fauores, praecminentias etiam nobis concessas.

Sixtus Papa Quintus ad futuram rei memoriam. Inter praecipuas nostrae sollicitudinis partes, illud vnum semper prouidere curamus, vt Regulares personae, non solum laudabilia earum instituta: ita Deo Sal-

uatori nostro famulentur, vt alijs exemplo esse possint; sed etiam, vt taliter munitae, & suffultae priuilegijs, & externis adiuuentis exultent, vt in earum feruore propter temporalia minimè tepescere cogatur, aut al-

Bullarium Ordinis

ter perturbari, & inquietari vlla
tenus possint, ad quod, & prom-
ptius erga Ordinē Beatæ Mariæ
de Mercede Redēptionis Capti-
uorum in Regnis Hispaniæ pri-
mitus erectum, faciendum in-
ducimur, quod eiusdem ordi-
nis professores: ita eximio sunt
charitatis zelo succensi, in pro-
ximorum salute, vita, ac liber-
tate procuranda, vt sese in pre-
tium, & pignus pro Christi fi-
delibus, ac Sarracenorum mi-
sera seruitute redimendis, & li-
berandis, tradere, emancipare
(cum necesse fuerit) non ver-
eantur. Sanè cum pridem nos
ad tollendas nonnullas in hac
Religione controuersias, cer-
tam formam pro Capituli, ac
Magistri Generalis celebratio-
ne, ac electione facienda ordi-
nauerimus, & statuerimus, ac
sicut pro parte dilectorum filio-
rum Francisci de Salazar Gene-
ralis Magister, ac Francisci de
Torres Procuratoris dicti Or-
dinis, ac Vicarij Generalis, no-
bis expositum fuit, pro eiusdem
Ordinis directione, & propa-
gatione, iuxta temporum qua-
litate, & exigentiam, nouæ
quædam reformationes, ac de-
creta de loco Capituli Gene-
ralis, quam de vocalium Ele-
ctorum, & Definitorum aucto-
ritate, ac aliorum dicti Ordinis
Superiorum officio, iure: fœ-
licis recordationis Pij V. & Gre-

gorij XIII. Romanorum Pon-
tificum prædecessorum nostro-
rum, ac nostras litteras præfa-
tas, & sancita fuerunt. In super
à diuersis Romanis Pontificibus
prædecessoribus nostris eidem
ordini plura priuilegia, & gra-
tis, tam spirituales, quàm tem-
porales concessa, confirmata,
& innouata fuerunt, nobis hu-
militer supplicatum fuit, vt præ-
missa omnia confirmare, ac eis
robur adijcere, ac alias in præ-
missis opportunè prouidere de
benignitate Apostolica digna-
remur. Nos honestis, ac pijs
supplicationibus huiusmodi in-
clinati, ac eisdem Generalem,
& Procuratorem, Prouincia-
les, Superiores, & fratres à qui-
busvis excommunicationis, sus-
pensionis, & interdicti, alijs-
que Ecclesiasticis sententijs,
censuris, & pœnis à iure, vel
ab homine, quauis occasione,
vel causa latis, si quibus quo-
modolibet innodati existunt, ad
effectum præsentium dumtaxat
consequendum, harum se-
riè absoluentes, & absolutos
forè censentes, necnon decre-
torum prædictorum reforma-
tionem, indultorum priuilegio-
rum, gratiarum, litterarum,
etiam singularum tenores, pro
suffICIENTER expressis, ac de ver-
bo ad verbum insertis habentes,
constitutiones, ordina-
tiones, reformationes, pro-
uisio-

uisiones, ac decreta electionem auctoritatem, potestatem officium Magistri Generalis, Electorum, Definitorum, vocalium, Priorum, fratrum, ac aliorum sub dicta regula institutis degentium directionem gubernationem, curam, & administrationem, visitationem, correctionem quomodolibet in genere, vel in specie concernentia, quatenus pie, & honesta, ac sacris Canonis, non contraria, & ad formam Tridentini Synodi ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, approbamus, confirmamus, ac omnibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, & aliarum pœnarum, pro arbitrio Magistri Generalis, pro tempore existentis, incursum obseruari, ac inuiolabiliter custodiri mandamus: suppletes omnes, & singulos, tam iuris, quam facti, ac solemnitatem quarumcumque quomodolibet omislarum defectis, si qui forsam interucnerint in eisdem; necnon omnia, & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates prærogatiuas, antelationes, fauores, præminentias, iudulta, licentias, stationes, declarationes, facultates, concessiones, indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remissiones, atque relaxationes, aliasque gratias

spirituales, & temporales ordini præfato, ac singulis illius Monasterijs, Prioratibus, ac alijs Monasticis, & Regularibus locis, eorumque Generali, Prioribus, Definitoribus, Visitatoribus, Superioribus, fratribus, ac alijs Religiosis, per quoscumque prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac Sedem Apostolicam, tam in genere, quam in specie, etiam per modum communicationis, extensionis, & interdicti, ampliacionis, ac alias quomodolibet concessas, ac confirmatas, & approbatas: etiam si talia forent, quæ specialem requirerent mentionem, quatenus sint in usu, & ad formam dicti Synodi Tridentini, & quoad priuilegia, modo nulli præiudicium inferant, approbamus, ac etiam de nouo concedimus, & illis omnibus, & singulis uti, frui, & gaudere, sicut ea omnia iuste, & pacifice possident, libere, & licite posse, & debere decernimus, ac indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, quomodolibet in contrarium facientibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, vt præsentium transumptis manu Magistri Generalis, seu alicuius superioris dicti Ordinis, & alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo eiusdem Ordinis

Bullarium Ordinis

dinis designatis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datis Romæ apud sanctum Petrum sub annullo Pifcatoris die vigesima sexta Aprilis anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Pontificatus nostri anno quarto. M. Veltorius Baruianus. Frater Franciscus de Salazar Magister Generalis Mercedis, & ego Andreas Go-

mez del Castillo publicus Apostolica authoritate Notarius, & per Concilium Archiepiscopale Toletanum approbatus, fidem facio, & attestor, hoc trassumptum esse extractum à suo proprio originali, cum quo concordat de verbo ad verbum, & in fidem hic me meis solitis signo, & subscriptione signaui, & subscripsi. Rogatus. Andreas Gomez del Castillo Notarius Apostolicus.

SCHOLIA SERAPHINI.

Absoluit Generalem, Prouincialem, cæteros Ordinis fratres ad effectum consequendi, hanc bullam. Iam supra declarasti rationem huius absolutionis, nunc duo addenda sunt, prius text. in c. 1. de rescript. lib. 6. dum decernit rescriptum ab excommunicato impetratum, & processum ex eo factum, esse irritum, comprehendere non solum rescripta iustitiæ, & ad lites, sed etiam gratiæ communis in dict. cap. 1. Anton. Ricciullo de iure personarum extra Ecclesiæ gremium existentium, lib. 4. capit. 38. an. 13. vbi speciatim agit de rescriptis ad indulgentias consequendas, etiam si motu proprio concedantur. Posterius rescriptum, non precesse excommunicato occulto. Communis dict. cap. 1. Ricciullus, dict. capit. 38. numer. 8. Suar. de censuris disputat. 17. sect. 1. num. 4. contra Nauarr. cap. ita quorundam, not. 11. num. 8. de Iudæis. Vnde propter hæc in convenientia utilis est hæc clausula, quæ de stylo in omnibus rescriptis inseritur, vt iam dixisti, & notat post alios Ricciullus dict. capit. 38. num. 22.

Confirmat Sixtus V. & de nouo concedit omnia priuilegia, & indulta etiam per viam communicationis à prædecessoribus concessa, quæ confirmatio & noua concessio amplior est, quàm ea, quàm Leo Decimus Ordini nostro concessit, vt bene obseruat Eman. 1. tom. de Regula. quæst. 55. artic. 12. vbi hanc Bullam authenticam se vidiisse fatetur, de qua iam in Leone Decimo dixisti.

Notabis autem, quid intersit inter confirmationem, & nouam concessionem in Bulla 1. Pauli III. num. 1. & 2.

S I X T I V.

B V L L A Q V I N T A.

Ab ipso commissa, Reuerendissimo Cæsari Spetiano
Episcopo Nouariensi.

S V M M A R I V M B V L L Æ.

- 1 *Ordinal, & precipit, vt in Capitulo inter medio non tractetur de electione Magistri Generalis, sed capitulantes confirmet electionem factam dicti Generalis.*
- 2 *Item statuit, vt Prior Barcinonens. succedat in Vicariatu Generali, quolibet modo Magistratu Generali vacante.*

CÆS AR Spetianus Dei, & sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Nouariensis, sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. & eiusdem sedis in Hispaniarum Regnis, cum potestate legati de latere Nuntius. Vniuersis, & singulis fratribus Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, & alijs, qui præsentium tenore fuerint requisiti, salutem in Domino. Quæ ad huiusmodi legationis officij curam, & sollicitudinem maxime pertinent, illud quoque non mediocri studio prouidendum est, vt quæ ab eodem sanctissimo Domino nostro statuta, & concessa existunt debitæ executioni mandentur. Sanè pro parte venera-

bilis in Christo patris fratris Frãncisci de Salazar, vestri Ordinis Generalis Magistri, nobis fuit expositum, quod alias idem S. D. N. per suas litteras datas sub die quinta Nouembris anni elapsi M. D. LXXXV. Pontificatus sui anno primo inter cætera statuit, & ordinauit, vt in posterum Capitulum Generale tertio quoque anno, in quo Generalis Magister ad aliud quoque trienniũ, & non vltra confirmetur, ita vt quodlibet sexto anno nouus eligatur, quod si fortè intra primum, vel secundum triennium per prædicti Magistri Generalis decessum, vel alio modo Magistratus, seu administratio huiusmodi vacare contigerit, si per quatuor menses ante festum Petrecostes, non eiusdem; sed sequen-

quentis anni, post vacationem differatur, interim autem, donec Capitulum Generale dicti Ordinis, nouaque electio fiat, Prior Monasterij Barcinonensis (quod primum erectum, atque constructum in hac Religione fuit) semper sit caput totius Ordinis Vicarius Generalis. Primum Capitulum Generale dicti Ordinis fratrum Beatae Mariae de Mercede, in ciuitate Cesaraugustana congregetur, & tam in eo, quam deinceps in vnoquoque Capitulo primum quidem, de ipsius Magistri Generalis electione, seu confirmatione: deinde vero electione, seu confirmatione Magistri Generalis expedita desequentibus, & statim post triennium futuri Capituli, per libera, & secreta suffragia, qui electus fuerit Generalis, & Definitorum, ac aliorum vocalium, ad quos spectat, deliberetur, ac statuatur. Semper autem, quidquid super his ab ipso postremo Capitulo Generali ordinatum, & decretum fuerit omnino sancte, & inuolate obseruetur, nullaloci alicuius distinctione habita, neque personarum acceptione; sed Dei tantum honorem praeculis habentes fratres Capitulares, qui ferendi in Capitulo Generali suffragijs ius habent (quos vocales appellant) nihil aliud expectent nisi, vt talis eligatur persona, qua ad regimen, & guernationem ipsius ordinis adminiftrandum, ipsosque fratres in officio, & disciplina Regularis Obferuantiae continendos maxime idoneus. Talis etiam locus, qui & libertati electionis, & comoditati totius ordinis, & singularum Prouinciarum illius magis opportunus videbitur. Licet autem (vt eadem petitio subiungebat) confirmatio Generalis huiusmodi nullo modo voluntaria; sed praecisa, ac omnino a Capitularibus facienda sit, & committatur, cum ipsius tempus ad sex annos perduret, & sexto quoque tantummodo nouus eligi debeat, ac proinde dicti Capitulares nihil aliud, quam confirmare Generalem valeant. Nihilominus ad euitandas ambages, & dissensiones, seu dubitandi occasiones, fuimus humiliter requisiti, quatenus in praemissis opportune providere dignaremur. Nos igitur qui quieti, & tranquillitati singulorum, praesertim religiosarum personarum, quam maxime studemus, ac ne seditiones oriantur, ac vt scandalis obuietur, ac eiusdem S. D. N. mandata debita executioni mandentur plurimum cupimus, ac debemus Apostolica auctoritate, qua fungimur vos, seu aliquos vestrum in Capitulo intermedio Generali nullo modo de Generalis electione tractare posse; sed electionem iam factam in aliud triennium

nationem ipsius ordinis adminiftrandum, ipsosque fratres in officio, & disciplina Regularis Obferuantiae continendos maxime idoneus. Talis etiam locus, qui & libertati electionis, & comoditati totius ordinis, & singularum Prouinciarum illius magis opportunus videbitur. Licet autem (vt eadem petitio subiungebat) confirmatio Generalis huiusmodi nullo modo voluntaria; sed praecisa, ac omnino a Capitularibus facienda sit, & committatur, cum ipsius tempus ad sex annos perduret, & sexto quoque tantummodo nouus eligi debeat, ac proinde dicti Capitulares nihil aliud, quam confirmare Generalem valeant. Nihilominus ad euitandas ambages, & dissensiones, seu dubitandi occasiones, fuimus humiliter requisiti, quatenus in praemissis opportune providere dignaremur. Nos igitur qui quieti, & tranquillitati singulorum, praesertim religiosarum personarum, quam maxime studemus, ac ne seditiones oriantur, ac vt scandalis obuietur, ac eiusdem S. D. N. mandata debita executioni mandentur plurimum cupimus, ac debemus Apostolica auctoritate, qua fungimur vos, seu aliquos vestrum in Capitulo intermedio Generali nullo modo de Generalis electione tractare posse; sed electionem iam factam in aliud triennium

nium confirmare debere, tenore praesentium declaramus, praefatas, & in eis contentas, per vos executioni demandandas fore, & esse praecipimus, ac mandamus. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Datum Ma-

triti Toletanae Dioecesis, anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo octuagesimo octavo. Decimo quarto Kalendas Iulij Pontificatus praedicti S. D. N. Papae anno quarto.

SCHOLIA SERAPHINI.

SIxtus V. anno 1585. motu proprio statuit, & ordinavit, ut tertio quoque anno Capitulum Generale celebretur in quo Generalis Magister ad aliud triennium, & non ultra confirmetur. Habetur in Ordinis constit. distinct. 2. cap. 2. & in praesenti legatus de latere ex Pontificis commissione declarat, in Capitulo intermedio confirmationem Generalis esse praecipuam, non voluntariam: sed quia nonnumquam quod coniectura pro futurum credidit, experientia, quae est rerum magistra, nociuum ostendit, reuocanda sunt, quae potius obesse, quam prodesse constiterit, Auth. haec constitutio innovat in princip. Extrauag. *Quia*, Ioan. 22. de verbor. significat. constat autem, haec intermedia capitula nullum fructum afferre, plures sumptus Ordini importare, capitulariumque labores, & inutiles expensas praeserere: vnde per aliud Pauli V. reuocatum est praedictum decretum, intermediaque Capitula cesari iussa ad Procuratoris Generalis Romae petitionem, anno 1616. sexto Martij, ut constat ex Patre Fr. Bernardo de Vargas in Chronicon Ordinis. 2. tom. pag. 504.

Agit de Prioris Barcinonensis successione in Vicariatu Generali, per decessum, vel alio modo Magistratu Generali, vacatura: & quoniam haec Bulla mutilata est, verba originalis, quae habentur in nostris constitutionibus, dist. 2. capit. 2. referri opere pretium erit: sunt igitur haec. *Quod si forte intra primum, vel intra secundum triennium, per dicti Magistri Generalis decessum, vel alio modo Magistratus, seu administratio huiusmodi vacare contigerit. Si per quatuor menses ante festum Pentecostes id euenerit, Capitulum fiat dicto primo tempore dicti festi: si autem successerit mors, vel alia (ut praesertur) vacatio intra tempus quatuor mensium ante dictum festum, tunc similiter ad tempus Pentecostes non eiusdem, sed sequentis anni post vacationem differatur.* Haec constitutio, cum motus proprii clausula lata est anno 1588. Quinta Nouembris dist. 2. cap. 2.

Postea

Bullarium Ordinis

Postea vero in Capitulo Generali celebrato Toletì die Pentecostes anno millesimo sexcentesimo vigesimo septimo statuitur, propter magna inconuenientia, & damna quæ experientia docuit propter diuturnam vacationem Generali Magistro carentem, vt quocumque tempore Magistratus vacauerit, Prior Barcinonensis solum quatuor mensibus sit Vicarius Generalis, quam constitutionem de verbo ad verbum expressam confirmauit sanctissimus Vrbanus VIII. per Bullam datam Romæ tertio Idus Nouembris annò millesimo sexcentesimo vigesimo octauo, quæ constitutio, & confirmatio ex multiplici capite valida est. Vt eruditè ostendit in peculiari disputatione typis mandata in hoc anno millesimo sexcentesimo trigesimo secundo, Reuerendissimus Magister Generalis frater Ioannes Cyprianus, nunc electus à Catholica Maiestate Episcopus Albarracinenf. hodie Teruelens. in Aragonia ad maiora natus.

COLLECTOR.

PRæter concessiones præfatas alias gratias nostro Ordini concessit, videlicet, indulgentiam plenariam omnibus, & singulis vtriusque sexus personis Ecclesiam nostram Sancti Adriani in foro Boario de vrbe visitantibus in die apparitionis miraculosæ imaginis Beatæ Virginis Mariæ, scilicet, septima die Aprilis. Item Ecclesiæ Ordinis nostri ciuitatis Lucroniens. indulgentias Lateranensis Ecclesiæ concessit.

SIXTO SVCCEDIT GREGORIUS XIII.

GREGORIO SVCCEDIT INNOCENTIUS IX.

Quorum (scilicet) Sedem Apostolicam parum temporis gubernantium) nulla indulta Religioni concessa extare dignoscuntur.

INNO-

INNOCENTIO SVC-

cedit Clemens VIII.

anno 1592.

CLEMENTIS VIII.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

I Confirmat decreta, & constitutiones facta in Capitulo Generali nostri Ordinis, celebrato in ciuitate Calatayubij, ad instantiam Philippæ II. Regis Hispania, & totius ordinis: videlicet, circa electionem Generalis, ita ut altera vice sit Aragonia, altera Castellæ. Item circa locum Capituli: circa Procuratorem assistentem Romæ: circa pensionem pecuniariam, quæ datur Magistro Generali: circa exemptiones, & libertates concessas illis, qui finem imposuerunt suis officijs: circa id quod aliqua domus vniatur, seu reducantur ad Collegium Illerdensis: etiam de gradibus Magistri, & Presentati: de celebratione, & anticipatione Capitulorum Prouincialium, pro Magistro Generali: de votis in ipsis Capitulis. Quid debeat facere Generalis conuocatus in aliquam Prouinciam. Item de receptione alicuius Religiosi in nostrum Ordinem: de Vicarijs Generalibus Indiarum, quando egredi solent de Hispania: de loco celebrationis primi Capituli Generalis, & de alijs rebus, &c.

Clemens Episcopus feruus feruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ijs quæ pro felici Regularium personarum statu, & illorum salubri directione prouidè statuta comperimus, vt firmiora

subsistant, & perpetuò futuris tēporibus obseruentur, cōfirmationis Apostolicæ robur libenter adiicimus: prout ipsorum religiosorum vota exposcunt, & nos conspiciamus in Domino expedire. Sanè dilecti filij Magister Ge-

Generalis, & Definitores Ordinis fratrum Beatae Mariae de Mercede, Redemptionis Captiuorum nobis exponi fecerunt, quod nuper in Capitulo Generali dicti Ordinis, in Ecclesia Monasterij Sancti Augustini eiusdem Ordinis, in oppido de Calatayud Taragonensis Diocesis anno proximè præterito, cum assistentia venerabilis fratris nostri Illephonsi Archiepiscopi Cesaraugustani, in eodem capitulo Præsidentis, Apostolica auctoritate deputati, celebrato; ad eiusdem Ordinis, illiusque Religiosorum prosperam directionem infra scripta decreta, ac statuta facta fuerunt. Et primo, quod deinceps electio Magistri Generalis dicti Ordinis, tam quoad personam eligendam, quam quoad locum, in quo electio erit celebranda, alternatim fieret; videlicet quod vna vice persona eligenda sit ex Corona Aragoniæ, & Galliarum, alia vice sit ex Corona Castellæ, inclusis Prouincijs Andaluziæ, & Indiarum. Quo verò ad locum, quando eligenda fuerit persona ex Corona Castellæ celebrari debeat caputulum in loco Coronæ Aragoniæ; & quando, eligenda erit persona ex Corona Aragoniæ, Caputulum celebretur in loco Coronæ Castellæ. Et quod iuxta hoc decretum, siue statutum, primum Caputulum Generale celebrari debeat

in Prouincia Castellæ, & persona eligenda sit ex Corona Aragoniæ. Præterea circa difficultatem itineris Electorum ex Indijs, similiter decretum, & statutum fuit, vt semper, & quando Prouinciales, & Definitores Indiarum accedunt ad Caputulum Generale, vt electioni Magistri Generalis assistant, quiuis ipsorum admittatur, & recipiatur in Definitorio, & in electione, dummodo ostendat prius nominationem sui capituli, cuius nominationis data non excedat quatuor annorum tempus, & dummodo non constet de ipsorum reuocatione, aut noua alia nominatione facta per Caputulum Prouinciale. Decretum item fuit quod quando Magister Generalis fuerit ex Corona Castellæ, & habuerit Romæ Procuratorem, & Vicarium Generalem ex eadem Corona Aragoniæ, Prouincia possit (si voluerit) curam suorum negotiorum dare alteri Procuratori suis expensis Religiosæ suæ Prouinciæ, nominato per suum Caputulum Prouinciale, aut cum mandato procurationis Prouincialis, & Definitorum ipsius; & id ipsum facere possit Prouincia Castellæ, quando Magister Generalis fuerit ex Corona Aragoniæ, & nominauerit Romæ Procuratorem Generalem suæ Coronæ; cum hoc quod

ciæ in robur Religionis, & obedientiæ sit subditus Commendatori Monasterij Romæ ipsius Ordinis, vti Prælato Ordinario, & Procuratori, ac Vicario Generali vti talibus, obseruatis in omnibus sui Ordinis constitutionibus. Ad euitandos item sumptus superfluos, decretum pariter, ac statutum fuit, vt Prouinciæ Castellæ, Andaluziæ, & Aragoniæ non teneantur dare Magistro Generali singulis annis vltra septuaginta quinque scuta valoris decem dragmarum Castellæ; nec ipse Magister Generalis possit accipere, vel petere amplius pro ipsius victu, & vestitu, quæ scuta septuaginta quinque, vnusquisq; Prouincialis, per suam Prouinciam diuidat, habito respectu reddituum, & prouentuum quos qui libet Conuentus habet; & quod Prouinciæ Indiarum soluant vestuarium hucusque solitum, habeatque Magister Generalis redditus, proventus & emolumenta loci de Algar, quemadmodum hactenus semper habuit. Quia etiam domus dicti Ordinis sunt ita pauperes, vt extraordinaria onera suffere non possint, decretum fuit, vt Magistris Generalibus, & Prouincialibus, quâdo eorum officijs finem imposuerint nihil dari debeat. Non obstantibus decretis in alio Capitulo Generali Cesaraugustæ celebrato, factis, per quæ designati

fuerunt centum ducati singulis annis soluendi Magistro Generali, qui officio suo finem imposuisset: & sexaginta octo ducati vnicuique Prouinciali, qui similiter officium suum impleuisset. Ad dita tamen cohortatio fuit ad Commendatores, & Prælatos ordinarios domorum, in quibus habitauerint, vt ipsorum officijs peractis: ita illos tractari curent, vt ipsorum personas, & dignitates decet. Præterea, vt cessent multa inconuenientia, quæ ipsa experientia magna esse comprobauit, circa exemptiones, quas Magistri Generales pro tempore existentes concedere consueuerunt multis religiosis, tam in sedendo, quàm in non assistendo choro, nec non officijs conuentualibus; & similiter circa dispensationes super celebratione plurium missarum; quàm permittunt Ordinis constitutiones, & super vsu lini in vestibus, nec non super immunitatibus à dictis Magistris Generalibus aliquando quibusdam concedi solitis, illos sibi, ac præfato Generali, pro tempore esistenti immediatè subijciendo (reuocando in primis dictas exemptiones) decretum, & statutum fuit, vt nullus Religiosus possit talibus exemptionibus, dispensationibus, immunitatibus, & subiectionibus vti, nec Prælati vltèrius illis assentiri sub pœna priuationis

Bullarium Ordinis.

nis officij, quo ad Prælatum ad annum, quo ad reliquos vero illis vtentes sub pœna carceris, in quo detineri debeant, per sex menses.

Et insuper fuit addita cohortatio ad Magistrum Generalem, quod in concessione huiusmodi exemptionum parcè admodum, & consideratè procedat, nec illas concedat passim, sed rarò & ex iustissimis causis, & cum debitis limitationibus. Item cum visum fuerit, grauata fuisse capitula Prouinciæ Castellæ, & Andaluziæ, in Redemptione Captiuorum aliarum Prouinciarum, mediâibus pecunijs earumdem Prouinciarum Castellæ, & Andaluziæ, decretum fuit, quod pecuniæ, quæ venerint ex Indijs ad Redimendum Captiuos, vna cum reliquis, quæ aggregabuntur in Prouincijs Castellæ, & Andaluziæ deseruiant tantummodo, & applicentur Redemptioni Captiuorum dictarum Prouinciarum; absque eo quod Magister Generalis illas extrahere, aut in Redemptionem Captiuorum aliarum Prouinciarum, vel in alios vsus conuertere, seu aliter applicare valeat, sub pœna priuationis officij. Propterea cum consideratum fuerit, quod domus Bergæ, Tarragæ, Pradas, & Montblanc in Principatu Cathalonie, & domus Sarrionis, & cuiusdam loci nuncupati Vncastillo Reg-

ni Aragoniæ sint ferè inutiles Ordini, & Religioni: nam paucos in se continent fratres, & nō potest in ipsis seruari regularis Obseruâtia, decretum fuit, quod dictæ domus Cathalonie vniantur, seu incorporentur, & reducantur ad Collegium quod Ordo, ac Religio habet in ciuitate Illerdeni, & hoc eo consilio, vt ex redditibus dictarum domorum coniunctis, cum redditibus dicti Collegij possit maior numerus scholasticorum, & personarum, qui in litteris exerceantur, in dicto Collegio manuteneri. Et similiter quod domus Regni Aragoniæ vniantur, & incorporentur Collegio, quod ordo habet in ciuitate Oscensi ad eundem finem, & effectum. Et quod executio vnionis, seu in corporationis domorum Cathalonie committatur Priori Barcinonensi; domorum vero Aragoniæ Prouinciali, seu eius Vicario dictæ Prouinciæ. Præterea vt dictus gradus Præsentatorum, & Magistrorum detur personis dignis, quæ in sacris litteris, ac scientijs diu operam præstiterint, & in illis profecerint, decretum, & statutum fuit, vt nulli Religioso dicti Ordinis detur gradus præsentati, nisi ad illum a suo Capitulo Prouinciali prius propositus, siue nominatus fuerit; & nisi saltim spacio trium annorum Logicam docuerit, siue

siue legerit; & postquam fuerit expositus, & confirmatus in Capitulo Generali, non possit ad Magisterij munus, & gradum similiter proponi, aut nominari, nisi Theologiam Scholasticam, aut positiuam spatio quatuor annorum similiter docuerit, siue legerit, non comprehenso (inter illos) tempore, quo legerit casus conscientiae, & obseruata reliquis omnibus forma constitutionis in dist. 2. c. 25. & qui aliter fuerint graduati non habeantur, nec reputentur uti tales, nec habeant nomē, nec votum, nec aliud priuilegiū: super quo per Magistrum Generalem non possit dispensari aliqua de causa, occasione, vel pretextu. Et nullus expositus fruatur, voce, loco, nec aliquo priuilegio presentati, nec Magistri quousque admittatur in Capitulo Generali. Similiter ut Magister Generalis adesse possit Capitulis Prouincialibus, quando opus esse uiderit, decretum pariter, & statutum fuit, quod generali liceat differre, aut anticipare Capitula Prouincialia celebranda ante Capitulum intermedium, quod sequitur; ea tamen lege, ut anticipatio, aut dilatio unius Capituli Prouincialis ad aliud non excedat tempus quadraginta dierum, cum sit tempus competens ad hoc, ut possit uni interesse, & ad aliud accedere. Nec non ut in electionibus, tam Magistri Gene-

ralis, quam aliorum Prouincialium vota libera sint. Decretum, & statutum fuit, quod hi qui praestituri, sunt votum, non teneantur petere schedulas (ad effectum votum dandi) à Secretario Capituli, sed possint ipsi facere schedulas arbitrio suo postquam congregati fuerint in Capitulo ad eligendum, aut illas ex suis cubiculis factas afferre, vel ut ipsi uoluerint, afferendo tantummodo schedulam eius personae, in cuius fauorem uotum dederint. Et ubi hoc pacto uota praestita fuerint, electus debeat habere supra medietatem uotorum alia duo uota si electus est capitularis.

Similiter decretum, & statutum fuit, quod Magister Generalis, si comorabitur in Hispania, non possit nominare Vicarium Generalem in aliqua Prouincia. At uero mortuo Prouinciali alicuius Prouinciae, licet dictus Prouincialis substituerit alium Vicarium Prouinciale, possit tamen Magister Generalis nominare pro illa Prouincia alium Vicarium Generalem, qui in ea exerceat iurisdictionem, quam exerceret ipse Magister Generalis, si in ea existeret. Ulterius decretum, & statutum fuit, ut nullus Religiosus alterius Ordinis in ipsum Ordinem absque expressa licentia Magistri Generalis recipi possit. Et quod nullus Vicarius Generalis Indiarum possit ex Indijs in Hispaniam reuersurus egredi quousque alius in eius locum deputatus

Bullarium Ordinis

tus accesserit, aut Magister Generalis per suas litteras permittat, vt recedere valeat; antequam successor illuc perueniat, prouiderit, sub pœna priuationis officij, & vocis actiuae, & passivae in perpetuum.

Et sub eadē pœna successor, qui illuc accedit, remittere teneatur visitationē, seu (quam dicunt) residētiam sui antecessoris, cū eiusdē antecessoris culpis, & iustificationibus, clausoq; processu illū remittat in Hispaniā, vt Magister Generalis super eo, videlicet sententiā ferat, mādando suopradicto Vicario Generali, qui ex Indijs fuerit reuersurus, vt se presentet corā ipso Magistro Generali. Ita tamē vt si ex processu probata extiterint culpæ, & delicta, propter quæ idē antecessor videatur carcerandus, possit illū carceri mancipare. Postremo habito tractatu de loco celebrationis Capituli Generalis intermedij, resolutum fuit, quod dictum Capitulū celebretur in Monasterio eiusdem Ordinis oppidi Vallisoleti Palentinæ diocesis; ac alia prout in statutis, & ordinationibus desuper (vt præfertur) factis, plenius contineri dicitur.

Cūque Magister Generalis, & Definitores præfati cupiant præmissa omnia Apostolico munimine roborari, nobis humiliter supplicari fecerūt, quatenus eorum desiderio huiusmodi annuere, &

alias in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos habita super præmissis, cū venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super consultationibus Episcoporum, & Regularium deputatis, quibus præinserta statuta examinanda demandauimus, matura consultatione, huiusmodi supplicationibus inclinati omnia, & singula præinserta statuta Apostolica auctoritate tenere presentium ex certa nostra scientia perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus; ac omnes & singulos iuris & facti, ac solemnitatū quarumcumque quomodolibet omissarum, & alios quoscumque defectus (si qui interuenerunt in eisdem) supplemus; eaque omnia, & singula perpetuo valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac à modernis, & pro tempore existentibus dicti Ordinis Magistro Generali, alijsque Superioribus fratribus, & personis quibuscumque inuiolabiliter perpetuo obseruari, eosque omnes & singulos ad illorū omnium obseruationē cogi, & cōpelli posse.

Sicque & non aliter, per ipsius Ordinis Magistrum Generalem, & Superiores, ac quoscumque iudices quauis auctoritate fungentes, & S. R. E. Cardinales, ac

etiam

etiã de latere legatos, & causarũ Palatii Apostolici Auditores (sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) vbique iudicari, & definiti debere. Irritum quoque, & inane quicquid secus super ijs à quocũquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus venerabilibus fratribus Toletano, & Cesaraugustano Archiepiscopis, & dilecto filio causarum Curia Camera Apostolicę Auditori Generali per presentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios vbi, & quando opus fuerit presentes litteras, & in eis contenta quaecumque solemniter publicantes, faciant statuta præfata à Magistro Generali, & fratribus dicti Ordinis nunc, & pro tempore existentibus perpetuo obseruari, ac eos, quos illa concernunt, & concernere poterunt quomodolibet in futurum ad illorum omnium obseruationem, omnibus iuris & facti remedijs cogant, & compellant. Non permittentes aliquod contra illorum statutorum continentiam, & tenorem per quoscumque quo vis prætextu, vel colore, aut aliàs quomodolibet attentari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per senten-

tias, & censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarum pœnas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habēdis, seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas præfatas aggrauando; inuocato etiã ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, illiusque Monasteriorum, domorum, Prouinciarum, & locorum quorumcumque etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, contra præmissa, aut aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, & inuocatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, & indiuidua (non autem per clausulas generales idem importantes . . .) seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret; illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur presentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes

Bullarium Ordinis

(illis alijs in suo robore perman-
furis) hac vice dumtaxat harum
ferie specialiter, & expresse de-
rogamus, & ad plenum derogatum
esse volumus, cæterisque
contrarijs quibuscumque. Volu-
mus autem, vt earundem præ-
sentium transumptis, etiam im-
pressis manu Notarij publici sub-
scriptis, & sigillo ipsius Ordinis,
vel personæ in dignitate Eccle-

siastica constitutæ obsignatis, ea-
dem prorsus fides in iudicio, &
extra illud adhibeatur, quæ eis-
dem præsentibus adhiberetur, si
forent exhibitæ, vel ostensa. Da-
tum Romæ apud Sanctum Petrũ
sub annullo Piscatoris die octa-
ua Nouembris millesimo quin-
gentesimo nonagesimo quarto.
Pontificatus nostri anno tertio.

Marcellus Vestrus Barbianus.

CLEMENTIS VIII.

BVLLA SECVNDÆ.

SVMMARIVM BVLLÆ.

*Decernit esse consonam menti, & intentioni Sixti prædecessoris sui
declarationem Petri Mullini Nuncij, qui declarauit, nullam alter-
natiuè Prouinciarum rationem esse habendam ad celebrandum Ca-
pitulum Generale.*

AD futuram rei memo-
riam Regularium perso-
narum quieti consulere
cupientes ad ea remouenda, quæ
Religiosum earum propositum
impedire possunt, curam nos-
tram libenter intendimus. Du-
dum liquidem, cum de eligendo
loco ad celebrandum Capitu-
lum Generale Ordinis Beatæ
Mariæ de Mercede Redemptio-
nis Captiuorum aliquæ inter
fratres dicti Ordinis exhortæ es-
sent controuersia, foelicis recor-

dationis Sixtus Papa V. præde-
cessor noster, per suam consti-
tutionem decreuit, quod in di-
cto Capitulo Generali primo de
Magistri Generalis dicti Ordinis
electione, vel confirmatione
agerent, deinde vero electione,
seu confirmatione Magistri
Generalis huiusmodi expedita,
de loco futuri Capituli huius-
modi à Generali, & Definitori-
bus, ac alijs vocalibus ad quos
spectaret deliberaretur, nulla
loci alicuius distinctione; sed
Dei

Dei tantum honore præ oculis habito. Postea cum (sicut nobis exponi fecerunt) dilecti filij Magister Generalis, & Procurator totius Ordinis præfati, dubitatum fuisset in partibus Hispaniarum, vtrum per dictam constitutionem ipsius Sixti prædecessoris, alternatiuè Prouinciarum, quo ex statutis dicti Ordinis antea seruabatur, derogatum esset dilectus filius Petrus Millinus, Sedis Apostolicæ in illis partibus, tunc existens Nuntius nullam alternatiuè Prouinciarum rationem esse habendam in præfata constitutione de cerni declarauit, prout Sixti prædecessoris, ac Petri desuper confectis litteris plenius continetur. Quare pro parte Generalis, & Procuratoris præfatorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus nostram in præmissis auctoritatem interponere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos dictarum litterarum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati de consilio venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super

statu Regularium deputatorum harum serie decernimus declarationem dicti Petri Nuncij meti, & intentioni ipsius Sixti prædecessoris esse consonam, sicque per quoscumque iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam dictæ Sedis in illis partibus Nuntios subblata eis, & eorum cuilibet qualibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & definiendi debere; necnon irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, quæ dictus Sixtus suis præscriptis voluit non obstare, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem præsentium trasumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die vigesimo Aprilis millesimo quingentesimo nonagesimo secundo. Pontificatus nostri anno 1.

CLEMENTIS VIII.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Confirmat facultatem nostri Ordinis, videlicet, quod in diebus Sanctæ Catharinæ martiris, ac Cinerum, & Cæna Domini possit absolueri, & benedicere omnes, tam Religiosos, quàm seculares, in Ecclesia præsentem, & genuflexos, post confessionem.

Clemens Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriã. Infirma aui conditio sæpè efficit, vt res, vel maximè nobiles ex hominũ memoria sensim excidant. Quo genere incommodi, ordo Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum affectus esse dicitur in hoc more antiquissimo ab immemorabili tempore obseruato, videlicet, quod ipsa Religio potest in diebus Sanctæ Catherinæ virginis, & martiris, ac cinerum, & Cæna Domini, omnes tam Religiosos, quàm seculares, nimirum in Ecclesia præsentem, & genuflexos post confessionem à Sacerdote coram omnibus recitatam, de more absoluere, & benedicere (vt etiam aliæ Religiones facere consueuerunt) sed quia hoc solum ex traditione obseruatur, & nescitur à quo Romano Pontifice sit huiusmodi facultas absoluendi dictæ Religioni concessa, eo quod tractu temporis, & litteræ Apostolicæ, & alia Chirographa dictæ Religions fuerunt deperdita, nos de consilio venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium superstatu Regularium, Deputatorum, ac supplicationibus dilecti filij Magistri Petri Machado Prouincialis Prouinciæ Castellæ dicti Ordinis, hac in parte inclinatis, hanc facultatem præuia dicta confessione (vt præfertur) de more à Sacerdote coram omnibus recitata, absoluendi, & benedicendi omnes præsentem, & Religiosos, quàm seculares dictis diebus generalem, & inueteratam Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus; & eidem Religioni (quatenus opus sit) de nouo concedimus. Non obstantibus quibuscumque constitutioni-

ni-

nibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod praesentium transumptis manu alicuius Notarij Publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae, munitis, eadem

prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die vigesimo Aprilis millesimo quingentesimo nonagesimo secundo. Pontificatus nostri anno 1.

SCHOLIA SERAPHINI.

CONFIRMAT facultatem nostro Ordini, quod in diebus Sanctae Catharinae, Cinerum, & Coenae Domini possint monachi absolutionem concedere, omnibus fidelibus, praesentibus, & genuflexis praemissa confessione generali, prout ex usu immemoriali fieri consuevit. Et idem Pontifex in sequenti Bulla confirmat Capitulum Generale celebratum in ciuitate Vallisoletana, ubi approbat inter alia festa Sancti Laurentij, & Sancti Antonij Abbatis. Ibi videbis, circa festorum Religionis celebrationem tempore interdicti.

Circa datam notabis, quod praepositur annus Christi, & postea indictio. Alias erit nullum instrumentum attento iure, auth. vt proponatur nomen in princip. & versic. Nos, ita vt alias instrumentum sit nullum, nisi contrarium consuetudine receptum sit Couarru. 1. 2. variar. cap. 12. in fine, Mascard. de probat. quaest. 6. n. 86.

Notabis etiam, quod ubi in Bulla, vel instrumento numerus annorum Domini, non congruit cum numero Indictionis debet attendi, & praeualet annus Natiuitatis Domini, in quo cum facilius sit, & omnibus innotescat numerus, & computatio, non praesumitur error, qui per contrarium, circa Indictionem praesumitur, eo magis, quo Indictionis computatio minus innotescit, & difficilius est. Ac subinde error in ea ex numero annorum Domini potest, & debet emmendari; nec vitiat instrumentum. Post Bart. & alios, Couarrubias dicto capit. 12. ad finem, Mascard. conclus. 740. numero 24. Aymon de antiquitate 1. parte capit. vlt. num. 4. cetera vide in Bulla Pij V.

Bullarium Ordinis

CLEMENTIS VIII.

BVLLA QVARTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1. *Confirmat statuta, & constitutiones ordinata in Capitulo Generali, celebrato in civitate Vallisoletana. Quæ omnes in hac Bulla sunt expressæ.*
2. *Ordinat, quod celebrentur in nostra Religione, dies S. Laurentij, & S. Antony Abbatis.*
3. *Etiã quod in qualibet Hebdomada fiat Anniversarium pro animabus Captiuorum, qui in in fidelium potestate Catholicã Fidem retinentes, mortui sunt.*
4. *Instituit etiã, quod Magister Generalis nullo modo Commissarium Generalem Indiarum, nisi de Sedis Apostolicæ licentiã eligere, & creare valeant. Et ipsa electio sit nulla, ipseque Magister Generalis suspensus, & subacti, officium huiusmodi procurantes sint puniendi.*
5. *Quod nullus Generalis, vel Prouincialis possit mittere ad visitandas aliquas domos eiusdem Ordinis, nisi religiosi, & experientioribus eiusdem Ordinis, & doctum, &c.*
6. *Quod libri Religiosi decedentis, extrahi non possint ex domo in qua decesserit, si obiret, & decederet in aliquo Conuentu Magno.*

Clementis Papa VIII ad perpetuam rei memoriã. Ex Pastoralis nostri muneris debito cunctorum Religiosorum statui prospere dirigendo salubriter intendentes, ea nostræ confirmationis robore libenter communimus, quæ pro eorumdem Religiosorum recto gubernio, & foelici directione prouide sunt ordinata, prout in Do-

mino salubriter conspiciamus expedire. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Magistri Generalis, & fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, per dilectum filium Bernardum de Vargas Vicarium, & Procuratorem Generalem eiusdem Ordinis, nobis expositum fuit, quod in Capitulo Generali ipsius Ordinis

dinis mense Maio anni proxime
 praeteriti, in ciuitate Vallisoleti
 celebrato, Definitores, Praesiden-
 tes, & alij patres ibidem inter-
 uenientes pro bono eiusdem Or-
 dinis, eiusque Monasteriorum,
 & locorum ac personarum regi-
 mine inter alia infra scripta statu-
 ta, ordinationes, & capitula con-
 diderunt. Quod nimirum singu-
 lis annis die festo natiuitatis Bea-
 tae Mariae Virginis octaua Sep-
 tembris vniuersaliter in tota di-
 cta Religione festiuitas Beatae
 Mariae de Mercede instituere-
 tur, & maxima solemnitate cum
 missa, processione, & concione
 celebraretur. Quod sub formali
 praeepto nullus deinceps Prouin-
 cialis, Visitator, aut Vicarius
 Generalis possit distribuere per
 Prouincias impositiones, & ta-
 xationes, nisi prius consuleret
 duos Definitores, & Prouincia-
 lem illius Prouinciae, etsi aliter
 fieret dicta distributio non sol-
 ueretur per domos. Quod nul-
 lus Prouincialis, nec Visitator
 sub poena suspensionis officij pos-
 sit accipere pro sua visitatione,
 & viatico, nisi necessarium pro
 sumptibus, & expensis de vno
 Conuentu ad alium. Quod nul-
 lus Prouincialis, aut Visitator
 possit causas, iam decidas praete-
 ritorum Praelatorum, qui do-
 mos gubernarunt sub alio Prouin-
 ciali cognoscere, si Praelatis,
 & Commendatoribus gubernan-
 tibus fuit facta visitatio, & Capitu-
 lum Prouinciale. Fuerunt ab-
 rogatae omnes exemptiones, &
 dispensationes super celebratio-
 ne plurium missarum, ad inten-
 tionem celebrantium, quam per-
 mittunt ordinis constitutiones.
 Quod omnibus priuilegijs, &
 exemptionibus, quae hactenus
 habuerunt Magistri, & Praesen-
 tati, in quantum Magistri, & Prae-
 sentati illis frui, & potiri, iuxta-
 que tenorem litterarum a nobis
 in forma breuis concessarum di-
 cto ordini, circa ipsos Magis-
 tros, & Praesentatos, sub datam
 Romae apud Sanctum Petrum,
 sub annulo Piscatoris, die 8. No-
 uembris 1594. deberent obser-
 uari. Quod sub formali praeepto
 obedientiae, & poenis ad arbi-
 trium Magistri Generalis deinceps
 nullus Prouincialis quam-
 uis esset magister, possit subscri-
 bi, Magister Prouincialis, nec
 vteretur hoc titulo in subscrip-
 tionibus litterarum, & alijs pro-
 uisionibus, & patentibus, sed so-
 lum hoc posset facere Magister
 Generalis. Quod deinceps Prior
 domus Barcinonae, quae est pri-
 ma Ordinis, & Religionis caput,
 non solum haberet vocem in ele-
 ctione Magistri Generalis, sed
 etiam illam haberet in omnibus
 actis, & Congregationibus Ca-
 pituli Generalis, & in dicto ca-
 pitulo haberet Sedem post om-
 nes Prouinciales, & Vicarios

Prouinciales, & ante Definitores. Quod in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub pœna suspensionis officiorum Commendator, quando daret suis subditis Vestimenta, Tunicæ (quas Hispani vocant Sayas) essent ex panno, non autem de Stamenæa. Quod Commendatores sub pœna priuationis officiorum non possent nominare Depositarios; sed nominarentur per vota libera ipsius Conuentus. Quod nullus Definitor Capituli Prouincialis sub pœna priuationis officiorum durante suo officio, posset esse Commendator. Quod Commendator alicuius domus si per triennium foret Prælatus, non posset in futuro triennio in eadem domo reeliggi, bene tamen in alia, si reperiatur idoneus. Quod Magister Generalis, Prouincialis, & Visitator, sub pœna suspensionis officij, quando visitauerit domos Ordinis non confirmarent præcepta, ordinationes, & mandata præteritarum visitationum per suos prædecessores factarum, nisi eis visis. Quod deinceps sub formali præcepto ad præsentaturam, vt aliquis veniret præsentandus, non admitterentur cursus, quos non legisset in domo studiorum Ordinis, in Collegio, vel in Vniuersitate, ex approbatis. Quod in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis maioris latæ senten-

tia Bibliothecæ, & libri Religiosorum, qui ex hac vita discederent, nullo modo venderentur; sed applicarentur domui Religionis, in qua tales Religiosi discederent, & reponerentur in Bibliotheca communi, & ex illo loco nullus liber sub eisdem pœnis extrahi posset, sub pœna priuationis officij Prælato extrahenti, inferiori verò extrahenti sub pœna grauis culpæ per sex menses. Quod in nulla re haberent vocem fratres Sacro Ordine non insigniti. Quod Religiosi de foris venientes se coram suo Prælato præsentare deberent, vt Prælatus sciret, qua reuertebantur hora. Cum autem sicut eadem exposito subiungebat, dicti Magister Generalis, & fratres cupiant statuta, & ordinationes huiusmodi pro illorum firmitate, confirmationis Apostolicæ robore communiri, ac alia etiam infra scripta in ipso Ordine obseruanda, Apostolica auctoritate statui, & ordinari; propterea dictus Bernardus Vicarius, & Procurator Generalis nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur eorundem Magistri Generalis, & fratrum votis, præsertim eorum Ordinis prosperam directionem concernentibus, quantum cum Domino possu-

possumus benignè annuere volentes; atque eisdem Magistrum, necnon Vicarium, & Procuratorem Generales, & singulares ipsius Ordinis fratres, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum ferie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati; ex voto venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium Deputatorum, supra dicta statuta, ordinationes, & capitula, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus; ac omnes, & singulos, tã iuris, quàm facti defectus (si qui in eiusdem interuenerint) supplemus. Præterea statuimus, & ordinamus, vt diebus festiuitatum Sancti Laurentij, quo die fundatus, & Sancti Antonij Abbatis, quo die per felic. recordat. Gregorium Papam IX. prædecessorem nostrum confirmatus fuit ordo prædictus, in foundationis, & confirmationis huiusmodi me-

ONDE

moriã festiuitates huiusmodi in toto Ordine solemniter celebrentur. Quodque singulis annis infra hebdomadam mortuorum in toto Ordine Anniuersarium pro animabus Captiuorum, qui in infidelium potestate Catholicam Fidem retinentes mortui sunt, fiat. Quodque Magister Generalis eiusdem Ordinis, pro tempore existens nullo modo Commissarium Generalem Indiãrum, nisi de Sedis Apostolicæ licentia eligere, & creare valeat; etsi ab eo huiusmodi electio fiat; electio ipsa nulla, & irrita sit, ipseque Magister Generalis ab officio sui Generalatus suspensus existat eo ipso, & subditi officium huiusmodi procurantes pœna grauioris culpæ, per sex menses minimè relaxandæ puniantur. Quodque nullus Generalis, vel Prouincialis sub pœna suspensionis ab eorum officijs, possit mittere ad visitandas aliquas domos, vel domum, seu Conuentum eiusdem Ordinis, nisi Religiosum ex peritioribus ipsius Ordinis expertum, & doctum præsertim casuum conscientia, & sacrarum litterarum præstantem. Declaramus autem quo ad Ordinationem disponentem libros religiosi decedentis extrahi, non posse ex domo, in qua decellerit, intelligi debere, si obiret, & decederet in aliquo Conuentu magno, & principali, vbi

Bullarium Ordinis

vbi Religiosi conuentuales com-
morari possunt, non autem si in
aliquo canobio, & domo exi-
gua, vbi libri remanentes dili-
genter custodiri non possent. Et
in huiusmodi euentu solum Ma-
gistrum Generalem, cum Prouin-
ciali illius Prouinciæ, vbi sunt
libri posse illos transferre, &
applicare alicui Collegio illius
Prouinciæ, aut Conuentui, in
quo Religiosus defunctus pro-
fessionem solemnem emisserit,
si ipse Conuentus fuerit princi-
palis. Quo circa eisdem Magis-
tro, & Vicario Generalibus,
alijsque dicti Ordinis Religiosis
nunc, & pro tempore existentibus
in virtute Sanctæ obedi-
entiæ, & sub pœnis in supradic-
tis statutis, & ordinationibus,
contentis, per præsentis
mandamus, vt omnia, & singula
supradicta statuta respectiue,
perpetuò obseruent, & obser-
uari curent, & faciant. Quo cir-
ca venerabilibus fratribus Tole-
tan. Hispalen. & Cesaraugustan.
Archiepiscopis, per præsentis
committimus, & mandamus
quatenus ipsi, vel duo, aut vnus
eorum per se, vel alium, seu
alios, præsentis litteras, & in eis
contenta quæcumque, vbi &
quando opus fuerit; & quoties
pro parte dictorum Magistri, &
Vicarij Generalis, & aliorum Re-
ligiosorum prædictorum, aut ali-

cuius eorum fuerint requisiti,
solemniter publicantes, eisque
in præmissis efficacis defensionis
præsidio assistentes faciant
auctoritate nostra statuta, & or-
dinationes prædictas ab omni-
bus, ad quos spectat, & in futu-
rum spectabit, perpetuò inuio-
labiliter obseruari; contradicto-
res quoscumque per censuras, &
pœnas Ecclesiasticas, aliaque
opportuna iuris, & facti reme-
dia, appellatione postposita
compescendo, inuocato etiam
ad hoc (si opus fuerit) auxilio bra-
chij secularis.

Non obstantibus constitutio-
nibus Apostolicis, vel quauis fir-
mitate alia roboratis, statutis, &
consuetudinibus, priuilegijs quo-
que indultis, & litteris Aposto-
licis eidem ordini, illiusque Ma-
gistro, Vicario, & fratribus præ-
dictis in contrarium præmissorum
quomodolibet concessis cõ-
firmatis, & approbatis. Quibus
omnibus, & singulis eorum te-
nores præsentibus pro expressis
habentes, hac vice dumtaxat spe-
cialiter, & expressè derogamus,
cæterisque contrarijs quibuscun-
que. Datum Romæ apud Sanctum
Petrum sub annulo Piscatoris die
decimo Martij millesimo sexcentesimo
Pontificatus nostri anno nono.

Marcellus Vestrius Barbianns.

SCHOLIA SERAPHINI.

Prohibet ne Prouincialis, vel Visitator possit causas, iam decisas præteritorum Prælatorum, qui domos gubernarunt, sub alio Prouinciali cognoscere, si Prælati, & Commendatoribus gubernantibus facta fuit visitatio. Ratio est: quia rationes reddere iterum non tenetur, qui eam semel reddidit, l. semel, capit. de Apochis publicis, lib. 10. vbi Bart. l. Sim. tit. 5. lib. 2. Recopilat. decis. Genuens. 24. numero 1, Paris. consil. 89. num. 1. volum. 1. Auenda, de exequend. 1. part. cap. 9. num. 2. Nata, consil. 40. num. 1. & 3. volum. 1. Prosequitur Muñoz de Ratiocinijs, cap. 41. à princip. Quæ ratio secundum eosdem militat in omnibus, qui sui muneris rationem reddere tenentur. Et à fortiori habet locum in causis, iam iudicatis, cap. de his 6. de accusat. l. si cui. 7. §. 1. Vbi Bart. & communis, ff. eadem, l. licet. 6. ad finem, ff. Nautæ Caupones. Post alios Gregor. Per. text. ibi in lege. 12. tit. 1. part. 7. Bernal. & addit reg. 6. Couarru. 2. variat. capit. 10. à princip. Relati plures per Cenedo, part. 2. Collect. 113. num. 1. Decianus Tract. Crimen. lib. 3. capit. 30. à princip. Nec semel Syndicatus potest iterum Syndicari. Emman. 2. tom. quaest. 42. artic. 4.

CLEMENTIS VIII.

BVLLA QVINTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- 1 *Ordinat quod bona cuiuslibet Religiosi, non possint transferri de vna Prouincia ad aliam, nec de vno Conuentu ad alium.*
- 2 *Quod si transferantur sit maxima necessitate, & adhibito maturo consilio.*

Clemens Papæ VIII. ad perpetuam rei memoriã. Decet Romanum Pontificem ea, quæ ad Religionum, & Religiosorum prosperum statũ

pertinent, libenter concedere, prout in Domino salubriter cõspicitur expedire. Sanè pro parte Dilecti Filij Bernardi de Vargas Vicarij, & Procuratoris Genera-

neralis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum nobis nuper expositum fuit, quòd licet de iure bona, quæ aliquis Religiosus acq̄uerit, ad Couentum, in quo ille professionem emisit, pertinere debeant; nihilominus quia in ipso Ordine de Mercede quandoque secus fieri contigit, ipse Bernardus pro sui Ordinis prospero statu cuperet super hoc nostram auctoritatem interponi, ac propterea illius nomine fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui iusta petentium votis libenter annuimus, eundem Bernardum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum; harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regulariũ præpositorum, quibus hoc negotium examinandum commissimus, harum serie perpetuò statuimus, & ordinamus, quòd eius

dem Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, quacumque præditi sint auctoritate, & facultate, Superiores, ipsius ordinis bona quacumque ex vna Prouincia extrahere, aut extrahi facere, ac ad aliam Prouinciam eiusdem Ordinis transferre, seu transferri facere, quauis de causa, vel prætextu nullo modo possint. Quod que subditi, & Religiosi quicumque eiusdem Ordinis bona quælibet, per eos quomodocumque acq̄uista alteri Couentui, quam illi, in quo solemnem professionem emisserint, relinquere, vel donare nullatenus valeant. Et qui secus facere quomodolibet ausi fuerint, priuationis dignitatum, & officiorum, quæ obtinēt, ac vocis actiua, & passiva, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum consequenda, pœnam incurrant eo ipso. Et nihilominus irritum, & inanè decernimus quicquid secus super his à quacumque quauis auctoritate contigerit attentari. Verùm si aliquando aliquam bonorum extractionem, pro alicuius Couentus necessitate fieri conueniat, eam per Magistrum Generalem Ordinis, ac Prouincialem eius Prouinciæ, in qua facienda erit, & intra ipsam tantummodo Prouinciam maturo adhibito consilio fieri posse volumus, & permittimus. Quo circa venerabili-

libus

libus fratribus Toletan. Hispani-
lenf. & Cefaraugufan. Archie-
pifcopis, per præfentes commit-
timus, & mandamus, quatenus
ipfi, vel duo, aut vnus eorum præ-
fentes litteras, & in eis contenta
quæcumque per fe, vel alios vbi,
& quando, & quoties opus fue-
rit, folemniter publicantes, faci-
ant, auctoritate noftra illas ab
omnibus, ad quos fpectat, inuio-
late obferuari, contradictores
quofcumque per cefuras, & pœ-
nas Ecclefiafticas, aliaque op-
portuna iuris, & facti remedia
appellatione poft pofta compel-
cent, inuocato etiam ad hoc fi
opus fuerit auxilio brachij fæcu-
laris. Non obftantibus foelic. re-
cordat. Bonifac. Papæ VIII. præ-
decefforis noftri de vna, & in
Concilio Generali edita de dua-

bus dietis, alijsque conftitutio-
nibus Apoftolicis, ac eiuſdem
Ordinis eſſetiuramento, confir-
matione Apoftolica, vel quauis
firmitate, alia roboratis, ftatutis,
& conſuetudinibus, priuilegijs
quoque indultis, & litteris Apo-
ftolicis ipſis Superioribus, & fra-
tribus ſub quibuſcumque tene-
ribus, & formis in contrarium
præmiſſorum quomodolibet cõ-
ceſſis, confirmatis, & approba-
tis. Quibus omnibus, & ſingulis
eorum tenores præſentibus pro
exprefſis habetes, hæc vice dum-
taxat ſpecialiter, & exprefſe de-
rogamus, cæterifque contrarijs
quibuſcumque. Datum Romæ
apud Sanctum Petrum ſub an-
nullo Piſcatoris die 19. Ianuarij
1601. Põtificatus noſtri anno 9.

Marcellus Veſtrius Barbiarius.

SCHOLIA SERAPHINI.

DE clauſula *Teque abſoluentes*, de qua hic, vltra ſupra in alijs Bullis
reſoluta, aduertè. Quod hæc clauſula cum ex ſtylo Curie appo-
ni fit ſolita, ſi omittatur, appoſita cenſetur. Rebuffus in praxi, tit.
In forma noua prouifionis, §. *Teque abſoluentes*, Nanarr. conſil. 28. ſub
num. 5. de ſententia excommunicat. Boer. decif. 209. num. 3. Ro-
land. conſil. 46. num. 37. volum. 1. Antonius Ricciulus videndus in
tractat. de iure perſonarum extra Eccleſiam exiſtentium, lib. 9. cap.
9. num. 2.

Notabis ruruſus, quod per prædictam clauſulam abſolutio in alijs
excommunicato non prodeſt. Vnde nec celebrare, nec diuinis in-
tereſſe, nec beneficium conſequi, nec aliud facere excommunicatis
prohibitum poteſt, Rebuff. de forma nouæ prouifionis, verbo, *Teque
abſoluentes*, num. 15. & 19. Ricciulus, dict. cap. 9. an. 5.

CLEMENTIS VIII.

BULLA SEXTA.

SUMMARIUM BULLÆ.

Confirmat absolutionem, & benedictionem generalem, quæ ab Ordo noster facere solet, in diebus Sanctæ Catharinæ martiris, feria quartæ cinerum, & feria quintæ in Cœna Domini.

Instituit, ut dicta absolutio, & benedictio fiat etiam in diebus S. Laurentij, & S. Antonij Abbatis perpetuo.

Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriã. Cum nos aliàs, vt in vniuerso Ordine Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum dies festus S. Laurentij martiris, quo die Ordo prædictus fundatus fuit, ac S. Antonij Abbatis, quo die ipse Ordo à fœlic. record. Gregorio Papa IX. prædecessore nostro confirmatus fuit, in fundationis, & confirmationis huiusmodi memoriam singulis annis solemniter, prout in nostris. Sub dat. die 10. Martij 1600. expeditis litteris plenius continetur, cumque ex antiquo eiusdem Ordinis instituto diebus Sanctæ Catharinæ virginis, & martiris, feriæ quartæ cinerum, & feriæ quintæ in Cœna Domini, in ipso Ordine absolutio, & benedictio generalis fieri soleant, quæ etiam per nos pridem confirmata fuit, prout in

alijs nostris. Sub datum die 20. Aprilis 1592. Pontificatus nostri anno primo expeditis in forma breuis litteris, plenius etiam continetur. Nos volentes ordinem prædictum, eiusque Religiosos amplioribus fauoribus, & gratijs prosequi; supplicationibus dilecti filij Bernardi de Vargas eiusdem Ordinis Procuratoris Generalis, super hoc nobis humiliter porrectis inclinati, vt similis absolutio, & benedictio Generalis, etiam supradictis duobus diebus festis S. Laurentij, & S. Antonij in prædicto Ordine, eiusque Monasterijs, & Conuentibus fieri possit, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, vt præsentium trãsumptis, etiam

etiã impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ mutis, eadem quæ presentibus, ipsis fides habeatur. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 24. Iulij 1601. Pontificatus nostri anno decimo.

Marcellus Vestrius Barbianus.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Pontifex, quod in diebus Sanctæ Catharinæ cinerum, Cœnæ Domini, diui Laurentij, sancti Antonij Abbatis benedictio, & absolutio in nostro ordine fidelibus impartiat. Circa quam absolutionem festorumque nostrorum celebrationem quæri potest. Vtrum dari, & celebrari possit solemniter, etiam tempore interdicti generalis, prout per priuilegia nostra, & aliorum ordinum concessum est, idque post Tridentin. sessio. 25. de regul. cap. 12. in quo magna est controuersia inter Scribentes, nam Nauarr. capit. 27. num. 109. & consil. 7. num. 9. de priuileg. Garcia de beneficijs 1. tom. part. 3. capit. 2. à numero 278. tenent esse reuocata, idemque Garcia part. 5. capit. 8. numero 87. versiculo, *Ad octau. adducit Cardinalium declarationem.* Contrarium defendunt Enriquez libro 13. capit. 48. §. 1. Sairus de censuris, lib. 5. cap. 13. numero 24. & 25. Emman. in Bulla, §. 9. numero 11. & in addition. numero 13. & 35. & tomo 2. de reg. questione 112. articulo 1. Cruz in Epitome, capit. 7. dub. 2. conclus. 2. lib. 2. quorum opinio verior videtur, & in praxi seruatur, multisque Pontificijs priuilegijs fulcitur, Emman. articulo 2. Enriquez vbi supra, Garcia dict. capit. 2. numer. 280. extendique priuilegium ad octauam tenet Enriquez, & ab eo relati, dict. §. 1. litera G. contrarium defendit Suar. de censur. disp. 34. sect. 1. à num. 38.



C L E M E N T I S VIII.

BULLA SEPTIMA.

S V M M A R I V M B V L L Æ.

Denegat litteras compulsoriales petitas à fratribus conuersis, ad habendum votum in Capitulis, & cæteris actibus nostri Ordinis.

Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriã. Ex pastoralis nostri muneris debito ad ea libenter intendimus, per quæ Religiosorum quieti, & prospero gubernio opportunè consulatur, prout in domino salubriter conspiciamus expedire. Cum itaque aliàs pro parte dilectorum, filiorum, conuersorum, professorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, nobis expositum fuisset, ipsos conuersos, votum capitulis, & actibus dicti Ordinis habere posse prætere, prout habent fratres Sacerdotes, & Clerici ipsius Ordinis professi, & in sacris Ordinibus constituti, & propterea nobis humiliter supplicatum fuisset, vt ipsis compulsoriales, & remissoriales litteras ad partes ad probandum eorum prætensionem concedere dignemur. Nos auditis sapiùs in diuersis Congregationibus, Visitationibus, & Reformationis nostræ Apostolicæ, tam ipsorum conuersorum procuratoribus, quàm dilecto filio Bernardo de Vargas eiusdem Ordinis in Romana Curia Procuratore Generale, eorumque iuribus maturè discussis, ac nobis per dilectos filios Prelatos eiusdem Visitationis Apostolicæ relatis, iustis suadentibus rationibus in prædicto Ordine nihil innouari, sed seruari, quod de præsentibus statutur, & ad præscriptum constitutionum eiusdem Ordinis in Capitulo Generali Vallisoleti celebrato editarum, & à nobis confirmatarum, per nostras in forma breuis litteras. Sub datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die decimo Martij millesimo sexcentesimo. Pontificatus nostri anno nono, ac propterea litteras compulsoriales prædictas ab ipsis conuersis petitas denegandas esse censuimus, & decreuimus

Bullarium Ordinis

Breue est in quo summam, & sub Breui verborum Compendio, iuxta leg. vet. cap. de conueniendis fisci debitoribus (& ita sine plumbo, & sigillis solemnibus ob vitandas maiores impensas labores, & dilationes, & vt res magis sit secreta expediuntur plura negotia) est Scriptura modica cera rubea, annuloque Piscatoris sigillata, ac signo secretariæ scripta. Explicat Rebuff. d. loco à numero 15. & in regul. 54. Cancellariæ, versiculo. *Breue Apostolicum*, pagina mihi 371. cum sequentibus, Gomez in tractat. Breuium à princip. & quamuis olim non concederentur Breuia, nisi in materia iustitiæ, tamen hodie per Breue, non solum expediuntur negotia circa iustitiam, sed etiam circa gratiam, Felin. numero 8. Bernard. num. 10. in rubric. de rescriptionibus Octauia. lib. 1. cap. 7. Rebuff. num. 23. post Gomez, quem citat, dict. tractat. de Breui. Causis verò, quæ per Breue expediuntur, pro sequitur Rebuff. dict. tractat. à num. 24 & in dicta reg. 34. Signatura vero sigillari non solet, & in eo signatura, & Breue differunt, Rebuff. dict. tractat. de Breui, num. 22. glossa in regula Cancellariæ 25. & 29.

Pro intelligentia notabis, quod Papa solet vti triplici genere scripturarum in gratijs. Quædam vocatur signatura, altera Bulla, altera Breue, Rebuff. reg. 34. Cancellariæ in princip. versic. *Primo notandum est*, ex cuius resolutis, dict. reg. 34. deducitur, quod signatura fit per *Fiat*, Bulla est scriptura in pergamino descripta, & plumbo ex chordis pendente decorata, quæ si fuerit gratiæ, debet esse chorda sericea, si vero iustitiæ, cum filo Canabis, capit. licet, cap. quam graui. de crim. fals. glossa, verb. *Iustitiam*, in extrauag. sedes, eodem tit. De Breui sufficit superior explicatio, dummodo aduertas, quod Pontifex non subscribit Breui, sed Secretarius, Rebuff. d. reg. col. 9. versic. *Tertio*, pag. mihi. 373.

C L E M E N T I S VIII.

BVLLA OCTAVA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Diuidit Monasteria nostri Ordinis Aragonia, Valentia, Navarra, Cathalonia, & Italia in tres Prouincias.

CLE-

Clemens Papa VIII. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti, vna tui Ordinis Prouincia Monasteria omnia eiusdem Ordinis in Regnis Aragonum, Valentiae, Nauarrae, ac Principatu Cathaloniae, nec non in vniuersa Italia consistentia contineat. Cumque vnus tantae Prouinciae Prouincialis omnia praedicta Monasteria ob longam illorum ad inuicem distantiam difficile visitare, atque illorum indigentis supplere valeat, tuque propterea Monasteriorum praedictorum vtilitati maxime consultum iri existimes, si dicta Prouincia in plures Prouincias diuideretur, duas nimirum quo ad Monasteria in praedictis Regnis, & Principatu, & vnam quo ad Monasteria in Italia existentia. Cumque propterea nobis humiliter supplicari feceris, vt in praemissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos commoditati eorundem Monasteriorum opportunè prospicere cupientes, de tua fide, prudentia, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, ac huiusmodi supplicationibus inclinati, tibi vt in primo futuro Capitulo Generali totius Ordinis, aut Prouinciali dictae Prouinciae, prout tibi placuerit, de diuisione Prouinciae praedictae maturè, & de consilio, & consensu vocalium Capituli praedicti, siue Generalis, siue Prouincialis Prouinciam praedictam in tres Prouincias, duas videlicet quo ad Monasteria in praedictis Regnis Aragoniae, Valentiae, & Nauarrae, ac Principatu Cathaloniae consistentia, assignando cuilibet earum ea Monasteria, quae tibi & Capitulo praedicto videbuntur, & reliquam quo ad eiusdem Ordinis Monasteria in vniuersa Italia existentia, auctoritate nostra Apostolica perpetuò diuidere, separare, ac tres Prouincias praedictas dehuò erigere, & instituire, ac in vnaquaque illarum vnum Prouincialem, qui omnibus, & singulis priuilegijs, praerogatiuis, praeminentijs, gratijs, & indultis, quibus alij Prouinciales, quarumcumque dicti Ordinis Prouinciarum, quomodolibet vtuntur fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere possunt, & poterunt, quomodolibet in futurum, pariformiter vti, frui, potiri, & gaudere possint, & valeant seruata tamen in his omnibus regularium eiusdem Ordinis institutionum forma eligendum esse decernere, & declarare, atque pro ea prima vice in eodem Capitulo, de simili consilio, & assensu capitularium eligere, & deputare. At pro regimine dictarum Prouinciarum, & electione Prouincialium noua statuta cōdere,

quæ tamen antequam executioni demandentur à nobis, & Apostolica Sede confirmari debeant, auctoritate Apostolica posse, & valere, eadem auctoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Prouinciæ prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, firmitate alia roboratis, statutis, & consuetu-

dinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Prouinciæ, ac illius Prouinciali in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, cæterisque cõtrarijs quibuscumque. Datum Romę apud Sæctum Petrum sub annulo Piscatoris die 4. Martij 1603. Pontificatus nostri anno 12.

Marcellus Vestrius Barbianus.

CLEMENTIS VIII.

BVLLA NONA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Concedit facultatem Prouinciali Prouincia Bethica ad reuocandas, & annullandas exemptiones Collegij Hispalensis, & illorum Religiosorum, concessas à Vicario quodam Generali, & ipse reuocat.

Clemens Papa VIII. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Nuper dilectorum filiorum Prouincialis, & fratrum Prouinciæ Bethicæ, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum nomine, nobis expositum fuit, quod cum alias, tunc existens Vicarius Generalis dicti Ordinis cuidam asserto Collegio eiusdem Ordinis in ciuitate Hispalensi fundato, seu fundari capto, illiusque Religiosis,

nec non diuersis alijs fratribus Ordinis, & Prouinciæ præfactorum diuersas exemptiones à visitatione, correctione, & cura dicti Prouincialis, concesserit, illosque Generali Magistro, seu Vicario pro tempore existenti immediate subiecerit, quod regularibus eiusdem Ordinis, & Prouinciæ institutis valde contrarium, & disciplinæ regulari nimis perniciosum existit. Cupiebat Prouincialis, & fratres supradicti, pro quieto, & recto gubern-

bernio eiusdem Prouinciae super hoc à nobis opportunè prouideri, idque à nobis humili supplicatione petierunt. Nos iustis eorum petitionibus anuere volentes, ac eosdem Prouincialem, & fratres à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & regularium deputatorum, tibi per praesentes committimus, & mandamus, vt exemptiones quascunque, tam dicto Collegio asserto, & illius Religiosis, quam alijs quibuscunque particularibus fratribus eiusdem Prouinciae, per praedictum Vicarium Generalem, ac & nostrum, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncium, & quoscunque alios quauis auctoritate fungentes in

genere, & in specie à visitatione, correctione, cura, & regimine moderni, & pro tempore existentis Prouincialis dictae Prouinciae Bethicae, quouis modo, causa, & occasione concessas, & inde secutas quascunque, auctoritate etiam nostra, reuoces, & annullas, ac nemini vltius suffragari declares: prout nos, vigore praesentium, ex nunc reuocamus, & annullamus, ac nemini suffragari. Sicque per quoscunque iudices Ordinarios, & delegatos iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus, super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, Prouinciae, & Collegij, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annullo Piscatoris die 11. Martij 1603. Pontificatus nostri anno 10.

Marcellus Vestrius Barbianus.

CLEMENTIS VIII.

BVLLA DECIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Intendit Pontifex, crimen proprietatis à fratribus Prouincia Bethica penitus erradicare. Prohibetque (pro salutari remedio) ne annuos redditus possidere possint, ac simul præcipit, vt omnia, tam mobilia, quam immobilia ab eis possessa bona, in communi deposito domus in qua professi sunt consignent.

Clemens Papa VIII. venerabilis frater, seu dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Cum sicut ad nos prælatum est, nonnulli fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum ciuitatis, & diœcesis Hispalensis, ac totius Prouinciæ Bethicæ, partim Sedis Apostolicæ, partim Superiorum suorû licentiæ prætextu, diuersos redditus sub proprijs eorûdem fratrum nominibus, & in eorum personis obtineant, quod non solum Apostolicis constitutionibus, ac regularibus eiusdem Ordinis institutis repugnet; sed etiã ipsismet fratribus, ac Ordinis prædicti domibus valde perniciosum, & diuersorum malorum, & abusuum origo extitit, nos pro nostri pastoralis muneris debito, regularis disciplinæ cãdorem

restitui, & omnem proprietatis abusum penes Religiosos viros erradicari cupientes ex voto venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super cõsultationibus, & negotijs Episcoporû, & Regularium, præpositorum, tibi de cuius prouidentia, integritate, ac Religionis zelo, plurimum in domino confidimus, per præsentem committimus, & mandamus, vt in domibus, & locis regularibus dicti Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede quibuscumque in ciuitate, & diœcesi tua Hispalensi, ac in vniuersa Prouincia Bethica existentibus, omnem proprietatem auctoritate nostra Apostolica prohibeas. Et quoscumque proprietarios, qui infra tempus abste præsigendum, bona quæcumque tam mobilia, quam immobilia, per eos proprio nomine,

mine, quouis etiam prætextu obtentæ ab Apostolica Sede, aut à Superioribus Ordinis prædicti licentia (quam de cætero nemini suffragari volumus) possessa, in communi deposito domus, in qua professi sunt, non consignauerint, cum effectu, pœnas, & censuras contra proprietarios, per Apostolicas constitutiones, & Regularia eiusdem Ordinis instituta inflictas incurrere eadem auctoritate declares; & contra illos ad executionem pœnarum huiusmodi quandocumque à domorum prædictarum Superioribus requisitus fueris, prædicta auctoritate procedas. Super

quibus tibi plenam, & amplam auctoritate Apostolica, tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Nō obstantibus, &c. Volumus autem, vt ex bonis prædictis in communi deposito domorum huiusmodi, per quemlibet ex dictis Religiosis, deponendis, eius qui illa deposuerit, Religiosis necessitatibus, per Superiores domorum huiusmodi opportunae prouideri debeat. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 9. Maij 1602. Pontificatus nostri anno vndecimo.

Marcellus Vestrius Barbianus.

CLEMENTIS VIII.

BVLLA VNDECIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Concedit Pontifex, vt fratres nostri Redemptores, tempore quo ex partibus infidelium, cum Captiuis Redemptis reuertuntur deputent diem, quo Christi fidelibus Ecclesias nostras visitantibus viginti annos, & totidem quadragenas de pœnitentijs debitis relaxetur.

Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Cùm ad vberes misericordiae fructus, quos Ordo Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum in agro militantis Ecclesiae pro Redemptione Captiuorum, qui in mi-

fera seruitute, & salutis animae periculo à Mauris, & alijs infidelibus detinentur, continuo producere dignoscitur: nostrae dirigimus considerationis intuitum, facile inducimur, vt ordinem prædictum specialibus fauoribus, & gratijs libenter prosequa-

sequamur, & ea quæ circa au-
gendam fidelium religionem, &
animarum salutem cœlestibus
Ecclesiæ thesauris pia charitate
intendentes, gratiosè conceda-
mus; prout in Domino salubri-
ter conspicimus expedire. Sup-
plicationibus igitur quoque pro
parte dilecti filij Alphonfi de
Mörroy Magistri Generalis eius-
dem Ordinis nobis, per dilectum
etiam filium fratrem Bernardū
de Vargas Procuratorem Ge-
neralem, nobis humiliter porre-
ctis inclinati, omnibus & singu-
lis vtriusque sexus Christi fide-
libus verè pœnitentibus, & con-
fessis, ac sacra communione re-
fectis, qui Ecclesiam, seu Eccle-
sias semel in ditionibus tamen
Christianorum Catholicorum
vbiuis existentes, per dilectos fi-
lios Religiosos Sacerdotes eius-
dem Ordinis actualiter redemp-
tores, tempore quo ex parti-
bus infidelium, cum Captiuis re-
demptis reuertuntur, eligendam,
seu eligendas in vno die tantum
per eosdemmet Sacerdotes Re-
demptores deputandas, ab ortu
solis vsque ad occasum diei hu-
iusmodi visitauerint: & ibi Deo

pro eorumdem Captiuorum li-
beratione gratias egerint; ac pro
aliorum Captiuorum, qui in in-
fidelium potestate remanserūt,
vt durante eorum captiuitate fi-
dem Catholicam, & Apostoli-
cam retineant, & denique à mi-
sera eorumdem seruitute libe-
rentur, ac pro Christianorum
Principum concordia, heresum
extirpatione, sanctęque Matris
Ecclesiæ exaltatione pias ad
Deum preces effuderint; quo
die sicut præfertur eligendo id
egerint, viginti annos, & toti-
dem quadragenas de iniunctis
eis, seu alijs quomodolibet de-
bitis pœnitentijs in forma Ec-
clesiæ consueta relaxamus. Prę-
sentibus pro Religiosis, & alijs
eiusdem Ordinis, ac Captiuis
pro tempore redimendis, & li-
beratione Christianorum Cap-
tiuorum; pro alijs Christi fide-
libus ad viginti annos à die publi-
cationis præsentium inchoantibus
valituris. Datum Romę apud
Sanctum Petrum sub annulo Pis-
catoris die 1. Iunij 1603. Ponti-
ficatus nostri anno 12.

Marcellus Vestrinus Barbianus

CLE-

CLEMENTIS VIII.

BULLA DVODECIMA.

SUMMARIVM BVLLE.

† *Concedit facultatem, vt in primo Capitulo Generali celebrando, agatur de modo electionis Prioris Barcinonensis ad gubernationem trium Prouinciarum Aragonie, Valentie, & Italiae, & quod in illo ageretur sit validum, & ipse confirmat.*

Clemens Papa VIII. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus, vacante pro tempore officio Magistri Generalis tui Ordinis Beatae Mariae de Mercede, Redemptionis Captiuorum, in locum Magistri Generalis succedere soleat Prior Conuentus Barcinonensis confirmatus; quia in dicta ciuitate Barcinonensi praedictus Ordo originem habuit, ipse vero Prior Barcinonensis eligatur, per suffragia fratrum Conuentualium eiusdem Conuentus, iuxta Ordinis constitutiones. Ipsi autem fratres Conuentuales possint in Priorem eligere aliquem ex Prouincia Aragoniae, & non aliunde; cumque dicta Prouincia nunc in tres partes diuisa, auctoritate Apostolica reperiatur, videlicet in Prouincias Valentiae, Aragoniae, & Italiae, ac ipsum Monasterium Barcinonae

spectet ad Prouinciam Aragoniae, & propterea non videatur consonum, quod Prior Conuentus Barcinonensis, qui vacante (vt praemissum est) officio Magistri Generalis esse solet caput totius Ordinis, eligatur ex Prouincia Aragoniae tantum, exclusis Valentiae, & Italiae Prouincijs; quinimo magis expedire, quod Prior praedictus Monasterij Barcinonensis eligi possit ex corpore totius Ordinis. Nos, vt quod aequum est, super hoc decernatur, opportune prouidere volentes, ex voto venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum tibi, vt in Capitulo Generali eiusdem Ordinis, primo celebrando, vna cum Definitoribus ipsius Capituli de hoc tractare, & quod magis expediat, pro ipsius Ordinis quie-

Bullarium Ordinis

quiete, & tranquillitate, maturo consilio deliberare, & determinare valeas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium facultatem cōcedimus, & impartimur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, ac eiusdem Ordinis, & Monasterij Barcinonens. Prouincięque Aragoniæ, etiam iuramento, confirma-

tionem Apostolicam, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque cōtrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annullo Piscatoris die 24. Februarij 1604. Pōtificatus nostri anno 13.

Marcellus Vestrius Barbianus.

C L E M E N T I S VIII.

BULLA DECIMATERTIA.

SUMMARIVM BULLÆ.

Sanctissimus Pontifex sua Apostolica auctoritate, ordinationes quasdam prudentissimas, & saluberrimas in Capitulo Prouinciali celebrato in oppido del Oliuar CesarAugustana Diœcesis conditas, confirmat ad instantiam. R. P. M. Fr. Aldephonsi de Monroi, totius ordinis M. Generalis Episcopi electi de Puerto Rico.

DEcet Romanum Pontificem, ea quæ pro Religiosorum quorumlibet statu prosperè dirigendo, prouide statuta, & ordinata sunt, vt perpetuò inuiolatè obseruentur, Apostolicæ firmitatis robore comminire, prout in Domino salubriter conspicit expedire. Expositum siquidem nobis nuper fuit pro parte dilecti filij Bernardi de Vargas Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Capti-

uorum, nomine etiam dilecti filij Alphonfi de Monroy Magistri Generalis dicti Ordinis, & infra scriptarum Prouinciarum, quod in Capitulo Prouinciali dicti Ordinis in oppido del Oliuar CesarAugustanæ Diœcesis die 10. Iunij anni 1603. celebrato, vigore nostrarum litterarum in forma Breuis, sub datum die 4. Martij eiusdem anni expeditarum, Prouincia Aragoniæ dicti Ordinis de consensu vocalium in tres partes diuisa fuit, ex qua-

tuor

tuor vero Regnis Hispaniæ, videlicet Aragoniæ, Valentię, Nauarræ, ac Principatus Cathalonniæ duæ Prouinciæ factæ fuerunt, altera Prouincia Valentię, cui subiecta fuerunt Monasteria eiusdem Regni, nec non Monasteria Tortosæ, Tarraconiæ, Teruel, Sarrion, Maioricę, & Oram cum suis attinentijs, & iurisdictionibus, altera Prouincia Aragoniæ, cui subiacerent Monasteria eiusdem Regni, & Nauarræ, & Principatus Cathalonniæ. Et vltorius pro salubri eiusdem Ordinis, & dictarum Prouinciarum, ac etiam Prouinciæ Italiæ (cuius tertia Prouincia fieri debeat, quod quam primum executioni demandabitur) directione, ac prospero regimine nonnulla statuta, constitutiones, & ordinationes, per Religiosos dicti Ordinis perpetuò obseruari condita, & conditæ fuerunt tenoris sequentis videlicet.

I Primò fuit præceptum in virtute sanctæ obedientiæ, quod vltra communia, & particularia suffragia, & orationes præcepta constitutionibus Ordinis, deinceps pro fœlici statu Sanctissimi Domini nostri Papæ cante-
tetur, seu dicatur Oratio pro Papa in missis, tam cantatis, quam planis, pro fœlici statu Sanctitatis suæ, ac pro conseruatione, & augmento suæ Sanctę Sedis, quoties non contrariabitur Rubri-

cis Missalis Romani, & in orationibus particularibus, & secretis omnes Religiosi eandem faciant commemorationem.

2 Quod Commendatores, tam in celebratione Missarum, quam in recitatione Diuini Officij in choro maximam adhibeant diligentiam, & punctualitatem, vt omnes legitimo impedimento, non impediti assistant, & quod numquam omittatur Oratio mentalis, & quod in omnibus Monasterijs (si commodè fieri potest) missa quotidie cante-
tetur.

3 Fuit præceptum, quod maxima adhibeatur diligentia, vt adimpleantur legata pia benefactorum, & suffragia pro defunctis; ac etiam, quod decedente aliquo Religioso, teneantur omnes Religiosi Sacerdotes suę Prouinciæ, sequenti die postquam habuerint notitiam obitus illius celebrare vnam missam planam pro illius anima, & Monasteria singula, singulas cantent missas, nisi ratione diei debeat trãsferri, dummodo non omittatur.

4 Fuit præceptum in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis maioris, quod nullus Religiosus possit vti aliquo priuilegio, à quo-uis dicti Ordinis Superiore sibi concesso, nec in futurum concedi à quoquam possit contra dicti Ordinis constitutiones, quod si

con-

concedatur, ex nunc nullius roboris esse censeatur, ac eorum res eisdem pœnis subijciantur.

5 Fuit præceptum Commendatoribus, quod non possint suis subditis dare licentiam exeundi extra ciuitatem vltra quatuor dies, & non nisi ex rationabili, & honesta causa, & quam rarius possint. Et quando ex aliqua necessitate, & vrgenti causa concedenda esset licentia alicui nō, nisi à Prouinciali concedatur, cuius conscientia fuit onerata, ne sine iusta, & honesta causa huiusmodi licentias impartiantur. Sed si casus aduenerit ita præcisus, vt non possit de facili haberi recursus ad Prouincialem, & in mora esset periculum, tunc Commendator Monasterij de consilio Consiliariorum licentiam cōcedere possit, transmittendo Prouinciali statim copiam informationis, & causæ propter quam fuit motus, cum ipsorum Consiliariorum consilio ad eam concedendam. Circa vero licentiam exeundi à Monasterio ad ciuitatem fuit onerata conscientia Prælatorum, ne de facili illas concedant, sed solum ex necessitate.

6 Quod nullus Prælati sub pœna suspensionis sui officij, per duos menses, permittat vt aliquis fratrum, tam conuentualium, quam non conuentualium extra Monasterium possit in do-

mibus sæcularium pernoctare, etiam si eius essent consanguinei, aut parentes, nisi de licentia speciali Generalis Magistri, aut saltem Prouincialis, excepto casu, in quo ad infirmos in extremis laborantes vocentur, & tunc non nisi associati remanere ibi possint.

7 Quod Prælati sub pœna suspensionis suorum officiorum per sex menses, non possint, nec valeant recipere aliquem ad habitum Religionis, nisi habeat requisitas à constitutionibus qualitates, & conditiones. Ac sub eisdem pœnis fuit præceptum, ne Commendatores, vel Nouitiorū Magistri permittant, quod aliquis Nouitiorum exeat Nouitiatum ad inseruendum Commendatori, vel alicui fratri quacumque dignitate, aut officio insignito.

8 Quod Nouitij durante anno probationis, non possint ad scientias incumbere, sed solum ediscere res essentielles, ac cœremoniales Ordinis.

9 Quod Nouitij habeant separatim Dormitorium, ab illo professorum, vbi singuli singulos habeant lectos.

10 Quod Commendatores, non possint exponere aliquem fratrem ad Ordines suscipiendos, nisi prius sibi constiterit, per diligens examen, quod sit habilis, & idoneus quo ad mores, vi-

tam, & sufficientiam, quod examen Commendator cum voto fratrum Conuentualium facere debeat, ac transmittere Prouinciali, qui considerare debeat attentè, an omnes qualitates requisitae concurrant; & tunc, & non aliter licentiam concedere possit.

11 Si autem aliquis (quod Deus auertat) sine legitima Praelatorum licentia Ordines suscipere fuerit ausus, ultra poenas canonum, si talis frater Clericus fuerit ad triennes, per triennium condemnatur, si vero conuersus pro sexennium. Hanc autem poenam Generalis Magister, Prouinciales, vel eorum vicesgerentes, executioni non demandantes, sine suspensi à diuinis in utroque foro.

12 Quod nullus Praelatus possit ab eise, per aliquod spatium notabile temporis, nisi ex speciali licentia Prouincialis; cuius conscientia fuit onerata, ne de facili huiusmodi licencias concedat, nisi ex causa vrgenti, & necessitate, & tunc non excedat terminum duorum mensium. Quia propter fuit declaratum, quod si Commendator vtra 60. dies ab fuerit à sua commenda, quamuis pro seruitio Prouinciae, aut sui Conuentus, ipso iure sua commenda vacet, absque aliqua declaratione, & tunc Prouincialis in eam nouum Commendatorem præ-

ficiat, nisi ad Generalem Magistrum (iuxta constitutiones Ordinis) huiusmodi prouisio expectet.

13 Quod nemo ad presentaturam exponi possit, qui non legerit (vltra tres annos Logicæ, ac Philosophiæ) duos alios annos Theologicæ scholasticæ, assistendo conferentijs, & alijs actibus, sicut de Magistris dicitur, & qui saltem 33. ætatis suæ annum compleuerit, quod docere debeat, per fidem Baptismi.

14 Quod nullus possit in Magistrum alium, qui non legerit quotidie vnam lectionem Theologicæ scholasticæ, per spatium sex annorum, postquam fuerit confirmatus in presentatura, & quod de sero semper adfuerit conferentijs, aut præsidendo, aut replicando, vnoquoque anno præfederit alicui actui publico, seu publicis disputationibus; ita & taliter, quod si fuerint tres lectores primus in principio anni, secundus in medio, & tertius in fine præsideat. Possint tamen dicti lectores, si prædictorum aliquid omisserunt, sine licentia Commendatoris (cuius conscientia oneratur, ne absque causa cum eis dispenset) supplere in primo, vel sequentibus annis, nec propterea ascribatur in numero Magistrorum, nisi 40. ætatis suæ annum compleuerit, quod per fidem Baptismi docere debeat.

Fuit

Bullarium Ordinis

Fuit declaratum supradictas qualitates in Magistris, & præsentatis requisitas, solum extendi ad eos, qui post confirmationem harum constitutionum legere incipiant.

15 Quod Prouinciales ante celebrationem Capituli Prouincialis per duos menses, non possint Commendatores, nec aliquos vocales, in dicto Capitulo Prouinciali vocem habentes priuare; sed solum de eorum delictis inquirere, & facere informationem in scriptis, ad hoc vt in dicto Capitulo examinentur, & rei castigentur.

16 Quod eleemosyna, & bona pro Redemptione Captiuorum à fidelibus elargita, & largienda, non possint ad alios vsus applicari, quàm ad redimendos Captiuos; neque ex pecunijs huiusmodi possit emi equus, aut mulus, nisi pro quærentibus, & procurantibus dictam eleemosynam. Quæ animalia ad vsum Conuentus deferuire non debeant, nisi Conuentus tertiam partem pretij illorum exbursauerit.

17 Quod fratres non possint gestare vllò vnquam tempore prophana vestimenta, & contradicti Ordinis constitutiones sub pœna reclusionis duorum mensium pro prima vice, & pro secunda, & tertia sex mensium, quorum duo sint grauioris culpæ,

quam pœnam Prouinciales in suis Prouincijs, & Commendatores in suis commendis executioni demandabunt, sine remissione.

18 Fuit præceptum sub pœna excommunicationis maioris latae sententiæ, & priuationis actiuæ, & passiuæ vocis per sex annos, ac suspensionis exercitij Sacramentorum (quod totum in foro exteriori obliget, & liget) quod nullus Superior Monasterij possit alienare, aut expendere legitimas, aut hæreditates Monasterij, sine expressa licentia in scriptis Magistri Generalis, nec sufficiat Prouincialis. Quod si secus factum fuerit, Superior Conuentus delinquens ipso facto sit priuatus, & subditi illius possint ab eo auferre obedientiam, & illam dare Vicario, vel antiquiori Monasterij. Ac sub eisdem pœnis fuit præceptum, ne noui census, sine licentia Generalis Magistri super bonis Monasterij fundarentur.

19 Quod nullus Commendator sub pœna obedientiæ, & priuationis officij, ac vocis actiuæ, & passiuæ, per tres annos possit vllò prætextu solus expendere, vel etiam recipere aliquid ad Monasterium pertinens sine præsentia, vel scientia Depositariorum. Quod si Depositarij abessent, tunc teneatur vocare aliquem ex senioribus. Et

sub

sub eisdem pœnis fuit præceptum, ne Commendator per se ipsum solum faciat computum, nec etiam Procuratore associatus; sed hoc computum fiat publicè ad sonum campanæ, ita vt possint omnes quotquot voluerint adesse. Sed necessario assistere debeant, Commendator, Depositarij, Sacrista, Procurator, Expenditor, vel eorum maior pars, qui sub pœna excommunicationis maioris, non permittere debent, quod expensæ confusè adnotentur, sed distinctè scribantur, tam res emptæ, quàm receptæ exprimendo nomina personarum à quibus supradictæ res emptæ, vel receptæ fuerunt. Et sub eisdem pœnis præcipitur Depositarijs ne in libris computorum apponant, vel apponi permittant, seu scribi aliquid, quod realiter, & verè corâ ipsis non fuerit enumeratum, & consignatum, & in capsâ Depositati repositum. Et fuit onerata conscientia Commendatoris, quod conetur quotidie facere computum horis, & tempore magis opportunis, & commodis.

20 Insuper fuit præceptum sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ, & priuationis officij, quod nullo modo possint Commendatores pecunias promissis celebrandis largitas è capsâ communi Depositati extrahere, nisi prius sibi constite-

rit satisfactum fuisse obligationi, & missas fuisse celebratas. Nec possint dictæ missarum elemosynæ de vno Cõuentu ad aliû transferri, sine licentia expressa in scriptis Prouincialis ad minus.

21 Quod Prouinciali nõ detur vltra quatuor Iulios, seu Regales quotidie pro suis, ac socij expensis commorando, vel visitando aliquod Monasterium.

22 Fuit præceptum, quod nullus frater possit discedendo ab aliquo Monasterio secum deferre, nisi solum libros quos habebit, imagines, & habitus ad ipsius vsum; reliqua vero videlicet sedilia, lectum, scabellâ, & alia huiusmodi relinquere debet ad vsum Conuentus, à quo discesserit. Si autem ad idem Monasterium redire contigerit, poterit tunc Commendator eidem fratri, magis supra dicta, quàm alteri ad vsum consignare.

23 Fuit præceptum sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ, quod nullus Cõmendator possit accipere pecunias, quas religiosi sui Monasterij in communi capsâ Depositati habent, nec ab eis mutuo petere.

24 Fuit præceptum iuxta Breue Sanctissimi Domini nostri Clementis Papæ VIII. Sub datum Romæ die 19. Ianuarij 1601. ne bona vnius Prouinciæ possint ad aliâ transferri, sub pœnis etiâ in dicto Breui contentis.

Bullarium Ordinis.

Et quod bona ob mortem aliquius fratris pertineant ad Monasterium, cuius erat filius, & non ad Conuentum in quo emisserat professionem, vbi cumque decesserit; propterea professio vbi cumque emittatur, intelligatur emissa ad fauorem Monasterij cuius erat filius.

25 Fuit præceptum omnibus fratribus, quod quarta, & sexta ferijs Quadragesimæ defero debeant conuenire in choro, & ibi communem facere disciplinam.

26 Fuit præceptum in virtute Sanctæ obedientiæ Prouincialibus, & alijs Superioribus ad quos de iure expectat, quod nullo modo possint transacto triennio Commendatorem iterum de alia commenda providere in sequenti triennio, nisi Monasterium, cuius erat Commendator, reliquerit honestè reparatum, & notabiliter melioratum, ac prouisum de necessarijs secundum vires Monasterij vsque ad proximam futuram messem.

27 Fuit statutum, quod Redemptores Prouinciarum Aragoniæ, & Valentiniæ, dum ad Redimendos Captiuos proficiscuntur, simul eant, nec aliqua inter eos sit superioritas, sed vnusquisque suum librum deferat, vbi adnotabit omnia ad redemptionis munus pertinentia, sicut Redemptores Prouinciarum Castellæ, & Beticæ faciunt.

28 Fuit statutum, quod in Monasterio Barcinonensi (quod caput totius Ordinis est) non eligeretur in Priorem, nisi Religiosus Magisterij dignitate, vel ad minus præsentatura insignitus. Electio autem aliter tacta ex nunc nullius valoris declarabatur.

29 Fuit statutum, quod in Prouincia Aragoniæ, circa electionem Prouincialis seruaretur alternatiua; ita & taliter quod vna vice Prouincialis sit ex Cathalonia, & alia vice ex Regno Aragoniæ, & Nauarriæ, dum modo reperiretur persona habilis, & requisita habens ad officium Prouincialis exercendum.

Causa, & occasione supradictæ diuisionis, & erectionis harum nouarum Prouinciarum necesse fuit aliquos Magistros, & Præsentatos de nouo creare, vt in electione Prouincialis adisset sufficiens numerus Vocalium, suppleudo in eis aliquas requisitas qualitates. Pro Prouincia Aragoniæ fuerunt creati sequentes.

Pro Prouincia Aragoniæ fuit in Magistrum electus Frater Ioannes de Casanoua. Ad præsentaturam Frater Laurentius Altaua, Frater Ioannes Nauarro, Frater Leonardus Spino, Frater Michael Ortiz de Sada, Frater Hieronymus de Rojas, Frater Ioannes de Sauarique
Fra-

Frater Marcus Ruiz, Frater Didacus de Pamplona, Frater Martinus de Spinal, Frater Dominicus de Suaniaga, Frater Ioannes Pardo de la Casta, Frater Thomas Vazquez, Frater Paulus Ferriol, Frater Matthæus Llanetas, post hos Præsentatos fuit nominatus in Præsentatum de vnanimi consensu Frater Stephanus Rodriguez, tanquam idoneus.

Pro Valentia Prouincia fuerunt nominati in Præsentatos Frater Michael Selma, Frater Hieronymus Campos, Frater Iacobus Torner, Frater Nicolaus Sancho, Frater Gaspar Fito, Frater Ioannes Ribera, Frater Andreas Vallester, Frater Antonius Vidal, Frater Augustinus Spinola.

Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, prædictus Bernardus Procurator cupiat pro maiori statutorum, & ordinationum huiusmodi subsistentia illis Apostolicæ nostræ confirmationis robur accedere, nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica digna remur. Nos igitur dicti Ordinis bono regimini pro nostra Pastoralis sollicitudine, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: ex voto venerabilium fra-

trum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, quibus statuta, & ordinationes huiusmodi videntur, & examinanda, ac nobis referenda commissimus, prædicta statuta, constitutiones, & ordinationes, vt præfertur inserta, & insertas auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus: ac omnes & singulos, tam iuris, quàm facti defectus (si qui in eisdem interuenerint) supplementis: ac in dictis Prouincijs, & Ordine à Superioribus, & fratribus vniuersis eiusdem Ordinis (prout quempiam eorum concernunt) perpetuò inuiolabiliter obseruari debere statuimus, & ordinamus. Mandantes propterea eisdem Alphonso Magistro, & Bernardo Procuratori Generalibus, ac Definitoribus, Superioribus, & fratribus vniuersis dicti Ordinis nunc, & pro tempore existentibus in virtute Sanctæ obedientia, vt præinserta statuta, ordinationes, & constitutiones huiusmodi perpetuò obseruent, ac obseruari curent, & faciant. Decernentes præsentibus litteras, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio

Bullarium Ordinis

quocumque defectu notari, impugnari, aut quouis modo infringi, annullari, vel retractari nullatenus posse: sicque ab omnibus cenferi, & ita per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores: sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere; ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filiis causarum Curiae Camerae Apostolicae Generali Auditori, & Cesaraugustan. & Valentin. officialibus, per praesentes committimus, & mandamus, vt praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque, vbi & quando opus fuerit, per se, vel per alios solemniter publicari, & praefertim statuta, & ordinationes huiusmodi in praedicto Ordine perpetuò inuiolatè obseruari faciant; contradictores quoscumque, ac praemissis non parentes per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo.

Non obstantibus constitutio-

nibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Prouinciarum, & Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, eisdem Prouincijs, & Ordini, ac Superioribus, & fratribus quibuscumque in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis quibus omnibus, & singulis (et si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas Generales, idem importantes mentio habenda esset) tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes (illis alias in suo robore permanentibus) hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die vigesimo quinto Octobris millesimo sexcentesimo quarto. Pontificatus nostri anno decimo tertio.

Marcellus Vestrius Barbannus

CLE

C L E M E N T I S VIII.

L I T T E R Æ A P O S T O L I C Æ.

Ad R. P. N. M. F. Franciscum Zumel, totius Ordinis M. GENERALIEM BARONEM DE ALGAR, REGNI VALENTIÆ DEPUTATVM, VNIVERSITATIS SALMANTICENSIS DECANVM, CATHEDRÆQVE PHILOSOPHIÆ MORALIS PROPRIETARIVM MODERATOREM EMERITVM, & pro Maioribus Collegijs eiusdem Vniuersitatis à REGIA MAIESTATE PHILIPPI II. VISITATOREM: in qua litterarum eius præstantiam, atque solidissimam doctrinam commendat, & laudat, eique suam Apostolicam benedictionem elargitur.

Dilecto filio Francisco Zumel Ordinis Beatae Mariae de Mercede Sacrae Theologiae Magistro. Clemens Papa VIII. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Etiam antea nobis nota erat virtus tua, & insignis doctrina, & quod caput est, ardor Catholicæ Fidei tuendæ, & deuotio erga nos, & erga hanc Sanctam Apostolicam Sedem, in qua nos humiles, & indigni (Auctore tamen Spiritu sancto) præsidemus, quod etiam venerabilis frater Dominicus Archiepiscopus Sypontinus, noster in Hispania Apostolicus Nuntius cumulate, ac tua multa cum laude testatus est. Sed hæc omnia manifestius agnouimus, & prospeximus ex hoc tuo Commentario, quem

extuo zelo incensus, & eiusdem Nuntij cohortatione permotus nuper scripsisti; vt quorundam hominum, nouitates amantium parum consideratas (ne quid grauius dicamus) opiniones confutares, & veritatem in re graui assereres, & roborares. Laudamus fili pietatem tuam, & te meritò in Domino commendamus, quod scientiam, quam à patre luminum accepisti, totam conferti, atque adhibes ad ædificationem corporis Christi, quod est Ecclesia. Et re ipsa ostendis te non solum scientiam habere, quæ sæpè inflat, sed etiã charitatem, quæ semper ædificat. Scito igitur laborem hunc tuum, & eruditam lucubrationem per gratam nobis fuisse; idque tibi his quoque litteris sig-

Bullarium Ordinis

nificare placuit; vt scias te à nobis amari, atque vt totus studiofus, & ardentibus pro virili tua labores in vinea Domini Sabbatho, & talenta à magno patre familias tibi credita, fideliter, & fructuosè negotieris. Quo nomine, tibi etiam nostram Apof-

colicam benedictionem impartimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die decimo Martij millesimo sexcentesimo tertio. Pontificatus nostri anno duodecimo.

Siluius Antonianus Cardinalis.

COLLECTOR.

Idem Summus Pontifex ad supplicationem, & instantiam. R. P. Præsenti Fr. Stephani Rodriguez, suas Apostolicas litteras concessit, in fauorem confratrum confraternitatis Beatæ Virginis Mariæ de Doloribus, ciuitatis de Taragona, qui consequi valeant indulgentiam plenariam in die festo eiusdem confraternitatis. Concedit etiam quinque annos, & totidem quadragenas, omnibus, & singulis prædictam Ecclesiam visitantibus, diebus Sanctissimæ Conceptionis eiusdem Beatæ Virginis sancti Stephani Prothomartiris. Sanctorum Cosmæ, & Damiani, & in die festo omnium sanctorum, & alias similiter indulgentias concedit in suis Apostolicis litteris. Sub datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vigesimo tertio Nouembris anno millesimo sexcentesimo primo, sic refert R. P. Magister Fr. Bernardus de Vargas, 2. tom. Chronicæ nostri Ordinis, capit. 13, §. 12.



CLE

CLEMENTI SVCCEDIT LEO XI.

anno 1605.

Cuius nullum extat ordini nostro priuilegium indultum, cum per 25. dies tantum Sedem Apostolicam gubernasset.

LEONI SVCCEDIT

Paulus V. anno 1605.

P A V L I V.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Concedit Pontifex Definitoribus Ordinis in Capitulo Generali stantibus facultatem declarandi, quod eis magis expedire videbitur, circa alternatiuam pro fratribus, vel Aragoniæ, vel Nauarra, vel Cathalonie.

Paulus Papa V. ad futuram rei memoriam. Expositum nobis nuper fuit, pro parte dilecti filij Bernardi de Vargas fratris, & Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, quod cum in eiusdem Ordinis constitutionibus, per litteras in forma Breuis à fœlicis recordationis Clemēte Papa octauo prædecessore nostro, sub da-

tum die 25. Octobris anni proxime præteriti 1604. Pontificatus sui, anno 13. confirmatis, inter alia disponatur, quod in Prouincia Aragoniæ, circa electionem Prouincialis seruaretur alternatiua: ita, & taliter, quod vna vice Prouincialis sit ex Cathalonie, & alia vice ex Regno Aragoniæ, & Nauarræ, & cum contingere possit, vt aliquis frater receperit habitum in aliquo

Monasterio Cathalonix, & postea professionem emisserit in alio Monasterio ex Regno Aragonix, vel Nauarræ: quia hæc tria Regna comprehenduntur in vna, & eadem Prouincia, vel è contra, nunc ab aliquibus dubitari contingit, quis frater intelligatur ex Cathalonix? & quis ex Regnis Cathalonix, & Nauarræ? An ille, qui habitum recepit in aliquo Monasterio? An qui professionem emisit? Et ad hoc, vt possit gauderi alternatiua, debeat sequi Monasterium, cuius est filius? An Monasterium, in quo emisit professionem? An vero, nulla habita ratione præfatarum, vnusquisque sequatur, patriam, in qua natus est? Videlicet, quod cum contingat, modo stante alternatiua, quod persona in Prouincialem eligenda esse debeat ex Regnis Aragonix, vel Nauarræ, solum possint ad munus Prouincialis eligi fratres natione Aragones, vel Nauarri; licet habitum acceperint, & professionem emiserint in aliquo Monasterio Cathalonix? Cumque Capitulum Prouinciale Prouincix Aragonix anno proxime futuro celebrandum sit, dictus Bernardus Procurator nobis humiliter supplicari fecit, vt ad tollendas controuersias, quæ super hoc oriri possent, de opportuna declaratione de super prouideri de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, ac ex voto venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, dilectis filijs Definitoribus, & alijs vocalibus in Capitulo Generali inter medio de proximo celebrando, inter venturis, vt quoad huiusmodi alternatiuam, quidquid eis magis expedire videbitur, declarare valeant, facultatem, auctoritate Apostolica, tenere præsentium, concedimus, & impartimur; ac iuxta declarationem in Capitulo Generali inter medio faciendam, de cætero, circa dictam alternatiuam obseruari debere. Ac irritum, & inane decernimus quidquid fecus, super his, à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & omnibus illis, quæ dictus Clemens prædecessor voluit, nõ obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anno lo Piscatoris die secundo Iunii millesimo sexcentesimo quinto. Pontificatus nostri anno primo.

P A V L I V.

BULLA SECUNDA.

SUMMARIVM BULLÆ.

Præcipit Pontifex Magistro Generali, & Superioribus nostri Ordinis, ut ex aliorum Monasteriorum, ipsius Ordinis redditibus, congerant summam quatuor millium scutorum auri, quam remittant ad Monasterium sancti Adriani in foro Boario de vrbe, pro subuentione ipsius.

PAulus Papa V. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus, Monasterium tui Ordinis sancti Adriani in foro Boario de vrbe obtinens ipse redditus graui ære alieno (ob fructuum sustentationem, & conuentalis domus reparationem) contracto præmatur: Nec tamen in eo statu sit, vt in ipsa domo religiosi eiusdem Ordinis commodè valeant inhabitare, ipsumque Monasterium se ab ære alieno huiusmodi eximendi commoditatem aliquam, non habeat, nisi ex totius Ordinis redditibus, de alicuius subuentionis auxilio, sibi opportune prouideatur. Id circo nos tibi totius dicti Ordinis Magistro Generali, ex aliorum Monasteriorum totius Ordinis redditibus summam, quatuor millium

scutorum auri, in auro congerendi, & ad dilectum filium Vicarium, seu Procuratorem Generalem eiusdem Ordinis in vrbe residentem, pro subuentione dicti Monasterij sancti Adriani, quam primum transmitti faciendi, ac ea de causa taxam contributionis à quolibet eiusdem Ordinis Monasterio, iuxta eorum reddituum quantitatem faciendam, & exigendam, auctoritate nostra Apostolica impendi, & ipsorum Monasteriorum superiores, & Cōuentus ad eiusdem taxæ, per se imponendæ solutionem, etiam per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia cogendi, & cōpellendi; aliaque in præmissis, & certa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exequendi plenam, & liberam facultatem, & auctori-

tatem

tatem concedimus, & impertimur, præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna indignationis nostræ; necnon priuationis dignitatum, & officiorum quorumcumque, vocis actiue, & passiuæ; necnon inhabilitatis ad illa, & alia in posterum consequenda, pœnis eo ipso, alibi que alia declaratione incurrendis, tam tibi, quàm Vicario, & Procuratori Generalibus præsentibus, ceterisque omnibus, & singulis, ad quorum manus prædictæ pecuniæ peruenerint, vt illis in præsentem Monasterij S. Adriani ædificationem fabrica, & non in alios quoscumque vsus conuerti, & erogari curetis, & faciatis. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis præfati, ac singulorum illius Mo-

nasteriorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis forma, & alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eiusdem Ordinis, & Monasterij, ac quibusvis illorum Monasterijs superioribus, & personis, ac tibi nominatim, seu quibusvis alijs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus, pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die decimo Decembris millesimo sexcentesimo quinto, Pontificatus nostri anuo primo.

P A V L I V.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- Concedit Pontifex facultatem fratribus Monasterij nostri Ordinis oppidi Matriti, vt missas, quas diebus festiuis (quibus illæ præcisse celebranda erant ex voluntate, & institutione fidelium, qui huiusmodi festiuitates instituerunt) commodè non possunt dicti fratres celebrare, celebrent in alijs diebus non festiuis, & sic satisfacere libere, & licitè valeant.

PAulus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio officiali Toletano salutem, & Apostolicam benedictionem. Iustis, & honestis Christi fidelium votis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Conuentus domus fratrum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum oppidi de Matriti, Toletanae Diocesis, in quo oppido curia pro tempore existentis Hispaniarum Regis residet, petitio continebat, quod cum in Ecclesia dictae domus plures Missae diebus festiuis dumtaxat celebranda, pluraque legata cum onere Missas dictis festiuis diebus celebrandi, a pijs Christi fidelibus instituta, & instituta reperiantur, ille vero, & illa, tam multa, & multa sunt, ut dictarum Missarum celebratione, pro tempore existente, dictae domus fratres in Presbyteratus Ordine constituti illas omnibus diebus praedictis celebrare omnino nequeant. Ut igitur eorum conscientiae in hac parte pro videatur, & quod praefatis diebus efficere nequeant, alijs diebus, absque ullo conscientiae scrupulo praestare valeant; pro eorum parte nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportune provide, de benignitate dignaremur

Apostolica. Nos igitur singulares personas Conuentus huiusmodi a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictis, alijsque Ecclesiasticis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes; nec non institutionis Missarum, & legatorum huiusmodi tenores praesentibus, pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae, per Apostolica scripta mandamus, quatenus Conuentui praedicto, ut omnes, & singulas Missas, quas ipsis festiuis diebus commode celebrare, non potuerint, in alijs non festiuis, seu ipsorum festiuarum dierum octauis diebus celebrare, ac ea sic celebranda voluntatibus eorum, qui Missas, & legata huiusmodi instituerunt, perinde ac si illae dictis festiuis diebus celebrarentur satisfacere libere, & licite valeant, seruata in reliquis institutionibus huiusmodi forma, auctoritate nostra concedas, & inculgeas, ipsosque Conuentus desuper a quoquam, quouis preteritu, causaque, & occasione molestari, inquietari, aut quoquomodo impediri nullatenus unquam posse, sicque per quoscumque iudices,

Bullarium Ordinis.

dices, quavis auctoritate fungentes, & causarum sacri Palatii Auditores iudicari, & defini debere, ac quidquid fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate decernes, ac eorum qui missas, & legata huiusmodi instituerunt, voluntates, quoad præmissa sufficienter, & expresse commutes, non obstantibus voluntatibus, alijsque præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit, domus, & Ordinis huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque cōtrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Martinum anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo septimo. Pontificatus nostri anno tertio septimo Kalend. Julij.

P A V L I V.

BVLLA QVARTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1. *Confirmat Pontifex, quod fratres Prouinciarum Gallie, & Indiarum, qui fuerint presentati, vel Magistri confirmentur in suis gradibus in Capitulo.*
2. *Confirmat etiam decreta Concilij Generalis, circa eos, videlicet, quod possint habere vōrum in illo.*
3. *Quod non teneatur Religio celebrare Capitulum Generale inter medium deinceps, neque ad id compelli possit.*

PAulus Papa V. ad futuram rei memoriam. Onerosa Pastoralis officij cura, quâ humilitatem nostram (meritis licet in sufficientibus) substinere voluit Altissimus, assidue nos ad monet, vt Religionū in Ecclesia Dei militantium prospero statui intendentes ea concedamus, per quæ non solum Religiones ipsas cōseruari; verum etiā maiora in

dies suscipere valeant incrementa. Hinc est quod nos supplicationibus dilecti filij Francisci Emanuelis de Muniera Ordinis fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū Procuratoris Generalis nomine superiorum, & fratrum eiusdem Ordinis nobis humiliter porrectis inclinati, quod de cætero fratres eiusdem Ordinis Gallie,

& lu-

& Indiarum Prouinciarum, ob penuriam personarum, omnia requisita per constitutiones, & decreta Capitulorum, tam Generalium, quam Prouincialium dicti Ordinis habentium, vt non obstantibus dictis constitutionibus, & decretis, ac litteris nostris in huiusmodi forma Breuis desuper editis ad gradus intra numerum Magistrorum, & Presentatorum, sicut antea in dictis Prouincijs seruari consuevit, qui nec Artes, nec Sacram Theologiam docuerint, dummodo alias sint idonei, & quouique per Capitulum proximū Generale cognitum fuerit, an in eisdē etiā Prouincijs, in omnibus, & per omnia dictæ constitutiones, & litteræ prædictæ nostræ seruari possint admitti. Quodq; eiusdē Ordinis in Romana Curia Procurator Generalis, pro tēpore existens, postquā quinque annorum spatio, munere huiusmodi laudabiliter, & cum superiorum eiusdem Ordinis satisfactione functus fuerit, inter Magistros suæ Prouinciæ, seruata aliā forma constitutionum præfatarum admitti, & Magister extiterit, votum in Capitulo Generali prædicti Ordinis, Magistri Generalis electione pro prima vice dūtaxat, habere libere, & licite possit, & valeat. Insuper quod fratres eiusdem Ordinis Capitulum Generale intermedium, prout

hactenus consueuerunt de cætero, nisi Magistri Generalis obitu eueniente, ac pro noui Magistri Generalis electione facienda, celebrare minime teneantur, nec ad id à quoquam quauis auctoritate cogi, vel compelli, quodque fratres dicti Ordinis ad Præsentaturæ, & Magisterij gradus à suis Prouincijs expositi, ac pro tempore existente eiusdem Ordinis Magistro Generali loco, & vice Capituli inter medijs huiusmodi confirmari possint, Apostolica auctoritate præfata, tenore præsentium concedimus, & indulgemus, decernentes, præsentibus litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, sitq; plenarios, & integros effectus sursum, & obtinere, irritūque & inane, si secus, super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus litteris nostris, super numero Presentatorum, & Magistrorum huiusmodi emanatis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; nec non dicti Ordinis, & iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus pro-

Bullarium Ordinis

expressis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Da-

tum Romæ apud Sanctum Petrum sub annullo Piscatoris die decimo Martij millesimo sexcentesimo vigesimo quinto. Pontificatus nostri anno vndecimo.

P A V L I V.

BVLLA QVINTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Diuidit Prouinciam Guatimalam à Prouincia nouæ Hispaniæ, & construit in dicta Prouincia de Guatimala singularem Prouincialem, & in noua Hispania Vicarium Prouincialem.

PAulus Episcopus Papa V. venerabilis frater salutē, & Apostolicam benedictionem. Christi fidelium quorumlibet, præsertim suauis Religionis iugo Altissimo famulantium votis, quæ salubrem eorum directionem, & fœlicem progressum respiciunt, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū nomine fratrum eiusdem Ordinis Prouinciæ Nouæ Hispaniæ in partibus Indiarum Occidentalium, quod præfata Prouincia annexam habet alteram Prouinciam de Cuatimala nominatam,

& hæc duæ Prouinciæ spatio nonagentarum milliariū circiter à se inuicem distant, quo fit, vt vnus dumtaxat Prior Prouinciæ huiusmodi, propter aeris variam intemperiem, cum itineris difficultate, iuxta sibi incumbens officium sicut grauibus expensis, & incommodo, ac vitæ periculo visitari non possint. Ex indeque domos, & loca regularia præfata, non modica in spiritualibus, & temporalibus detrimenta patiantur. Quare Procurator præfatus, eorundem fratrum nomine, nobis humiliter supplicari fecit, vt Prouinciam de Guatimala præfata à Prouincia Nouæ Hispaniæ separare, ac proprium illi Priorem Prouin-

uincialem constituere, aliasque de super opportune providere de benignitate Apostolica dignamur. Nos igitur pro Pastoralis officij nostri debito, eiusdem Ordinis Prospero regimine consulere cupientes, ac singulares Procuratoris, & fratrum praefatorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & poenis a iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinatis tibi per praesentes committimus, & mandamus, quatenus, si & postquam supra narrata vera esse tibi legitime constiterit, a Prouincia Nouae Hispaniae Prouinciam de Guatimala huiusmodi separes, ac separatam, per proprium Procuratorem Prouincialem a Capitulo Prouinciali eiusdem Prouinciae eligendum gubernari, & regi debere, auctoritate nostra Apostolica perpetuo decernes, ac eum, qui totius Prouinciae Prior Prouincialis existebat, in Prouincia de Guatimala Priorem Prouincialem, in alia vero Nouae Hispaniae Prouincia vnum Vicarium Prouincialem, qui Prouinciae, vsque ad tempus celebrationis proximi Capituli

Prouincialis praesit arbitrio dilecti filij Prioris Generalis eiusdem Ordinis, nominari constituas, & diputes. Insuper quod quatuor ad Magisterij, & octo ad praesentaturae gradus, dicti Ordinis professores in praefata Prouincia Nouae Hispaniae si separetur, iuxta eiusdem Ordinis constitutiones ab Apostolica Sede confirmatas constitui, ipsaque Prouincia, sic separata omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, & indultis, quibus aliae dicti Ordinis Prouinciae vtuntur, potuntur, & gaudet, ac vti, potiri, & gaudere possit, & valeat auctoritate nostra concedas, & indulgeas. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Prouinciarum huiusmodi, & iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentis, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus. Caeterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 7. Decembris 1617. Pontificatus nostri anno vndecimo.

Bullarium Ordinis

P A V L I V.

BVLLA SEXTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Concedit Pontifex uniuerso Ordini nostro, ut eiusdem fratres possint liberè, & licitè recitare officium Beatæ Mariæ de Mercede, seu festum reuelationis, aut foundationis celebrare Dominica proximiore Kalendis Augusti. Assignatque tres lectiones pro 2. Nocturno à sacra Congregatione rituum approbatas pro 1. autem, & 3. quæ in Breuiario Romano in festo Beatæ Mariæ ad Niues continentur.

PAulus Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Decet Roman. Pontific. quem Dominus omnipotens in persona Principis Apostolorum militanti Ecclesiæ sponsæ suæ præficere, dignatus est ea benignitate concedere, quæ ad gloriosissimam semperque Virginis Deigenitricis Mariæ venerationem, & Christi fidelium, præsertim vero sub eius patrocínio, & suauis Religionis iugo Altissimo famulantium, deuotionem erga illam promouendam noscuntur pertinere. Cum itaque sicut dilecti filij Fraciscus de Ribera Magister Generalis, & fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum nobis nuper exponi fecerunt ipsi, qui in eorum solemnitate in Dominica proximiore Kalend. Augusti celebrari solita officium Beatæ Mariæ,

iuxta formam Breuiarij Romani, & prout in dicto Breuiario continetur, & recitatur in festo Dedicacionis eiusdem Beatæ Mariæ ad Niues, ex concessione Sedis Apostolicæ, recitant infra scriptas lectiones, in 2. Nocturno officij huiusmodi, recitare summopere desiderent. Nos pijs Magistri Generalis, & fratrum prædictorum votis benignè anuere, illosque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat cõsequendum harum ferie absoluentes, & absolutos fore censentes, supplicationibus, illo-

illorum nomine, super hoc humiliter porrectis, inclinati lectiones huiusmodi, quae a venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, sacris ritibus praepositis, approbatae fuerunt, de eorundem Cardinalium consilio Apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus. Utque ab omnibus, & singulis dicti Ordinis fratribus, in 2. Nocturno praedicti officij libere recitare possint, & valeant, auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus sit dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Tenor autem lectionum praedictarum sequitur, & est talis, vide licet: *Ex decretalibus litteris, quibus B. Raymundus Penafort a Clemente VIII. Pontifice Maximo in sanctorum Cathalogum adscribitur. Sub datum Romae apud S. Petrum anno Domini 1601. 3. Kalendas Maij. Pontificatus sui anno 10.*

LECTIO 4.

Cum Petrus Nolascus natione Gallus, vir opibus florens, & insigni pietate praeditus, cuius confessiones B. Raymundus audiebat, qui in pauperes, ac praeci-

pue Captiuos, dura seruitute ab infidelibus detentos propensissimus erat, nullumque officij genus vnquam intermisit, quo eos liberare posse existimaret. Quorum hoc etiam maiorem curam, & sollicitudinem gerendam esse censebat, quo in grauiori periculo Christianae fidei abiurandae, & amittendae salutis aeternae verarentur, hortatu eius ad inopes alendos, & maxime ad Captiuos ex Barbarorum vinculis redimendos suas copias, & opes, magna cum alacritate, & libenti animo conferret, egregium pij, ac liberalis animi officium, pro sua infinita bonitate, gratum Deus habuit. *Resp. Sicut Cedrus, &c.*

LECTIO 5.

Nam proxima nocte in sequenti Beatissima virgo Dei Mater eidem Petro, qui sanctis meditationibus, & orationi vacans cogitabat, qua ratione calamitatibus Christianorum in captiuitate degentium succurrere posset, serena fronte se conspiciendam dedit, & acceptissimum sibi, ac vni genito suo filio fore dixit, si suum in honorem institueretur ordo Religiosorum, quibus cura incuberet Captiuos e tiranide, Turcarum liberandi. Ac illa ipsa nocte eadem Virgo sanctissima Beato Raymundo, & Iacobo primo Aragonum Regi apparuit ad ipsum de Religiosis admonens. *Resp. Quae est ista, &c.*

Bullariuni Ordinis.

LECTIO 6.

Quare hi collatis inter se con-
filijs, & consentientibus animis
Ordinem Beatæ Mariæ de Mer-
cede Redemptionis Captiuo-
rum fundauerunt. Cui B. Ray-
mundus certas viuendi leges præ-
scripsit, ad ipsius Ordinis voca-
tionem accommodatissimas; qua-
rum approbationem, aliquot an-
nis post à fœlicis recordationis
Gregorio IX. impetrauit, & di-

ctum Petrum, qui eidem Ordini
omnia sua prompte dederat, pri-
mum etiam Generalem Ordinis
Magistrum suis ipse manibus ha-
bitu eodem indutum creauit.

Resp. Hornatam monilibus, &c.
Datum Romæ apud Sanctam
Mariam Maiorem sub annulo
Piscatoris die duodecimo Iunii
millesimo sexcentesimo decimo
sexto. Pontificatus nostri anno
duodecimo.

Scipio Cobellutius.

SCHOLIA SERAPHINI.

Agit de festo Beatæ Mariæ ad Niues, quæ historia nota est, patet-
que ex officio eiusdem festi. Illud aduertimus festa Beatae Ma-
riæ reduci tantum ad quatuor, quæ cadant sub præcepto vniuersa-
li, scilicet, Natiuitas, Annuntiatio, Purificatio, & Assumptio. capit.
1. de consecrat. distinct. 3. capit. vltim. de ferijs, Suarez tomo 1.
Relig. lib. 2. cap. 8. num. 1. Cæteræ verò solemnitates, seu festa Bea-
tæ Virginis ex particulari præcepto, deuotione, vel consuetudine
obseruantur. Vnde festum Beatæ Mariæ de Niues, nec Romæ, nec
alibi est de præcepto; sed Romæ ex consuetudine sub obligatione
obseruatur, alibi verò ex deuotione, vel consuetudine obligante.
Suar. dict. cap. 8. num. 15.

P A V L I V.

BVLLA SEPTIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- 1 *Confirmât Pontifex electionem Prioris Barcinonens. Canonice.*
- 2 *Instituuit etiam, quod inuolabiliter Prior dicti Conuentus Barcinon.
vacante Magistratu ipsius Ordinis, sit Vicarius Generalis.*

PAulus Papa V. Venerabilis frater, leu dilecti filii salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Prior, & fratres domus Beatæ Mariæ Barcinonensis Ordinis fratrum eiusdem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum. Quod licet in fundatione dicti Ordinis expresse statutum fuerat, quod Priori pro tempore dictæ domus, per illius fratres Canonice eligatur (quod specialiter ipsi domui, quæ Prior in dicto Ordine fuit erecta, & in qua Ordinis huiusmodi initium præcessit, reseruatum extitit) ac talis electio de persona ipsius domus, vel alterius Cœnobij Prouinciæ Aragonum fieri, & sic electus pro tempore existenti Magistro Generali præsentis Ordinis præsentare, & ab eo (dummodo electio ipsa Canonice, & sine vitio facta reperitur) confirmari debeat. Et in super, quod Magistratu ipsius Ordinis quouis modo vacante Prior confirmatus dictæ domus sit Ordinis huiusmodi Vicarius Generalis. Nihilominus nonnulli se iactarunt, & iactant extraiudicialiter tamen, & de facto procurarunt, & procurant, quod non obstantibus dictis statutis, Prior dictæ domus eligatur in Capitulo Generali, & non iuxta formam dictorum statutorum, nec in Ca-

pitulo Prouinciali, quod omnino contrarium erit dictis statutis hucusque inuolabiliter obseruatis, atque iuste, ritè, & rectè stabilitis: in Capitulo enim Generali minor pars fratrum est ex dicta Prouincia: vnde certum est, quod electus in Priorem nunquam esset de Prouincia prædicta; sed de aliqua alia longè forsam à ciuitate Barcinonensi distante, quod in magnum dictæ domus damnum, & detrimentum verteretur: quia tot, ac tanta priuilegia, immunitates, & prerogatiuæ dictæ domui, tam in Capitulis Generalibus, quam per diuersos Romanos Põtifices prædecessores nostros concessa destruerentur, annullarentur, & irrita prorsus fierent, tunc enim, nec dictæ domus Prior, nec per consequens (Magistratu prædicto vacante) Vicarius Generalis ex dicta Prouincia Aragonum existeret; præter quod cum dicta domus inopia laboraret, & ad ruinam tendat (cum cessaret amor patriæ) prorsus destrueretur, & intra breue tempus, contra pietatis officium, mater per filios obrueretur, cum autem, sicut dicta expositio subiungebat, iuri consonum non sit, originalem excellentiam dictæ domui à primis temporibus concessam, & in eius fauorem super inductam, & illius fratres sibi Priorem eligat, post tot tramites, his temporibus

Bullarium Ordinis

bus tam de facili in eius odium redarguere. Et licet, sic præsumatur, quod ipsius domus fratres inhabilem, & minus idoneum in Priorem eligant, cum (iuxta statuta prædicta) vocem non habeant, nisi Conuentuales, qui per quatuor annos à professione antiqui in Ordine sacro constituti, & in ea domo habitatores designati fuerint, ex quorum bonitate, & experientia semper præsumatur qui sint electuri Priorem, qui sit Religione, moribus, & doctrina, pro bona dictæ domus gubernatione in spiritualibus, & temporalibus, dignus, ac sufficiens nihilominus in euentum, in quam ex aduerso prætendi posset, quod etiam fieret electio de persona minus idonea, cum Prior electus debeat (vt præfertur) à Magistro Generali Ordinis confirmari, si minus dignus, ac sufficiens fuerit, poterit confirmatio denegari. Quo casu huiusmodi denegatio magis, aut congrua medela per indirectum, statutis præfatis contrauenire, & insuper scientia, doctrina, sanctitas, religio, ac tam in spiritualibus, quam in temporalibus circumspecta prouidentia, per Priores hucusque, sic electos, inuiolabiliter hætenus obseruata contra eorum bonitatem quidque præsumi non posse, satis comprobetur. Cupiant que præterea exponentes prædicti ab huiusmodi extraiudiciali-

bus iactationibus, & molestijs liberari, seque in sua possessione manuteneri, & in contrarium attentata reuocari, perpetuumque silentium desuper imponi. Ideo nobis humiliter supplicari fecerunt exponentes prædicti, vt eis in præmissis opportune provide-re, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem exponentes, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie, absoluentes, & absolutos ferre censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati. Tuæ fraternitatis charissimæ Episcopi, seu discretioni tuæ fili officialis, per præsentem committimus, & mandamus, quatenus vocatis ad id, qui fuerint vocandi, & præfixo (quibus de iure) aliquo breui, & peremptorio termino ad docendum, & allegandum in contrarium quidquid volunt, & possunt, eoque elapso, & nihil quod releuet edocto constituto de dictis statutis, & illorum obseruatione hætenus continuata, exponentes prædictos in pacifica possessione, seu quasi iuris eligendi dictæ domus Priorem pro tempore, iuxta dictorum statutorum formam, auctoritate

nostra (prout iuris fuerit) manuteneas, & Prioris, pro tempore, sic electi confirmationem à Magistro Generali dicti Ordinis, Nūtij, & pro tempore existētis, sub prætextu, quod in Capitulo Generali eligi debeat, aut alio quouis modo, nouo prætextu colere, aut occasione denegari non posse; sed electionem, sic factam (quatenus Canonica, & sine vicio facta fuerit) confirmari, & ad ueniēte casu vocationis dicti Magistratus, dictæ domui Priorē Vicarij Generalis officio fungi debere, ac omnes, & singulas electiones de dicto Priore, aliasque (vt præfertur) factas, prout etiā quascumque molestationes, vexationes, perturbationes de super per Magistrū Generalē, aut

alias quascūque personas, nūc, & pro tempore factas, iniquas, & temerarias fore, & esse; etiā prout iuris fuerit declaras, ac similiter, prout de iure reuoces perpetuū silentiū omnibus, & singulis, quibus opus, & prout iuris fuerit imponēdo. Nos enim tibi citādi, ac etiam sub censuris, & pœnis inhibēdi, cæteraque in præmissis necessaria, & opportuna facientes, & exercentes, vel exequētes; plenā, & liberam Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Petrum sub annulo Piscatoris die vltimo Martij 1609. Pontificatus nostri anno 4.

B. Bruder.

P A V L I V.

BVLLA OCTAVA.

SUMMARIVM BVLLÆ.

I Deceuit Pontifex, quod quarta pars bonorum, per quos vis fratres dicti Ordinis, quomodocumque acquiritorū, nostri Ordinis, domibus regularibus, in quibus eos decedere cōtingat, cedere, & ad eos pertinere debeat

Paulus Papa V. ad futuram rei memoriam, aliās felicitis recordationis Clementi Papa VIII. prædecessori nostro pro parte, tunc existētis Procuratoris fratrum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum exposito, quod licet de iure bona, quæ ali-

quis Religiosus acquirerat ad Cōuentū, in quo ille professionē emisserat, pertinere deberent. Nihilominus in ipso Ordine quādoque, sicut fieri cōtingebat, idē Clemēs prædecessor supplicationis dicti Prioris Generalis, sibi humiliter porrectis, inclinatus, & voto venerabiliū fratrum nostrorū

Bullarium Ordinis

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super cōsultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium præpositorum, quibus hoc negotium examinari commisserat, perpetuò statuit, & ordinavit, quod eiusdem Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, quacumque præditi essent auctoritate, & facultate superioris ipsius Ordinis bona quæcūque ex vna Prouincia extrahere, aut extrahi facere, ac ad aliam Prouinciam eiusdem Ordinis trāsferre, seu transferri facere, quauis de causa, vel prætextu, nullo modo possent. Quodque subditi, & Religiosi quicumque eiusdem Ordinis bona quælibet, per eos quomodocumque acquisita, alteri Conuentui, quam illi, in quo solemnem professionē emisissent relinquere, vel donare, nullatenus valerent, & quæ fecus facere quomodolibet ausi fuissent, priuationis dignitatum, & officiorum, per eos obtentorum, ac vocis actiua, & passiva, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum consequenda pœnam incurrant eo ipso, & alias, prout in dicti Clementis prædecessoris in simili forma Breuis sub die 19. Ianuarij 1601. expeditis litteris, quarum tenores præsentium, pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem sicut dilectus filius Ioannes de Busto

modernus Procurator Generalis dicti Ordinis nuper nobis exponi fecit, quod Superiores, & fratres dicti Ordinis in illius Capitulo Generali de anno 1609. celebrato congregati è re domorum dicti Ordinis fore censuerunt, quod etsi omnia bona fratrum dicti Ordinis ad domos in quibus professionem emittere pertineant, quarta tamen pars, bonorum, per eosdem fratres acquisite ipsi Contentui, in quo eos decedere contigerit, cedat, & ad eum pertineat. Nobis propterea Ioannes præfatus nobis humiliter supplicari fecit, vt super præmissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti Ordinis commoditatibus, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, dictum que Ioannem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa satis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat cōsequendum, harum serie absoluentis, & absolutū fore censes, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod de cætero perpetuis futuris tēporibus quarta pars bonorū, per quosvis fratres dicti Ordinis quomodocumque acquisite, dicti Ordinis domi-

domibus regularibus, in quibus eos decedere contingat, cedere, & ad eos pertinere debeat, dicta auctoritate, tenore presentium statuimus, & ordinamus, decernentes irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Quo circa venerabilibus fratribus Toletan. Hispalens. Cesar-augustan. Archiepiscopis, per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum presentes litteras, aut in eis contenta, quaecumque, vbi, & quando opus fuerit solemniter publicantes, faciant auctoritate nostra illos ab omnibus, ad quos spectat inuiolabiliter obseruari; contradictores quoscumque per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, inuocando etiam ad hoc (si opus fuerit, auxilium brachij secularis, non obstantibus litteris praefatis, & foelicis recor-

dationis Bonifacij Papae VIII. praedecessoris nostri de vna, & in Concilio Generali aedita de duabus dietis, dummodo, vltra tres dietas aliquis, auctoritate presentium, ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon dicti Ordinis, & iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnia tenore presentium pro expresse habentibus, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 24. Maij 1614. Pontificatus nostri anno nono.

Scipio Cobellatus.

P A V L I V.

BVLLA NONA.

SVMMARIVM BVLLAE.

3 *Diuisionem Prouinciae Lima in duas Prouincias, & Priores Prouinciales confirmat Pontifex.*

Bullarium Ordinis.

Paulus Episcopus Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Christi fidelium quorumlibet, præsertim sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium, prospero, fœlicique statui intendentes, illa quæ propterea ab ipsis capitulariter congregatis facta fuisse dicuntur, ut firma, & illibata perpetuò permaneant, libenter cum à nobis petitur, Apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Sanè pro parte dilecti filij Francisci Emmanuelis de Muniera Procuratoris Generalis fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, nobis nuper expositum fuit, quod cum Prouincia Limæ eiusdem Ordinis spatium quinquaginta leucarum amplecteretur, & ideo Prior Prouincialis dictæ Prouinciæ eam, illiusque domos regulares, propter nimiam à se inuicem distantiam, iuxta sibi incumbens officium visitare non posse. Definitorum Capituli Generalis in festo Pentecostes proxime præterito in domo eiusdem oppidi Biluili Tarraconens. Diœcesis celebrati, instantibus dictæ Prouinciæ fratribus, eandem Prouinciam in duas inuicem Prouincias, Limæ scilicet, & Quitensis, quarum quælibet per propriū Priorem Prouincialem sub certis modis, & forma tunc expressis eligendum, regi, & gubernari de-

deret reseruatò nostro, & sedis Apostolicæ beneplacito, diuiserunt, prout in scripturis desuper confectis plenius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Frãnciscus Emmanuel plurimum cupiat diuisionem præfactam, pro illius firmitori subsistentia, Apostolicæ confirmationis robore communiri, nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut super præmissis providere opportune, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Franciscum Emmanuelem, ac Prouinciæ sic diuisæ fratres specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, diuisionem dictæ Prouinciæ, ut supra factam, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus; ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti, & quosvis alios etiam, quantumuis substantiales

de-

defectus, si qui de suo quomodolibet interuenerint, supplemus. Decernentes diuisionem praefatam validam, firmam, & efficacem existere, & fore, ac Prouinciarum praefatarum fratribus, & alijs, ad quos spectat, & spectare poterit quomodolibet in futurum inuiolabiliter obseruari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quouam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon Ordinis, & praedictae Prouinciae, etiam

iuramento, confirmatione Apostolica in contrarium praemissarum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores praesentibus pro expressis habentes. illis alijs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 7. Martij. 1616. Pontificatus nostri anno 11.

Scipio Cobellutius.

PAVLO SVCCEDIT
Gregorius XV. anno

1621.

GREGORII XV.

BVLLA PRIMA.

SVMMARIVM BVLLAE.

i Confirmat decretum Capituli Generalis in ciuitate de Guadalaxara celebrati anno 1608. quod in praesenti Bulla continetur.

GRE-

Gregorius Papa XV. ad futuram rei memoriam, ut ea, quæ pro personarum quarumlibet, præsertim diuini numinis obsequijs, sub suauis Religionis iugo Altissimo famulantium bono, & quiete, per ipsorum Superiores, præsertim in Capitulis Generalibus statuta, & decreta sint firma, & illibata persistant, nostræ confirmationis robur illis libenter adiicimus, prout conspiciamus, in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū, totius Ordinis pro vacatione, quod orta fuerat difficultates in Capitulo Generali eiusdem Ordinis in domo illius regulari, oppidi de Gualaxara Toletan. Diocesis. de anno millesimo sexcentesimo decimo tertio celebrato, pro quibus æditum fuit decretum tenoris subsequens, videlicet. *(Ordina questo Sancto Definitorio, che circa la vacante del Generale, ne la quale succede vn Vicario Generale fino al Capitulo Generale futuro, che la clausula della constitutione, capitulo. iij. distinctione 2. do che dice.) Et licet Vicarius Generalis in officio Generalis succedat, illi tamen nullatenus liceat electores mutare, vel*

primare, aut novos eligere ad Capitulum Generale proximum; sed quantum ad hoc idem electores, quos Magister Generalis, per mortem, vel decessum, vel priuationem reliquit, permaneant; ita ut Religio in eodem statu perseueret, sicut fuerat ante vacationem Magistratus, &c. Habida intendere se non altrimenti diquel, che significa la lettera è che anno da restare li medesimo voci, per il Capitulo Generale futuro, & in simile caso chesi dilatino li Capituli Prouinciali, che d'coreranno in sino sia fatto il Capitulo Generale, an core che restino ne loro officij, li quali si probedono nel Capitulo Prouinciale, è che la constitutione del cap. 6. distinctione 6. che dice: Et Capitulo Prouinciale si celebret la Domenica in cantate d'itre intre anni è lege generale ordinaria, è questa altra, è restrictua, in caso che vacche il Generalato. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat Procurator Generalis prædictus, pro firmiori decreti huiusmodi validitate, & subsistentia, illud Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri, plurimum desideret. Nobis propterea, tam suo, quam totius Ordinis prædicti nominibus

bus supplicari fecit, vt de super opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Procuratorē Generalem specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, cenuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum ferie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati decretum huiusmodi, Apostolica auctoritate, tenore presentium, approbamus, & confirmamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos, tã iuris, quàm facti defectus, si qui

de super quomodolibet interuenierint, supplemus. Decernentes, decretum huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum inuolabiliter obseruari debere; ac irritum, & innane, si secus, super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Rome apud Sactam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die octauo Augusti millesimo sexcentesimo vigesimo primo. Pontificatus nostri anno primo.

Scipio Cobellutius.

SCHOLIA SERAPHINI.

In versu *Cbe la clausula de la Constitutione*, supposita Summi Pontificis declaratione, quod vacante Generalatu, non possint Capitula Prouincialia inter in celebrari, ne per nouam celebrationem mutantur vocales Capituli Generalis: contigit quod Reuerendissimus Generalis Magister Fr. Ioannes Ciprianus litteras patentes expediuit (vt moris est) ad Prouincialē Franciæ, vt ad Capitulum Prouinciale suffragantes vocaret debito tempore; quas accipiens Prouincialis executioni mandabit, notificabitque Commendatoribus, & Electoribus, qui suffragium in eo Capitulo habituri erant. Interim Magister Generalis eligitur à Rege Catholico Philippo III. in Episcopum Albarricinum, qui ante Summi Pontificis confirmationem celsit Generalatui, & intrauit regimen Barcinc-

Bullarium Ordinis

cinonensis Prioris, in suo Vicariatu Generali, cuius renūtiationis, & forsitan Regiæ nominationis intcij Prouinciales ceterique vocales Gallie, nouum celebrant Capitulum, nouique creantur ministri, & diuerſi Electores Capituli Generalis, dum autem per particularem nuntium petunt à Reuerendissimo prædicti Capituli Prouincialis confirmationem, vt secundum ordinis constitutiones petere tenentur, inuenit nuntius rerum statum mutatum, quæſitus vtrum valeret Capitulum? respondi validum fuisse tenereque Vicarium Generalem illud confirmare: quod quia sæpius contingere potest, vel in Italia, Francia, vel Indijs opere pretium duxi, fundamenta in præſentiarum proponere relictis alijs.

Sit primum: quamuis attento iuris rigore, mandatum, morte mandantis expiret, *l. Mandatum, C. mandantis, §. Rectè*, inttitur. eodem, Socin. regul. 311. Gabriel titulo de *Procurat.* conclusione 2. à principio utilitatis, tamen causa receptum est, vt valeant gesta per datarium ignorantem mortem mandantis, *l. Eius qui. 41. versiculo, Placebat, ff. si certum petatur, l. Inter, 26. ff. mandati, ibi: Inter causas omittendi mandati, etiam mors mandantis est, quia mandatum soluitur morte, si tamen per ignorantiam impletum est, competere actionem utilitatis causa dicitur.* Vbi Gottofredo, verbo, *Utilitatis*, dict. §. *Rectè*, Cuiat. ad *Africanam*, tractat. 8. ad *l. Qui negotia, §. vet. ff. mandati*.

Secundo probatur. Quando res non est integra morte mandantis, non obstante valent gesta per datarium, *l. Papinianus. 16. ff. de Publiciana*, dict. §. *Rectè*, in princip. ibi: *Dum adhuc res integra est*, institut. *Mandati, l. 2. cap. Mandati*, à contrario sensu, Couarru. practicarum capite 11. numero 1. sed in nostra specie res non erat integra, expediuit enim M. Generalis litteras ad Capituli celebrationem, & hæc Capitularibus tempore habili notificatæ fuere.

Tertio. Ea quæ quis facit iure proprio, & ordinario, valent data ignorantia mutationis status, *l. Si fortè. 17. ff. de officio Præſidis*, vbi valent, quæ præſes facit post aduentum successoris quem ignorat, & tamen per illius aduentum expirat iurisdicchio antiqui Præſidis, & eius officium, *l. Meminisse. 10. ff. de officio Proconsulis*, & in hoc differt à Delegato, *l. Mandatum, C. mandati cum similibus declarant Roman. & addit. singul. 58.* Couarru. practicar. 9. numero 7. versic. 2. Rebuff. in praxi, titulo

Forma

Forma Vicariatus, num. 210. & in regul. de publicandis, gloss. 18. num. 19. Roland. conf. 46. num. 18. volum. 1. Sed in nostro casu Prouincialis vtitur iure Ordinario, licet à superiore admonitus, vt potestatem exerceat, iuxta Ordinis constitutiones.

Tandem gesta, per procuratorem expresse à domino reuocatum, valent quouique reuocatio ei, & alijs ad quos spectat fuerit intimata, aut cognita, tam in iudicio, quam extra illud, C. *mandatum de procurat. l. si mandassem. 15. ff. mandati, ibi: Si mandassem tibi, vt fundum emeret, postea scripsissem, ne emeret, tu antequam scias me reuocasse emisses, mandati tibi obligatus ero.* Clement. 1. de renuntiat. cap. *Ex parte 33. de rescript. l. si Procuratorem. 65. in fine, ff. de procurat. vbi Bont. in finem, Abbas Antonius, & alij in dict. capit. mandatum, Immol. numero 14. in dict. Clementina 1. Felin. num. 19. & 21. in dict. capit. Ex parte.*

GREGORII XV.

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- 1 *Confirmat omnia priuilegia, & statuta concessa nostro Ordini à multis Pontificibus, qui hic ponuntur.*
- 2 *Archiepiscopos Toletan. Hispalens. & Cesaraugustanum super priuilegiarum, & concessionum, ab ipso Pontifice confirmatarum, obseruationem, Conseruatores iudices deputat, & constituit.*

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In iuncti nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt Religiosorum Ordinem, quorumlibet illorum, præsertimque sub suauis Religionis iugo, & peculiari præclaræ Deigenitricis Mariæ, vexillo Altissimo famulantes, Christi fideles in manibus infidelium tiranicæ detenti, iuxta eorum regularia instituta, redimere consueuerunt, paternam curam gerentes, priuilegia, gratias, facultates, & indulta à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris à Sede Apostolica concessa fuerunt, quo validius perpetuò subsistant Apostoli-

Bullarium Ordinis.

tolicæ confirmationis munime
 roboramus, prout conspicimus
 in Domino salubriter expedire:
 exhibita siquidem nobis nuper
 pro parte dilectorum filiorum
 Magistri Ioannis Antillon Vicarij
 Generalis Ordinis Beatæ Mariæ
 Redemptiois Captiuorum, per
 Italiam, & Magistrum Generalis
 Procuratoris in Romana Curia.
 Necnon Præsentali Didadi de
 Velasco Prouinciæ del Cuzco in
 partibus Indiarum, & Procuratoris
 Prouinciæ Castellæ, & Beticæ
 petitio continebat, quod cum
 inter omnes vitæ Regularis
 Ordinis, quibus ad ministerijs
 totum militantis Ecclesiæ corpus
 ad Christianæ pietatis cultum
 dirigitur, ille semper in primis
 ex omni sui parte conspicuus,
 & illustris esse dignoscitur,
 quem Beatissima Cælorum Regina
 ad Captiuorum in eorundem
 infidelium partibus miserere
 feruentium Redemptionem sancto
 Raymundo de Peñafort, & claræ
 memoriæ Iacobo Aragonum Regi;
 necnon cuidam Petro Nolasco,
 primo illius professori, dum vitam
 in humanis duxerunt, singulari
 quodam miserationis affectu, sibi
 fore charissimum, vt pie creditur
 reuelauit. Et foelicis recordationis
 Calixtus Papa III. prædecessor
 noster Ordinem ipsum ratione
 quarti voti, quo illius Religiosi
 se in fidelibus, in Captiuorum

Redemptionem, pignus fore deuouent,
 & obstringunt, cæteris Ordinibus
 vltiorem, & perfectiorem vocauerit.
 Sicque ipse ordo, iam inde ab anno
 millesimo vigesimo decimo octavo
 in ciuitate Barcinonensi, ab eodem
 Iacobo Rege, festo S. Laurentij
 Martiris sub inuocatione Beatæ
 Mariæ de Mercede Redemptionis
 Captiuorum nuncupato, institutus,
 & à pie memoriæ Gregorio Papa,
 etiam prædecessore vniuersas;
 necnon Apostolicas, tam sub
 plumbo, quam in forma Breuis
 de super quomodolibet expeditas
 litteras, quas, & quæ idem
 Gregorius, & similis memoriæ
 Gregorius IX. Innocentius III.
 VI. & IX. necnon Alexander etiam
 III. & VI. ac Clemens similiter
 III. VI. & VII. & Ioannes XXII.
 necnon Nicolaus III. III. & V.
 necnon Martinus etiam V. & Eugenius
 pariter III. & Paulus II. III.
 & IIII. ac Sixtus III. & Julius
 II. & III. necnon Leo X. Sixtus
 V. ac Clemens IIII. idemque
 Paulus V. & alij quicumque
 Romani Pontifices prædecessores
 nostri huic vniuerso Ordini de
 singulis illius Prouincijs, Monasterijs,
 Prioratibus domibus, & alijs
 regularibus domibus; necnon
 Generali Magistro, illiusque
 siue ipsius Ordinis Vicario,
 seu Vicarijs, Procuratoribus,
 Visitatoribus, Prouincialibus,

bus,

bus, Redemptoribus Captiuorum, Electoribus, Definitoribus, Commendatoribus, vocalibus, aliisque officialibus, quocumque nomine nuncupentur, ac ceteris illius fratribus, & Religiosis quibuscumque, tam in genere, quam in specie, etiam per modum communicationis, extensionis, & ampliationis, ac alias quomodolibet, & sub quibusvis verborum formis, & expressionibus, concesserunt, innouarunt, confirmarunt, & approbarunt, quorum omnium, & singulorum tenores, etiam si talia forent, quae specialem, & indiuiduam mentionem requirunt, praesentibus, ac si de verbo ad verbum inferrentur, pro plene, & sufficienter expressis volumus; dummodo tantum sacris Canonibus, & praecipue decretis Concilij Tridentini, ac constitutionibus Apostolicis, dicti Ordinis institutis regularibus contraria, & sub aliquibus reuocationibus comprehensa non sint, ac in usu existant, Apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo approbamus, confirmamus, & innouamus, ac quatenus opus sit, ea omnia, & singula de nouo concedimus, illisque perpetuae, & inuiolabilis Apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & singulas, tam iuris, quam facti quarumcumque solemnitatum de iure, & consuetudine, ac alias

quomodolibet requisitarum, ac in praemissis omissarum; necnon quoscumque alios etiam, quantumuis substantiales defectus, si qui forent in eisdem, aut aliquorum quomodolibet interuenierint, & efficaces esse, & fore, suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: sicque per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auctores, ac sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales; etiam de latere Legatos, dictaque Sedis Nuncios iudicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabilibus fratribus Tolet. & Hispalens. ac Celsaraugust. Archiepiscopis, per Apostolica scripta, mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios, easdem praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ioannis, & Procuratoris, ac Didaci praedictorum, seu alterius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant, auctoritate nostra, easdem praesentes litteras, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit quomodo-

libet

Bullarium Ordinis

libet in futurum, inuolabiliter obseruari, ipsosque Ioannem, & Procuratorem, ac Didacum approbatione, confirmatione, roboris adiectione, defectuum suppletionem, aliisque præmissis omnibus, & singulis, iuxta earumdem præsentium litterarum continentiam, & tenorem, pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, seu eorum aliquem, desuper quoscumque quomodolibet indebite molestari, contradictores, & reuelles quoslibet, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis, super his habendis, seruatis processibus vllas sententias, censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse, seruata forma Concilij huiusmodi, declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstantibus eiusdem Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris diuina prouidentia, de vna, & Concilij Generalis ædita de duabus dietis, dummodo intra tres dietas, aliquis, vigore earumdem præsentium, extra suam ciuitatem, vel Diœcesim, ad iudicium non trahatur, ac alijs Apo-

stolicis constitutionibus, & dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cõsuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Et quia difficile foret, easdẽ præsentem litteras ad singula loca vbi necessaria fuerint, deferre, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod earumdem litterarum transcriptis, etiam impressis, ac etiã manu, & sigillo, pro tempore existentis Magistri Generalis ipsius Ordinis, seu illius Vicarij subscriptis, seu munitis, eadem fides adhibeatur, tam in iudicio, quàm extra illud, quæ ipsius litteris adhiberetur, si illæ fuissent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã nostræ absolutionis, confirmationis, adiectionis, supplicationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1622. Kalend. Aprilis. Pontificatus nostri anno 2.

GRE-

GREGORII XV.

BULLA TERTIA.

SUMMARIVM BVLLE.

i Concedit Pontifex (ad instantiam Reuerendi Patris Magistri Fratris Didaci de Velasco, tunc in Indiarum Regnis Prouincialis del Cuzco, & in Romana Curia Generalis Procuratoris, postea semel, & iterum Redemptoris, apud Regna Tetuan, & Marruecos) quod Vicarij Generales Indiarum, vsque ad presentationem litterarum (quas patentes vocant) nullatenus sua iurisdictione uti possint.

Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoria. Inuncti nobis Apostolici muneris sollicitudo postulat, vt circa statum personarum Religiosarum quarumlibet inuigilantes ad ea, per quae prospero foelique statu illarum statui, & directioni consulitur, sedulo intendamus, aliasque statuamus, & ordinemus, prout cōspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque sicut dilectus Filius Didacus de Velasco Prouinciæ del Cuzco in Indijs fratrum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum Minister Prouincialis nobis nuper exponi fecit, quod Vicarij Generales, qui pro tempore ad Prouincias eiusdem Ordinis, in Indijs similiter existentes, visitare mittuntur, antequam ad Prouincias huiusmodi perueniant, facul-

tatibus sibi propterea concessis vtantur, indeque maxima scandala, ac incōuenientia orta sint, & in dies oriantur. Idcirco Nos, pro nostri pastoralis officij munere præmissis, quantum cū Domino possumus obuiare volentes, supplicationibus eiusdē Didaci nomine, nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Vicarij prædicti, qui ad huiusmodi Prouincias perueniant, iuxta regularia dicti Ordinis statuta, Apostolica auctoritate confirmata, quoad vsque patentes eorū litteras ostendant illis vti nullo modo possint, Apostolica auctoritate, tenore presentium statuimus, & ordinamus. Decernotes, præsentem litteras semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus

Bullarium Ordinis.

fortiri, ac obtinere, ac omnibus, quos illi concernunt, & concernere poterunt quomodolibet in futurum firmiter, & inuiolabiliter obseruari debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contige-

rit attentari, in contrarium facientibus nō obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sântum Petrum sub annulo Piscatoris die quarto Aprilis millesimo sexcentesimo vigesimo secundo. Pontificatus nostri anno secundo.

SVB GREGORIO XV.

BVLLA QVARTA.

Ab Alexandria Patriarcha, Alexandro de Sangro, Archiepiscopo Beneuentano, in Hispaniarum Regis Curia Nuncio, pro Gregorio Papa XV. expedita.

SVMMARIVM BVLLÆ, SEV DECRETI:

Confirmat potestate Apostolica Commissarium Generalem Ordinis Discalceatorum Beatae Mariae de Mercede Prouinciæ Castellæ, nominatum a Magistro Generali, & Prouinciali, qui eos regat, & gubernet.

Alexander de Sangro, Dei, & Apostolicæ sedis gratia Patriarcha Alexandrinus Archiepiscopus Beneuentanus Sanctissimi D. nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. eiusdem Sedis in Hispaniarum Regnis, cum potestate Legati de latere Nuncius, causarūque Cameræ Apostolicæ Collector Generalis: vniuersis, & singularis discretis viris Commissarijs, Prouincialibus Commendatoribus, alijsque superioribus

quibuscumque Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Prouinciæ Castellæ salutem in Domino. Ex parte dilecti nobis in Christo fratris Iosephi de Iesu Maria Commissarij Generalis fratrum Discalceatorū dicti Ordinis prædictæ Prouinciæ Castellæ, eiusdem Ordinis professoris, fuerunt nobis presentatæ quædam litteræ R^{mi} Magistri Generalis fratris Ambrosij Machini, totius dicti Ordinis Magistri Generalis tenoris sequētis.

Fray

Fray Ambrosio Machin Mae-
 stro en Santa Teologia, por la
 gracia de Dios, y de la Santa
 Sede Apostolica, Maestro
 General de todo el Orden de
 nuestra Señora de la Merced
 Redencion de Cautiuos. Por
 quanto por algunas justas cau-
 sas, que a ello nos han mouido,
 nos ha parecido conuenir al
 buen gouierno de nuestra Re-
 colleccion, y sus Conuentos de
 nuestra Prouincia de Casti-
 lla. Y para mayor reformation
 suya el nombrar vn Comissa-
 rio General, que los rixa, y go-
 uierne, que sea de la dicha Re-
 colleccion. Y auiendose conferi-
 do el dicho intento entre el Pa-
 dre Prouincial de la dicha
 nuestra Prouincia, y todos los
 Prelados de la dicha Recolec-
 cion, nos consta estar conueni-
 dos, en que el dicho nombramie-
 to de Comissario General se
 haga con algunas condiciones,
 que por menor, y en particular
 estan expressadas en la escri-
 tura de Concordia, que el di-
 cho Padre Prouincial, y la di-
 cha Recoleccion se ha otorgado
 en esta villa de Madrid, a que
 nos referimos. Vna de las qua-
 les ha sido, que el dicho nom-

bramiento de Comissario Ge-
 neral, que rixa la dicha nues-
 tra Recoleccion Pro hac vice
 dumtaxat, le ayamos de hazer
 por nos, y nuestra propia per-
 sona. Por tanto, teniendo como
 tenemos entera satisfacion de
 la del Padre fray Ioseph de Ie-
 sus Maria, de su virtud, y le-
 tras, reformation, y pruden-
 cia. Por el tenor de las presen-
 tes, y en virtud de la suprema
 autoridad de nuestro oficio, y
 de lo conuenido en la dicha es-
 critura de Concordia, para po-
 der hazer el dicho nombramie-
 to, señalamos, y nombramos al
 dicho fray Ioseph de Iesus Ma-
 ria, Comendador que es al pre-
 sente de nuestro Conuento de
 Santa Cecilia de Ribas, por
 Comissario General de la di-
 cha nuestra Recoleccion, y to-
 dos sus Conuentos de nuestra
 dicha Prouincia de Castilla, y
 que como tal Comissario Gene-
 ral los rixa, y gouerne, tam
 in spiritualibus, quam in tem-
 poralibus, hasta el Capitulo
 Prouincial, que se celebre de
 la Pascua, que viene de Espi-
 ritu santo deste presente año
 de seiscientos y veinte y tres,
 conforme a la dicha escritura

Bullarium Ordinis

de Concordia, hecha entre la dicha nuestra Recoleccion. Y el dicho Padre Prouincial, sin exceder lo en ella contenido, le damos todas nuestras vezes, y poder, tal, y tan cumplido como Nos le tenemos: y podemos darle, mandando, como por la presente mandamos (en virtud del Espiritu Santo, y conforme al precepto de obediencia, y pena de excomunion latae sententiae trina canonica monitione praemissa, y de priuacion de sus officios) a los venerables Padres Comendadores, Vicarios, o sus Presidentes, y a los demas Religiosos de la dicha Recoleccion desta nuestra Prouincia de Castilla, de qualquier estado, y condicion que sean, sin excepcion alguna, que luego que estas nuestras letras les fueren intimadas, tengan, traten, y reciban, o hagan tener, tratar, y recibir al dicho Padre fray Ioseph de Iesus Maria por tal Comissario General de la dicha nuestra Recoleccion, por Nos nombrado, sin contrauenir por ninguna razon, o causa a lo por Nos en ellas ordenado, y mandado. Y para que conste ser esta nuestra volun-

dad, mandamos dar, y dimos las presentes firmadas de nuestro nombre, selladas con el sello mayor de nuestro officio, y referendadas por nuestro Secretario. En este nuestro Conuento de Madrid a veinte de Enero de seiscientos y veinte y tres años. Fray Ambrosio Maestro General. Por mandado de nuestro R^{mo} Padre General fray Gaspar Prieto Secretario.

Postquam quidem litterarum praesentationem, fuit ex parte dilecti exponentis nobis humiliter supplicatum, quatenus praesentatas litteras Apostolica auctoritate confirmare, & validare dignaremur. Nos igitur exponentem apud nos, multiplici commendatione generoso fauore prosequi volentes, & a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, dummodo in illis, per annum non inforduerit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, ex absolutum fore censes, praesentatas litteras, & in eis contenta Apostolica auctoritate confirmamus, & validamus, illisque Apostolicum uniminis robur adijcimus

cimus, omnesque & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si eis quomodolibet interuenerint supplemus, & eadem auctoritate tollimus: mandamus vobis omnibus, & singulis, quatenus praefatum exponentem in praemissis nullo, vel quaesito colore molestare audeatis, vel praesumatis; sed irritum, & inane, si secus, quauis

auctoritate, contigerit attentari. Constitutionibus dicti ordinis, quibus hac vice derogamus, aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Martiri Toletan. Diocesis. anno Domini 1621, septimo Kalendas Iulij. Pontificatus praefati Domini nostri Domini Papae anno primo.

GREGORII XV.

BULLA QUARTA.

SUMMARIVM BVLLAE.

Concedit Pontifex omnibus, qui in festo solito celebrari Dominica proximo mensis Augusti, in Ecclesijs Beatae Mariae de Mercede, dictas Ecclesias a primis Vesperis, usque ad occasum solis diei sequentis visitauerint deuote, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam.

Etiam concedit his qui easdem Ecclesias singulis diebus infra octaua dicti festi, ut supra, visitauerint, & ut praefertur, orauerint, quo die praedictorum id egerint, tres annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentibus, in forma Ecclesiae consueua relaxat: praesentibus ad detentiuum tantum valentibus.

Gregorius Papa XV. vniuersis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium Religionem, & animarum salu-

tem, caelestibus Ecclesiae thesauris, pia charitate nitenti, omnibus vtriusque sexus fidelibus Christi vere poenitentibus, & cofessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesijs fra-

Bullarium Ordinis

trum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, vbique existentibus, die festo Beatæ Mariæ de Mercede Dominica proximiori primo die mensis Augusti celebrari solito à primis Vesperis, vsque ad occasum solis diei huiusmodi, singulis annis deuotæ visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer, in Domino concedimus. His vero, qui easdem Ecclesias singulis diebus infra octauam dicti festi, vt supra visitaauerint, quo die prædictorum id egerint, tres annos, & totidem eis quadragenas de iniunctis eis,

seu alias quomodolibet debitis poenitentijs, in forma Ecclesiæ consueta, relaxamus. Præsentibus ad decennium tantum valituris. Volumus autem, vt si alias Christi fidelibus dictas Ecclesias visitando, aliquam indulgentiam perpetuo, vel ad tempus nõcum elapsum duraturâ, cõcesserimus, præsentibus nullæ sint, vtque etiã præsentium trasumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die tertia Martij millesimo sexcentesimo vigesimo secundo. Pontificatus nostri anno secundo.

GREGORIO SVC-
cedit Vrbanus Papa VIII.

anno 1623.

VRBANI VIII.

BYLLA PRIMA.

SPM.

SUMMARIVM BVLLÆ.

Prohibet Presbyteris secularibus Indiarum Orientalium, & Occidentalium, ne exigant, nec prætendant maiorem eleemosynam ab his, qui in Ecclesijs fratrum Beatae Mariae de Mercede sepelientur ea, quam illis præscribit Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 13. de reformat. iuxta explicationem à felicis recordationis Pio Papa V. Datum Romæ anno 1617. nec medietatem, vel aliam partem eleemosynarum pro Missis celebrandis.

VRbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Expositum nuper nobis fuit pro parte dilecti filij Aloisij Aparicio Procuratoris Generalis Ordinis fratrum Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, quod in partibus Indiarum Orientalium, & Occidentalium, quando quis in ultimo suo testamento, seu alia eius dispositione, se post obitum in Ecclesijs dictorum fratrum sepeliri velle disponunt, Presbyteri sæculares dictarum partium, prætextu quartæ, quæ funeralium dicitur, duplicatam, & maiorem, ea quæ ipsis competeret, si in eorum Ecclesijs sepelirentur, eleemosynam exigere. Præterea iidem Presbyteri sæculares eleemosynarum eisdem fratribus, pro Missis in eorum Ecclesijs, per Christi fideles, pro animarum suarum refrigerio, & salute celebrandis relictarum medietatem prætere non ventur. Quo fit, ut pijs Christi fidelium prædictorum voluntati-

bus minime satisfiat, & fratribus prædictis non leuia exinde detrimenta inferantur. Idcirco pro parte dicti Aloisij nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis, de benignitate Apostolica opportune prouidere dignaremur. Nos igitur huiusmodi abusus omnino tollere, ac dicti Ordinis commoditatibus, & propagationi, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotijs Regularium præpositorum consilio omnibus, & singulis Parochialium Ecclesiarum vniuersalium Indiarum Orientalium, & Occidentalium Rectoribus, harum serie, sine præiudicio, tamen iurium alij legitime competetium, inter dicimus, & prohibemus, ne sub excommunicationis maioris latæ sententiæ poena à qua non nisi à nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis

Bullarium Ordinis.

articulo absolui possint, ex nunc deinceps, perpetuis futuris temporibus, maiorem eleemosynam ab his, qui in dictorum fratrum Ecclesijs sepelientur, ea quã illis præscribit Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 13. de reformatione, iuxta explicationem à felicis recordationis Pio Papa V. prædecessore nostro emanatam. Sub datum Romæ apud S. Petrũ anno Incarnationis Dominicæ 1563. die 17. Kalendas Iunij Pontificatus sui anno 2. nec medieta- tem, vel aliam partem eleemosynarũ pro Missis celebrandis prædictis Regularibus relictarũ, quouis prætextu, vel occasione; etiã de consilio, vel consensu, & mandato suorum Ordinariorum, exigere valeant, seu præsumãt. Quo circa dilectis filijs causarum Curie Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, ac Indiarum Orientalium, & Occidentalium societatis Iesu Provincialibus, nunc, & pro tẽpore existentibus, per præfentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte superiorũ, & fratrum dicti Ordinis, aut alicuius eorũ fuerint requisiti, præfentes litteras, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantis, eisque in præmissis, & efficaci defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra

illos præmissorum comodolibet effectu pacifice frui, & gaudere, non permittẽtes illos desuper à quoquã quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, contradictores quoscumque, ac præmissis non parentes, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna inris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc brachij sæcularis auxilio, non obstantibus præmissis, ac cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis Ecclesiarum, & Ordinis prædictorum; etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ecclesijs, & Ordini, earumque Regionibus, Superioribus, & fratribus, & quibusuis alijs in cõtrarium præmissorum quomodolibet cõcessis, confirmatis, & innouatis felic. recordat. Gregorij Papæ XIII. etiam prædecessoris nostri. Sub datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1572. Pontificatus sui anno primo. Quibus ordinibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium trasumptis; etiam im-
pres-

preſſis, manu alicuius Notarij pu-
blici ſubſcriptis, & ſigillo perſo-
næ in dignitate Apoſtolica con-
ſtitutæ munitis, eadem vbique ſi-
des in iudicio, & extra adhibea-
tur, quæ ipſis præſentibus adhi-

beretur ſi forent exhibitæ, vel
oſtenſæ. Datum Romæ apud Sã-
ctum Petrum ſub annulo Piſca-
toris die 19. Ianuarij 1628. Pon-
tificatus noſtri anno quinto.

SCHOLIA SERAPHINI.

Prohibet primo ſæcularibus Clericis, & Parochis Indiarum, ne
exigant maiorem eleemoſynam, quam præſcripta à Concilio
Tridentino ſect. 25. capit. 13. quando ſæculares ſepeliuntur in Ec-
cleſijs regularium, de quo iam ſupra dixiſti. Concil. autem Trident.
agit de quarta funeralium ſolita ſolui ante annos 40. notant Emma-
nuel. 1. tom. de regularib. quæſt. 36. artic. 8. Azor tom. 1. lib. 12. ca-
pit. 18. verſic. 63. Spin. in ſpeculo teſtament. gloſſ. 2. num. 39. de ele-
ctione ſepulturæ, Gratian. 1. tom. cap. 94. num. 76.

Secundo iubet ne exigant partem aliquam ex eleemoſynis, quas
fideies dant, vel relinquunt, promiſſis alijsve anniuerſarijs. Prouaſti
ſupra in Bulla 2. Clement. IIII.

VRBANI VIII.

BVLLA SECVNDA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

I Concedit Pontifex, vt feſtum Sancti Raymundi Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ Cardinalis, tituli S. Euaſtachi, celebretur in Ordine noſtro, cū
Miſſa, & Officio de communi Confefſoris non Pontificis, iuxta ru-
bricas Breuiarij, & Miſſalis Romani. Ad inſtantiam R. P. M. F.
Ioannis de Quintanilla Procur. Gener. in Urbe.

VRbanus Papa VIII. ad
perpetuam rei memoriã.
Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui
ſeruos ſuos æternæ gloriæ præ-
mio donat, in cœlis, vices quam-
quam immeriti gerentes in ter-
ris, ex iniuncto nobis paſtoralis

officij debito procurare tene-
mur, vt eorundem ſeruorum
Chriſti debita veneratio, in dies,
magis promoueatur, & laudetur
Dominus in ſanctis ſuis. Quam-
obrem fidelium quorumlibet,
præfertim vero, dum numinis ob-
ſe-

Bullarium Ordinis

sequijs sub suavi Religionis iugo famulantium votis, quæ peculia rem Sanctorum huiusmodi cultum respiciunt, libenter annuimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire. Sane dilectus filius Ioannes de Quintanilla Procurator Generalis Ordinis fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum totius Ordinis huiusmodi nomine, nobis nuper exponi fecit, quod vniuersus ordo prædictus pro eo, quem erga Sanctum Raymundum Nonnat, eiusdem Ordinis, dum vixit, professorem, ac Sæctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem gerit, deuotionis affectu; ac de augendam Christi fidelium, erga illum, deuotione, officium, & Missam de eo, vt infra recitari, & celebrari posse, summo pere desiderat. Quare nobis humiliter supplicari fecit, vt pijs huiusmodi votis annuere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ordinem præfatum specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, ac singulares eius personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum, harum serie absoluentes, & absolu-

tas fore censentes, supplicationibus eiusdem Ioannis, quo supra nomine, nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, sacris ritibus præpositorum, consilio, quod de cætero perpetuis futuris tēporibus, in vniuerso Ordine præfati Sancti Raymundi huiusmodi cū officio, & Missa de communi Confessoris, nō Pōtificis, iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani celebrari libere, & licite possit, & valeat, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, facultatem cōcedimus, & impertimur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, aut quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate roboratis, statutis, & cōsuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscūque. Volumus autem, quod præsentium trasumptis; etiā imprefsis manu alicuius Notarij publici subscriptis, sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica positæ, vel constitutæ munitis, eadē prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datū Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 9. Maij 1626. Pontificatus nostri anno tertio.

Scipio Cobellutius.

C O L L E C T O R.

Sanctus noster Raymundus Nonnatus, Hispanus, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, tituli Sancti Eustachij, creatus à Gregorio IX. ob egregiam vitae sanctitatem Cathalogo sanctorum tuit adscriptus à Benedicto XIII. sic R. P. M. Frater Lucas Castelinolib. *De veritate gloria sanctorum canonizatorum* in Cathalogo erum littera R. Quod euenit anno millesimo quadragesimo decimo quarto, postquam idem Pontifex sacrum corpus eiusdem Sancti Raymundi in Ecclesia Sancti Nicolai Diocesis de Solsona in Cathaloniae Principatu collocatum, in visendum adorandumque venisset: motus miraculis, & prodigijs in numeris, quae ad inuocationem nominis Sancti Raymundi, tactumque sui corporis, Deus operabatur, quorum magna pars idem Pontifex comprobauit oculisque perspexit. Sic Magister frater Bernardus de Vargas 1. tomò Chronicae nostri Ordinis capite 11. pagina 216. littera D. Quae canonizatio valida fuit, quia Concilium Constanciense celebratum anno supra citato (in quo ad fuerunt 29. Cardinales, 47. Archiepiscopi, 270. Episcopi, 164. Abbates, & Priores, inter quos inter fuit noster R. P. M. F. Antonius Taxal, totius Ordinis Magister Generalis, electus Archiepiscopus Lugdunensis, grauisissimis Patribus nostri Ordinis committatus, ab Alphonso Aragonum Rege missus) omnia praedicti Pontificis gesta approbauit, licet communi consensu totius Concilij, tanquam peritrus, pertinax seismaticus, & rebellis Ecclesiae, iuste Pontificatu fuisset priuatus 7. Kalend. Augusti anno millesimo quadragesimo decimo septimo, postea à SS. D. N. Urbano VIII. (de consilio Eminentissimorum Cardinalium sacris ritibus praepositorum) concessum fuit omnibus dicti Ordinis professoribus, vt de eodem Sancto Raymundo, die eius festo possint liberè, & licitè officium, & Missam de communi Confessorum, non Pontificum recitare.

VR.

V R B A N I VIII.

BVLLA TERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Confirmat Pontifex decreta duorum Capitulorum nostri Ordinis: Videlicet ne vllus Vicarius, seu Visitator Generalis à partibus Indiarum in Hispaniam redire valeat, etiamsi super hoc opportunam à Magistro Generali dicti Ordinis licentiam obtinuerit, nisi prius residentia sua in dictis partibus Indiarum administrationis suo, quem in easdem partes, pro tempore, mitti contigerit successoris rationem reddiderit.

VRbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriã. Hijs quæ, pro personarum, suavi sub Religionis iugo, Altissimo famulantium, statu prospere dirigendo, in Capitulis præsertim Generalibus provide statuta, & decreta sunt, vt firma, & illibata persistant, & ab his, ad quos spectat inuiolabiliter obseruentur, Apostolici muniminis libenter adijcimus firmitatem, prout conspicimus salubriter in Domino oportere. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, quod in duobus ipsius Ordinis Capitulis Generalibus vltimo celebratis, inter alia, statutum, & decretum fuit, ne vllus Vicarius, seu Visitator Generalis à partibus Indiarum in Hispaniã redire valeat, etiamsi super hoc opportunam à Magistro Generali dicti Ordinis licentiam obtinuerit, nisi prius residentia sua, in dictis partibus Indiarum administrationis suo, quem in easdem partes, pro tempore, mitti contigerit successoris, rationem reddiderit, prout in scripturis de super confectis, plenius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Procurator Generalis decretum prædictum, pro illius subsistentia, & obseruantia firmiteribus, Apostolicæ nostræ confirmationis robore plurimum desideret communiti, nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt in præmissis oportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti decreti inuiolabili obseruationi, quam

tam cum Domino possumus, cō-
fulere volentes, huiusmodi sup-
plicationibus inclinati, de vene-
rabilium fratrum nostrorum Sā-
ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-
lium sacris Regularium Præpo-
sitorum consilio, decretum su-
prædictum approbamus, & con-
firmamus, illique inuiolabilis A-
postolicæ firmitatis robur ad-
ijcimus, ac omnes, & singulos,
tām iuris, quàm facti defectus, si
qui desuper quomodolibet inter-
uenerint supplemus. Decernen-
tes, decretum prædictum; necnō
præsentis litteras valida, firma,
& efficacia existere, & fore, suos
que plenarios, & integros effe-
ctus fortiri, & obtinere, ac ab
omnibus, ad quos spectat inuio-
labiliter obseruari. Sicque per
quoscūque Iudices ordinarios,
& Delegatos, quauis auctorita-
te fungentes, etiam causarum
Palatij Apostolici Auditores iu-
dicari, & definiri debere, ac irri-
tum, & inane quidquid secus su-

per his à quoquam, quauis aucto-
ritate, scienter, vel ignoranter,
contigerit attentari. Non obstan-
tibus constitutionibus Apostoli-
cis; necnon dicti Ordinis, etiam
iuramento, confirmatione Aposto-
lica, vel quauis alia firmitate
roboratis, statutis, & consuetu-
dinibus, priuilegijs quoque indul-
tis, ac litteris Apostolicis in con-
trarium præmissorum, quomo-
dolibet concessis, confirmatis,
& innouatis. Quibus omnibus,
& singulis eorum omnium tenen-
tes, pro plene, & sufficienter ex-
pressis habentes, illis alias in suo
robore permansuris, pro hac vi-
ce, dumtaxat specialiter, & ex-
presse derogamus cæterisque cō-
trarijs quibuscumque. Datum
Romæ apud Sanctam Mariam
Maiorem sub annulo Piscatoris
die vigesimo septimo Septemb.
millesimo sexcentesimo vigesi-
mo septimo. Pontificatus nostri
anno quinto.

Scipio Cobellutius.

SCHOLIA SERAPHINI.

Confirmat, & decernit ne Vicarius, seu Visitator Generalis à par-
tibus Indiarum discedat, antequam successori rationem admini-
strationis reddat. Idque summa cum ratione, nam administrator,
tenetur redere rationem in loco administrationis, & ad eum com-
pelli debet Auth. de Collator. §. *Super*, & §. *Si quis autem*, & in lib.
1. & 2. cap. *Ubi de Ratiocinijs agi oportet*, & in lib. 32. titulo 2. parte 3.
decif. Genuens. ibi num. 1. *Escobar de Ratiocinijs*, cap. 4. à num. 2. Ad-
ministratores vero rerum publicarum, & magnatum reddere ra-
tiones debent in Curia Regis, & domibus magnatum Otalora de
nobilitate 5. part. capit. vltim. num. 16. Muñoz de Escobar dict.
cap.

Bullarium Ordinis

cap. 4. num. 3. Auiles, verbo, *Yacaben*, cap. 30. num. 2. de *Pratoribus*, Auendaño de *Exequendis mandatis*, p. 1. cap. 9. num. 4. colligiturque ex l. *Talis*, §. *Præsens*, ff. de *conditione, & demonstratiõne*, ubi obseruat Biuian. Vtrum autem administrator absens à loco administrationis, citari, aut remitti possit ad locum eundem? Videndus est Co-uarru. practico. cap. 10. num. 4. versic. 4. Bernard. regul. 642. limitat. 8. Barbof. l. *Hæres absens*, §. 1. à número 66. titulo de *Iudicijs*, potest etiam conueniri, in loco de milicia, iuxta regul. dist. l. *Hæres*, §. final. Castro in l. *Prator*. cit. §. *Sed est hoc*, num. 3. ff. de *Edendo*, Socin. consil. 149. num. 4. lib. 1. Barbofa d. §. 1. num. 76.

VRBANI VIII.

BULLA QUARTA.

SUMMARIVM BULLÆ.

I Constituit Princeps, ut nullus nostri Ordinis Professor, qui earumdem Prouinciarum filius non sit, aut saltim ipsis naturalizationem, vel affiliationem, spatio quadriennij non obtinuerint, quævis munitæ, vel officia in eisdem Prouincijs obtinere, & exercere, nullatenus possit.

VRbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam, Apostolica autoritate tenore præsentium statuimus, & ordinamus, decernentes, per præfentes litteras perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac in eisdem Prouincijs inuiolabiliter obseruari sicque, & non aliter, per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Prouinciarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolicis, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs

aliàs in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum

Petrum sub annulo Piscatoris die decimo quinto Decembris millesimo sexcentesimo vigesimo septimo. Pontificatus nostri anno quinto.

VRBANI VIII.

BVLLA QVINTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Ordinat, & concedit Pontifex (ad instantiam Reuerendi Patris Magistri fratris Ludouicus de Aparicio in Romana Curia, tunc Procuratoris, & Vicarij Generalis, postea in Toletana Academia Vespertina Cathedra Theologiae Proprietarij moderatoris, & Doctoris, Sancta Inquisitionis Senatus Calificantis Cōsultoris, &c.) quod in vniuerso nostro Ordine celebretur festum S. P. N. Petri Nolasci, cum officio, & Missa de communi Confessoris, non Pontificis, iuxta rubricas Breviarj, & Missalis Romani.

VRbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriã. Domini nostri Iesu Christi, qui seruos suos æternæ gloriæ præmio donat in in cœlis, vices quãquam immeriti gerentes in terris, & incumbenti nobis munere procurare tenemur, vt eorundem seruorum Christi debita veneratio in terris in dies magis promoueat, & laudetur Dominus in sanctis suis. Quamobrem fidelium quorumlibet, præsertim vero sub suaui Religionis iugo Altissimi famulantium votis, quæ peculiarem ipsorum sanctorum cultum respiciunt, li-

benter annuimus, ac fauoribus prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Sane dilectus filius Ludouicus de Aparicio fratrum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum Procurator Generalis, eorundem fratrum nominibus nuper nobis exponi fecit, quod fratres prædicti, pro singulari, quem erga Sanctum Petrum Nolascum, dicti Ordinis fundatorem gerunt deuotionis affectum, ac ad augendam erga illum deuotionem, officium, & Missam de eo infra, recitari, & celebrari posse

Bullarium Ordinis

posse, summopere desiderant. Quare eodem, quo supra, nomine, nobis humiliter supplicari fecit, ut desuper opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur pijs eorundem fratrum votis huiusmodi annuere, illosque specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium sacris ritibus praepositorum consilio, re mature discussa, ad maiorem sanctorum gloriae, diuinaeque cultus augmentum, quod de cetero perpetuis futuris temporibus festum dicti

S. Petri Nolasci eiusdem Ordinis fundatorem, cum Officio, & Missa de communi Confessoris, non Pontificis, iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani, in vniuerso Ordine praedicto celebrari liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate, tenere praesentium, facultatem concedimus, & impertimur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarij quibuscumque. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 21. Octobris 1628. Pontificatus nostri anno sexto.

Scipio Cobellutius.

C O L L E C T O R.

Haec facultas Diuini Officij, & Missae in festo Sancti Patris nostri Petri Nolasci, ex postulata fuit à SS. D. N. Urbano VIII. & à sua sanctitate concessa, iisdem de causis quibus & Religio nostra, ad expositulandum superius positam, pro Sancto Raymundo Nonnato, & ipse Summus Pontifex ad eius concessionem fuerunt, per moti vide ibi.

VR.

URBANI VIII.

BULLA SEXTA.

SUMMARIVM BVLLE.

1. *Ordinat Pontifex, quod quidquid apud R. P. N. F. Ioannem de Cebrian Magistrum Generalem nostri Ordinis (postea Episcopum de Albarracin in Regno Aragonia, nunc meruissimum de Teruel) tempore illius obitus, repertum fuisset, id totum domui oppidi del Oliuar Cesaraugust. Dioces. in qua habitum susceperat, & professionem emisserat, cedere deberet.*
2. *Etiam quod, demceps, quatuor annis proxime futuris, predictus Ioannes Modernus, & pro tempore existens dicti Ordinis Magister Generalis, de omnibus, & quibuscumque rebus, & bonis Religiosorum eiusdem Ordinis interim decedentium, tum pro expensis, qua in informationibus, & processibus Canonizationum Petri Armengol, & Mariae Socors, aliorumque Christi seruorum, Beatorum nuncupatorum, ipsius Ordinis professorum, in dies fieri solent supportandis. Tum etiam pro reparatione, & reparationibus nonnullis dicti Ordinis Regularibus domibus pauperibus, & praesertim Sancti Adriani alma Romana Urbis disponat.*

VRbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Et pro parte dilecti filij Ioannis de Cebrian Magister Generalis Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, nuper expositum fuit, quod regularibus dicti Ordinis institutis Apostolica auctoritate confirmatis, inter alia, disponebatur, quod quidquid apud vnumquemque ipsius Ordinis Religiosum, tempore eius obitus repertum foret, id totum domui regulari dicti Ordinis, in qua habitum sus-

cepisset, & professionem emisisset, regularem, omnino cederet, & in eadem expositione, quod dictus Ioannes, pro eius personae sustentatione, vt assererat, vniuersus ordo praefatus diuersas expensas contribuere solet, habitum, per eiusdem Ordinis fratres gestari solitum, in domo regulari praefati Ordinis oppidi del Oliuar Cesaraugust. Dioces. susceperat, & professionem, per eosdem fratres emitti consuetam, expresse emisserat, regularem eandemque domum a fundamen-

Bullarium Ordinis.

tis restaurare curauerat, & propterea quomodo ipsius domus indemnitati consultum esset, per nos desuper opportune provide- re desiderabat. Nos eiusdem Ioanis, ea in parte, supplicationibus inclinati, institutis præfatis etiã in hærendo, quod quidquid apud dictum Ioannem, tempore illius obitus repertum fuisset, id totũ domui præfata, in qua habitum susceperat, & professionem prædictam emisserat, vt præfertur, cæderet, & cædere deberet; ne quisquã cuiusvis status, gradus, & conditionis existeret, aliquid secus moliri, aut intentare vllomodo posset in quodque etiam qualibet expensa ex prædictis, per Religionem eidem Ioanni (non tamen pro Redemptione Captiuorum contribui solitis, & cõsuetis) quas in restaurationem prædictæ domus factas fuisse, cõstitisset ad computum, ab his, ad quos pro tempore spectaret, recipi deberent, Apostolica auctoritate decreuimus, & declarauimus, & alias, prout in nostris de super sub die 7. Decembr. proximi præteriti expeditis litteris, quarum tenore præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur. Nunc autem dilecti filij moderni Procuratoris Generalis eiusdem Ordinis nobis humiliter porrectis inclinati, quod deinceps quatuor annis proxime futuris durare dũ

taxat prædictus Ioannes Modernus, & pro tempore existens dicti Ordinis Magister Generalis, de omnibus, & quibuscumque rebus, & bonis Religiosorum eiusdem Ordinis interim decedentium; tum pro expensis, quæ in in formationibus, & processibus Canonizationum Petri Armen- gol, & Mariæ Socors, aliorumq; Christianorum Beatorum nũc patorum, ipsius Ordinis profes- sorum, in dies fieri solent suppor- tandis. Tum etiam pro repara- tione, & reparationibus nõnullis dicti Ordinis Regularibus domi- bus pauperibus, & præsertim S. Adriani almæ vrbs nostræ, non autẽ alijs vsibus, ac folius rema- nẽtibus litteris nostris prædictis, disponere, & ordinare liberẽ, & licite possit, & valeat, Apostoli- ca auctoritate, tenore præsen- tiũ, concedimus, & indulgemus. Et ita sub censuris, & pœnis Ec- clesiasticis, ac alijs arbitrio nos- tro imponendis, obseruari volu- mus, & mandamus, decernentes, prædictas, ac præsentis litteras validas, firmas, & efficaces exis- tere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & ob- tinere, atque ab his, ad quos spe- ctat, & in futurũ spectabit, inui- labiliter obseruari, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos; etiam causarũ Pa- latij Apostolici Auditores iudi- cari, & definiri debere, ac irritũ,
& ina-

& inane, siquid secus, super his à quoquã, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter cõtigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon domorum Regularium, & Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, pr uilegijs quoque indultis, & litter Apostolicis eisdem domibus, & Ordini, illorũque Superioribus, & personis in contrarium præmissorum, quomolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis tenore præsentium pro sufficienter expressis haberi, illis aliàs in suo robore permañuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium trasumptis, etiã impresis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides, in iudicio, & extra iudicium, adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur; si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 4. Ianuarij 1619. Põtificatus nostri anno 6.

SCHOLIA SERAPHINI.

Ordinat Pontifex, vt quidquid apud fr. Ioannem Ciprianum Magistrum Generalem (nunc Episcopum de Albarracin, & electus de Teruel) tempore illius obitus repertum fuerit, domui oppidi del Oliuar Cesar aug. Diœcesis referuetur, & cedat in qua habitum Religionis susceperat, & professionem emisserat, quæ Bulla intelligenda est, si ipse in Religione decederet; sed cum in Episcopum sit electus, hæc promotio idem operabitur quoad hunc effectum, quod mors naturalis, nam mors naturalis, & ciuilis qualis est mutatio status, §. minor. institut. de capitis diminutione, æquiparantur quando omnino eiusdem sunt effectus, l. si ita, ff. quando dies legati cedat, cum similibus, Molin. lib. 1. c. 13. n. 94. ac proinde omnia, quæ habet prædictæ domui restituere debet, vel saltem inuentarium facere de illis restituendis post mortem, ne cum bonis Ecclesiæ ad cuius regimen assumptus est confundantur, quemadmodum alias Episcopi facere tenentur, quando promouentur, cap. de Siracusana, versic. *Qua de re*, 28. dist. c. sint manifestæ in princ. 12. q. 1. Couarru. c. 1. n. 9. de testam. Monach. lib. 3. præsumpt. 53. n. 10. contendunt autem Abb. & alij relati, per Couarru. d. n. 9. & Sarmient. de reddit. 3. p. n. 8. præcitata iure consiliũ potius, & cautelã, quã præceptũ cõtincere. Postquam vero cõfirmatus fuerit, per Summũ Pontificẽ, non acquireret prædictæ domui del Oliuar, sed Albarracinæ Ecclesiæ, c. 1. q. 1.

Emman. de regular. tom. 3. q. 69. art. 4. Reduan de spolijs. q. 3. §. idē venj. n. 13. pag. mihi 159. Couarru. c. 1. n. 16. de testam. Nauarr. Comenti. 2. de regular. n. 6. Sanchez in summ. 3. tom. lib. 6. c. 6. n. 8. & passim alij. Hoc tamen intelligitur, nisi Episcopus in vita disponat de prædictis bonis, vt agnoscunt Nauarr. in pugnaculo. num. 12. dicens: Neminem contradicere, & Comenti. 2. de regular. n. 10. Reduan, d. loco, n. 16. & sequitur, Sot. lib. 10. q. 5. art. 7. Azor. 1. tom. lib. 12. c. 7. q. 2. Molles conf. 1. n. 5. & 6. Barbof. de potestate Episcopi, 3. p. allegat. 114. n. 22. decidit Rota 772. diuersi. Gregor. decis. 401. n. 7. Farin. decis. 241. à n. 4. tom. 2. Nauarr. consil. 6. de donat. Qui speciatim locūtur de Episcopo regulari. Potestque emere redditus, ac census, instituereque maioratum in honorem, & fauorē consanguineorum, Molin. disput. 146. post Nauarr. & alios comprobaturque ex decisionibus, & quia id totus mūdus obseruat, vt ait Nauarr. d. consil. 6. eleganter, Sur. tom. 4. de religione, lib. 3. cap. 16. n. 31. in hæc verba. *Religiosus ergo factus Episcopus potest libere dispensare talia bona in omnem usum, non prohibitum in quo rictē equiparatur Episcopus regularis seculari*, Barbofa d. num. 22. in hæc verba. *In vita Religiosus Episcopus, tam ample potest disponere, quam ample potest licet Episcopus secularis*, Mieres part. 1. quaest. 1. num. 14. & in noua ædit. num. 50. Sanchez in summ. lib. 6. cap. 6. num. 14.

Nec obstat decisio Gabrielis Pereira. 75. num. 3. part. 1. quia intelligenda est de dispositis, per vltimam voluntatem secundum Doctores quos refert, qui tantum agunt de Episcopi testamento, aut codicillis, nec etiam obstat, cap. cum olim de priuileg. dum ait, quod Episcopus regularis, non potest donare, tum quia fuit partis allegatio quæ nihil probat, tum maxime, quia communis ibi diuersos tradit intellectus: & tandem quia illa sententia transijt in rem iudicatam absque monachorum appellatione: sententia autem contra ius partis transiens in rem iudicatam, ius facit contra partem, cap. cum inter de re iudicat. Vnde ex ea sententia ad alios casus inferri non potest, statque recepta sententia in contrarium, atque vsus decisionibus Rotæ comprobatus, & totus mundus obseruat, vt firmant Nauarr. & præcitatae decisiones, nec ex præcepto tenetur ad elemosynas pauperibus erogandas, Palac. de contract. lib. 2. cap. 5. pag. mihi 107. vnde suos consanguineos pauperibus præferre debet. Capella. decis. 290. num. 8. Boer. decis. 129. num. 8. prout decisum est in Episcopo Regulari, apud Farinac. decis. 241. num. 1. ad fin. Ludouio. decis. 401. num. 2. limitat tamen in extrema pauperum necessitate, quos Episcopus præferre debet, Molin. 2. tractat. disputatio. 146. vers. *Est tamen.*

V R B A N I VIII.

B V L L A SEPTIMA.

S V M M A R I V M B V L L Æ.

I *Confirmat omnes concessiones, immunitates, & gratias, ab omnibus Pontificibus concessas à Gregorio IX. usque ad Paulum V. nostro Ordini, Generalibus, Prouincialibus, & alijs officialibus, & cæteris illius fratribus, alijsque personis quibuscumque. Ad instantiam R. P. M. F. Ludouici de Aparicio.*

VRbanus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex clementi sedis Apostolicæ prouisione; necnon personarum Deo deuotarum, sub Religionis iugo Domino famulantium, pia deuotione prouenire dignoscitur, vt Romanus Pontifex quandoque, per prædecessores suos Romanos Pontifices, pro personarum earundem, locorumque illarum foelici successu, & quiete, concessa approbet, & confirmet, atque communiat, prout personarum earundem, ac locorum, & temporum qualitatibus debite pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire. Sane pro parte dilecti filij Ludouici Aparicij moderni Procuratoris Generalis infra scripti Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum inter omnes vitæ Regularis

Ordines, ille in primis conspicuus esse videretur, quam Beatissima cælorum Regina ad Captiuorum in infidelium partibus misere seruientium, Redemptionem S. Raymundo de Peñafort, & claræ memoriæ Iacobo Aragonum Regi; necnon Sancto Petro Nolasco, primo illius professori, dum vitam ducerent in humanis, singulari quodam miserationis affectu, sibi charissimum fore reuelauerat, foelicis recordationis Calixtus Papa III. prædecessor noster illam cæteris Ordinibus, ratione quarti voti, quo illius fratres se infidelibus, in Captiuorum Redemptionis pignus fore deuouent, & obstringunt, celsiorem, & perfectiorem vocauit. Et hic ipse ordo, iam inde ab anno Domini 1218. in ciuitate Barcinonensi ab eodem Iacobo Rege, in die festo S. Laurentij Martiris, sub inuocatione Beatæ Mariæ de Mercede, & Re-

Bullarium Ordinis

demptione Captiuorum institutus, & à piæ memoriæ Gregorio Papa IX. etiam prædecessore nostro à Natiuitate Domini 1230. à reuelatione vero prædicta quo decimo, Pontificatus autem sui octauo anno, in festiuitate S. Antonij Abbatis confirmatus, ijs pietatis iuramentis, in corporum, animarumque Captiuorum huiusmodi salutem, scilicet eorum, alijs redimendis, alijs instruendis, alijsque in fide corroborandis, opere, & sermone, in dies, magis, magisque effloruit, vt quàm plurimi Romani Pontifices, etiã prædecessores nostri, non minus primam illius originem cœlitus reuelatam, quam pios huiusmodi progressus admirati, in numeras prope modum in eum gratias, & priuilegia, ex inhausto Ecclesiæ Dei thesauro de promptas, Sedis Apostolicæ benignitate liberalissime cõtulerunt. Quare pro parte dicti Ludouici, tam suo, quam vniuersorum totius Ordinis professorũ nominibus, nobis fuit humiliter supplicatũ, quatenus priuilegia huiusmodi, pro firmiori illorum subsistentia, Apostolico munime roborari, aliasque eis in præmissis, vt infert, opportune prouiderẽ, de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur dicti Ordinis Beatæ Mariæ (quem præ cæteris in visceribus gerimus charitatis) prosperum, & tranquillum sta-

tum paterno zelantes affectu, ac Ludouicum, & cæteros Religiosos huiusmodi à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum ferie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula priuilegia, indulta, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, antellationes, præminentias, licentias, facultates, concessiones, remissiones peccatorum, indulgentias, absolutiones, aliasque gratias vniuersas, per dictum Gregorium XI. Innocentium III. Innocentium VI. & Innocentium VIII. Alexandrum III. & Alexandrum VI. Clementem III. Clementem VI. & Clementem VII. Ioa-nem XXII. Nicolaum III. & Nicolaum V. Bonifacium VIII. Urbanum V. Martinum etiam V. Eugenium IIII. Pium II. prædictum Calixtum, Paulum II. Paulum III. & Paulum IIII. Sixtum III. Iulium II. & Iulium III. Leonem X. nouissimèque Sixtum V. Clementem VIII. & Paulum V. & alios quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros vniuerso Ordini

Bea-

Beatae Mariae huiusmodi, & singulis illius Prouincijs, Monasterijs, Prioratibus, domibus, & alijs regularibus locis; necnon Generali Magistro, illiusque, siue ipsius Ordinis Vicario, seu Vicarijs, Procuratoribus, Visitatoribus, Prouincialibus, Redemptoribus Captiuorum, Electoribus, Definitoribus, Commendatoribus, vocalibus, alijsque officialibus quocumque nomine nuncupatis, & caeteris illius fratribus, & Religiosis, ac alijs personis quibuscumque, tam in genere, quam in specie, etiam per modum communicationis, extensionis, & ampliationis, alias quomodolibet, & sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus concessa, innouata, confirmata, & approbata, & litteras Apostolicas desuper, tam sub plübo, quam in forma Breuis expeditas, quorū, & quarū omniū, & singulorū, & singularū tenores; etiamsi talia, seu tales forent, quae specialem, & indiuiduam mentionem requirerent; ac datis praesentibus, ac si de verbo ad verbum infererentur, pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus; dummodo tamen sint in usu, & sacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis; necnon Apostolicis constitutionibus, & dicti Ordinis regularibus institutis, non repugnent, illaque, & illae hactenus reuocata, & reuocatae, ac sub

aliquibus reuocationibus comprehensa, & comprehensa non sint, Apostolica auctoritate, eorundem tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus illisque perpetuae, & inuolabilis Apostolicae firmitatis robur adijcimus, omnesque, & singulos, tam iuris, quam facti, & quarumcumque praemissis omissarū; necnon quos vis alios etiam, quantumuis substantiales defectus si qui desuper quomodolibet interuenerint, dicta auctoritate supplemus, decernentes, easdem praesentes semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque; plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, sicque ab omnibus, & singulis ceteri, & ita per quoscumque Iudices ordinarios, vel Delegatos, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, dictaque sedis Nuncios iudicari, & definiri debere irritū quoque; & inane quicquid secus super his, a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus praemissis; necnon Bonifacij Papae VIII. pariter praedecefforis nostri de vna, & in Concilio Generali edita de duabus dietis; dummodo tamen non ultra tres dietas, quis vigore praesentium ad iudiciū trahatur, alijsque; quibusuis Apostolicis, etiam in Prouincialibus

Sinodalibus, Vniuersalibusque Concilijs æditis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus; necnon dicti Ordinis Beatæ Mariæ iuramento, confirmatione alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis illis, eiusque Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus; etiam si aliàs pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse, harum serie, latissime, & plenissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod

earumdem præsentium trasumptis, etiam impressis, manue, & sigillo pro tempore existentis Magistri Generalis ipsius Ordinis Beatæ Mariæ, seu illius Vicarij subscriptis, & munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, tam in iudicio, quam extra illud, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Per easdem autem præsentibus, non intēdimus, facultatem dicti Magistri Generalis: circa fratres ipsius Ordinis Beatæ Mariæ reformatos, seu Recollectos nuncupatos in aliquo approbare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, confirmationis, roboris, edictionis, defectuum supplicationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo octauo. Septimo Idus Octobris. Pontificatus nostri anno sexto.

Scio Cobellatus.

SCHO-

SCHOLIA SERAPHINI.

Confirmatio priuilegij nullum ius tribuit; sed quod antea erat confirmat, & ita innouat, & antiquum conseruat. cap. præceptis. 12. distinct. ibi: non nouum aliquid, capit. inter dilectos, versic. Cæterum, de fide instrumentorum, ibi: Confirmari, tanquam prius habitu donari, tanquam tunc tradita, cap. qui diuersitatem in principio, ibi: Non obstante confirmatione, de conces. priuileg. & confirmans nil addit de nouo, docent Menoch. consil. 191. num. 46. & consil. 1. num. 6. & 351. Gutierrez lib. 3. practicar. quæst. 17. num. 40. & num. 121. & quæst. 23. Ioseph. Sef. Aragon. decis. 15. num. vltim. Caued. Lusit. decis. 1. & constat ex recepta confirmationis definitione, quod sit: Iuris quæsitæ corroboratio, definiunt post Hostiens. & alios antiquiores Dec. in rubric. tit. confirmationis vtilis, vel inutilis, num. 2. Cardin. Tusch. tom. 2. lit. C. conclus. 705. Caued. d. decis. 1. num. 4. Dec. in cap. 2. & Abbas, Menoch. consil. 75. num. 32. & consil. 378. num. 39. Mascard. de probat. conclus. 404. Hinc venit confirmationum species, alia quæ conceditur, & dicitur in forma communi concessa: quando Pontifex non bene instructus confirmat contractum, & priuilegium, in eo statu, & prout antea erat, cum iuste, & pacificè possideretur, cap. quia diuersitatem de conces. priuileg. versic. Non obstante confirmatione, Apostolica sede obtenta, in forma communi, quæ confirmat beneficium, & præbendas, sicut iuste, & pacificè possiderentur. Et altera, quæ est ex certa scientia, quando cum causis negotijs, & omnium eorum circumstantijs fit perfecta scientia, veluti, quando tenor totius priuilegij, aut instrumenti inferitur, text. est in cap. penult. de confirm. vtili, vel inutili, vbi ad maiorem rei euentiam. & Gonçal. reg. 8. Cancel. glöf. 45. §. 1. num. 76. Tusch. lit. C. conclus. 708. Garcia de benefic. p. 3. cap. 2. num. 225. Seraphin. decis. 981. Tria venit operari confirmatio, ex quocumque trium positorum. Primo, quia per confirmationem priuilegia sunt maioris auctoritatis, cap. qui nesciat. 11. distinct. Secundo, quia si fuerint minus valida fiunt magis valida, per confirmationem, si ex certa scientia, vt capit. 1. de transact. Tertio, quia nullus præter auctoritatem confirmantis potest de illo iudicare, vt in cap. 1. & 2. de confirmat. vtili, vel inutili. in glöf. priuilegia concessa per Pontifices, C concessiones, remissiones peccatorum, indulgentiæ, absolutiones, aliæque gratiæ vninverso Ordini Beatae Mariae de Mercede, & singulis Prouincijs, Monasterijs, Prio-

Prioratibus Regularibus, Vicarijs, seu Generalibus hoc robur, & firmitatem habent, per confirmationem generalem factam, per Pontificem Sanctissimum Urbanum VIII. illibataque permanebunt, præsertim cum non sint contraria Sacris Canonibus, nec Concilij Tridentini decretis; necnon Apostolicis constitutionibus, & statutis, & institutis Ordinis conformia, in usuque sint, nec repugnantia, nec sub reuocationibus comprehensa, prout nunc sunt, igitur cum non sint qualitatim comprehensarum in dicta ista confirmatione generali, merito sunt confirmata: siquidem Romanus Pontifex in confirmationibus generalibus, semper se refert ad priuilegia, quæ in usu sunt, alias non cadit confirmatio super eis, Manuel. Rodericus quaestione 8. articulo 2. ad finem, Butr. in capite Dudum, numero 15. de decim. nec confirmatio generalis firmat aliquid illicitum, seu alterius dispositionis, capite ad nostram de confirmat. vtili, vel inutili; sed solum iusta priuilegia, & honesta, vt per capite Dudum 31. §. cum parentes de decim. vt talia optimo iure decreuit Pontifex Urbanus, semper, & perpetuo valida, & valitura, efficaciaque esse, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, sicque ab omnibus censer, & ita per quoscumque Iudices ordinarios, vel De legatos, quauis auctoritate fungentes, iudicari, & definiri debere, itaque tanquam firma corroborari, manuteneri, & conseruari decreuit.

Pro ornatu huius Urbani VIII. Bullæ, quæ omnia priuilegia, & concessiones Romanorum Pontificum prædecessorum ample confirmat, obseruandum erit, quod geminata Principum confirmationes habent vim motus proprii, & censentur esse ex certa scientia, prout alias secunda visio operatur, vt post Abbas numero 2. in capite Porrecta de confirmatione vtil. Bald. in leg. neque damnosa, numero 2. cap. de precibus Imperatori offerendis. Extollit Roman. in leg. si vero, §. de viro fallent. 31. numero 56. ff. soluto matrimonio, Ruin. consilio 196. numero 5. libro 1. Castill. libro 5. p. 2. capit. 89. num. 215.

Et quamuis à principio aliquis defectus in priuilegio, vel concessione daretur, ex geminatis tamen confirmationibus omnis cessat, & purgatur, late Mend. consilio 1003. articulo 87. volumine 11. redduntque cõfirmationes geminatae à futuris Principibus certum, & indubitatum quod continent, Mend. dicto consilio 1003. numero 80. Et confirmationes per multos successores habent vim iuramenti, Vulteran. consilio 19. numero 120. volumine 3.

Caroli de Tapia decis. 23. Senatus Italiae num. 94. ibi: *Decernentes, easdem praesentes semper, & perpetuo validas, & c.* Clausula haec omnem tollit aliter interpretandi auctoritatem, ligatque etiam ignorantes, prout declarat Pontifex illis verbis: *Sicque ab omnibus, & singulis censeri, & ita per quoscumque Iudices oratorios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere, Legatosque dictae sedis Nuncios iudicari, & desiniri debere, irritum quoque & inane quidquid secus, super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Notat Enriq. lib. 7. capit. 24. §. 2. ante fin. prosequitur Gonçal. reg. 8. conclus. glos. 66. à num. 1. Multa ex hac clausula inferri possunt, de quibus videndus, Gonçal. citato loc. & quoad propositum noto primo, quod nullus inferior aperire potest os, nec iudicium sumere, sub poena nullitatis, Gonçal. dict. gloss. 66. à num. 3. & numer. 50. noto secundo, quod praedicta clausula operatur, ut non presumantur derogatae haec gratiae, & concessiones, per secundam contrariam continentem clausulas derogatorias, quarumcumque concessionum, Garb. de offic. legat. tit. de leg. num. 24. cas. 5. Gonçal. num. 17. d. loc. nisi eandem clausulam habeat, ex eod. Gonçal. in clausula: *Nulli ergo omnino hominum liceat, & c.* Sane ea ratione est introducta, ne Scriptores aliquo nomine, quod litteris non conveniret, eas vocarent, & potius Glossatores, quam Scriptores vocarentur, Mend. de privileg. ad instar, gloss. 17. num. 3.

V R B A N I VIII.

BVLLA OCTAVA.

SVMMARIVM BVLLAE.

I Confirmat Pontifex statuta, & decreta facta in Capitulo Generali celebrato in domo Toletana Ordinis Beatae Mariae de Mercedae mense Maij anno Domini 1627.

VRbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoria. In supremo Apostolicae dignitatis folio, meritis licet imparibus à Domino constituti, inter gravissimas, multiplicesque Pastoralis officij Curas, illa praeter ceteris nos sollicitos habet, ut regula-

Bullarium Ordinis

gulares personæ, quæ relicto sæculo diuinis obsequijs sese manciparunt, prospere dirigantur, & fœliciter gubernentur qua propter, quæ ab earum superioribus, præsertim in Capitulis Generalibus propterea facta fuisse comperimus, ea quo firmiter subsistant, exactiusque obseruentur, libenter cum à nobis petitur Apostolicæ confirmationis, patrocinio communimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes Perez de Rojas, Ordinis fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Procurator Generalis, quod in Capitulo Generali eiusdem Ordinis de mensæ Maij anni proximè præteriti 1627. in domo regulari ipsius Ordinis Toletana celebrato, pro fœlici, prosperoque eiusdem Ordinis regimine, & directione ac ad maiorem illius reformationem nonnulla statuta, & ordinationes omnium consensu ædita fuerunt, tenoris subsequenti videlicet. Primum ne multiplicitas mandatorum, fiat maior occasio labendi, abrogantur, & supprimuntur quæcumque mandata hucusque, siue in Capitulis Prouincialibus; vel etiam Generalibus, aut in particularibus Conuentuum Visitationibus, à quouis confecta, dum modo à sancta Sede Apostolica,

non sint approbata, aut intra nostrarum constitutionum corpus inserta solumque remaneant, quæ hic meliori calculo ex omnibus selecta annectuntur. Prælati sub pœna priuationis officij præcipitur, ne quouis titulo, vel prætextu audeant ægrotantibus necessaria, tam in victu, quam in medicamentis negare. Insuper Religiosis omnibus necessaria ad victum, & vestitum prouideant, admius habitum integrum in triennio, & calceamenta toties, quoties opus fuerit, ipsi autem Prælati nequeant, sibi aliquid vestimentorum assumere, nisi id ipsum cæteris Religiosis dent. Commendatores à suis Conuentibus notabiliter non recedant sine licentia superiorum, cum autem iter agant, hoc Conuentus expensis non fiat, nisi quando in ipsius Conuentus utilitatem vergit. Similiter per se solos, & absque officialium interuentu aliquid dare, aut recipere, etiam ad fratrum sustentationem minime tentent, sub pœna priuationis officij. Insuper, sine Generalis, aut Prouincialis licentia ædificationes, nec incipiant, nec prosequantur ipsi Commendatores semper Choro, ad omnes officij, horas quauis postposita occupatione interesse, vt alijs bono exemplo sint, non recusent. Prouinciales, & Visitatores, in Conuentuum visitationibus, licentias,

rias confefsiones, audiendi, confefsarijs non graduatis fufpendat donec nouo examine approbentur, iuxta ordinationem Sanctiffimi Domini noſtri Urbani. Nullus ab habitu, & Religione expellantur, niſi per annum carceribus, & inedijs eius incorrigibilitas tentetur. Ne vero vlla Religioſis occaſio de relinquendi ſuã primam vocationem remaneat, ſtatuitur quod ſiquis Religioſus legitime in noſtro Ordine profefſus ad alium Ordinem tranſierit, quomodo libet id fiat, ſi poſtea emiſſa, vel non emiſſa profefſione, iterum ad nos redierit, totum tempus à primo ingreſſu in noſtram Religionem, uſque ad diem reditus ex alia ad quam tranſierat illi ad obtinendam antiquitatem nullatenus compute- tur; ſed ab eo die incipiat nouiſſimus eſſe, ac ſi tunc primo habitum ſuſcepiffet, ſi quos autem gradus, dignitates, aut officia in Religione habeat, ipſo facto vacent. Viſis diligenter, longaque experientia multis iſſque graui- bus incommodis, quæ noſtræ Religionis ex ſuſceptione fratrum alienæ profefſionis irreperunt, ſtatuitur, ne deinceps Religioſus aliquis alienæ profefſionis cuiuſcumque qualitatis, aut conditionis ſit poſſit ad noſtram Religionem admitti, ſuper quo Magiſtro Generali taxatur poteſtas, ſupplicaturque Sanctiſſimo Do-

mino noſtro, quatenus de ſua benignitate dignetur profefſiones eorum, qui ſic recipientur deinceps annullare, & ipſo facto eas irritas fore declarare, non obſtantibus priuilegijs à Sede Apoſtolica, olim noſtræ Religionis con- ceſſis. Nulli deinceps Religioſo licentia Ordines ſacros ſuſcipiendi, niſi prius plene elapſis tribus à profefſione annis concedatur. Religioſi Sacerdotes iter agentes vbicumque occaſionem ſacrum celebrandi repererint, non prætermittant. Nullatenus Religioſi, aut per ſe ipſos repræſentationes faciant, aut illis dum publicè ab hiſtrionibus fiunt au- deant intereſſe, ſub pœna à Præ- lato pro arbitrio taxanda. Religioſi ad incedendum in ciuitatibus, aut locis vbi ſunt noſtri Ordinis Conuentus mulabus, aut æquis non vtantur, præter Prouinciales, & Procuratores Generales Romanæ, & Catholici Regis curiarum. Sæculares perſonæ intra clauſtra Conuentus nullatenus, neque titulo inferuendi pernoctent. Prouinciales teneantur, quam primum omnes, & quofcumque Religioſos viderint extra clauſtra degere titulo parentibus ſubueniendi, aut beneficij inferuendi reuocare, & cauſas diligenter examinare deſiderantes omnem Religioſis occaſionem præcludere, eſra-

Bullarium Ordinis

efracto obedientiæ freno vagandi ex vna in aliam Prouinciam, sine legitima licentia transeundi statuimus, vt quicumque sic, absque legitima Magistri Generalis licentia aufugerunt statim, atque aliquam Prouinciam, aut Conuentum appulerint, incarcerentur, vt per dies aliquot flagellis, & in pane, & aqua solum ieiunijs puniantur statimque compellantur ad suum Conuentum vnde exierunt regredi, quicumque autem modo sunt extra suas Prouincias, qui sic sine legitima licentia ab ipsis aufugerint, etiamsi per longum tempus (perperam Prælatis dissimulantibus) in alijs Prouincijs fuerint statim compellantur ad suas Prouincias, absque vlla spe relaxationis redire, & vt maioribus damnis occurratur quicumque sic fugitiui, sine licentia suorum Prælatorum Ordinem aliquem sacrum susceperint, sint perpetuo irremissibiliter suspensi à talis Ordinis exercicio, & ad alios ascendendi perpetuo inhabiles, nisi aliter à sancta Sede Apostolica dispēsetur. Quia in exigenda, & reddenda ratione bonorum mobilium, aut immobilium Religionis, facile potest error committi, decernitur vt quicumque Visitator, possit libros rationales Conuentuum à quocumque tempore visitare, etiamsi super ipsos alia, vel alios visitatio-

nes præcesserint. Omnino post hac inhabilis ad omne officium gubernationis habeatur quicumque, vel semel Conuētum, quem gubernarit debitis obstrictum reliquerit. Si qua autem debita in Conuentu tempore Capituli remanserint soluta, de quibus ab ipso Commendatore, & Depositarijs ratio ad Capitulum non transmittatur, illa debita Commendator, & Depositarij, non exprimētes irrelaxabiliter exoluent. Sub pena priuationis officij præcipitur Prælatis, ne à subditis, ex his quæ in communi deposito habēt quicquam, vel in minima adhuc quantitate, neque ad breuissimum tempus sumant, aut mutuatum petant. Cauetur autem ne quouis titulo prætextu, aut ne necessitate eleemosynæ pro Missis acceptæ consumantur, donec in re Missæ dictæ obligationique satisfactum sit. Annullantur in mediationes quas Magistri Generales, aliquando dederint, ipsique perpetuo inhibetur facultas, eas dandi. Nullus Religiosus in locis, vbi Conuentus nostræ Religionis fuerint extra claustra per noctare audeat, etiamsi in domo consanguineorum, aut etiam parentum sit, Prælatusque ad id licentiam non concedat, nec sibi sumat. Vt deinceps ad docendos alios idonei provideantur ministri statuatur, vt in posterum lecturæ, siue artium, siue

Sacrae Theologiae facta oppositione, & examine illis conferantur, qui in studijs plus inueniantur profecisse, callantur autem, & annullantur quaecumque collatae sunt ante vacaturam dictarum lectionum, quod ad futuram successorem vocant, iuxta mandatum Sanctissimi Domini nostri in sacra Congregatione C. F. factum, & iuxta antiquissimam nostrae Religionis consuetudinem in vnoquoque Conuentu vnus sit assignatus Praedicator Conuentualis, cuius sit, absque vlla relaxatione quotidie profusus casum proponere conscientiae, legere & resolvere, qui cum hoc exercitium, per decennium habuerit possit ad praesentaturam de pulpito, seu praedicatione, vt vocant admitti gaudeant, autem dum hoc officio funguntur exemptionis, circa altare, matutinas media nocte dicendas, & Primam. Procuratores Generales (his exceptis qui ad Romanam, & Catholici Regis curiam sunt) absque licentia extra Conuentum, non exeant, diebusque festis Choro inter sint. Prouinciales, prouationes lectionum, alijs faciendas non committant, sed per se ipsos faciant, quicumque Generalis Vicarij officium, siue in partibus Indiarum, siue in qualibet alia Prouincia exercuit, inde recedere non audeat, absque Magistri Genera-

lis licentia, quam ipse non concedat, donec ille successoribus rationem exactam suorum officiorum, & gestorum reddiderit, teneanturque subditi illis pariter obedire, donec alij in officio successerint, si qui autem, nec praecedente dicta officij ratione recessisse reperti fuerint, aut modo sint, non possint ad aliquod Religionis officium, vel munus assumi donec redita ratione villicationis a Magistro Generali absoluantur. Obseruari iubetur Bulla foelicis recordationis Pauli V. qua auferuntur Capitula, quae vocantur inter media, daturque Magistro Generali facultas per se ipsum faciendi, quid quid in praedicto fieri consueuerat. Curem diligenter Prouinciales in posterum, dum ad Capitula Generalia conueniunt, authentica, & fidedigna testimonia de omnibus notatu dignis, quae in sua Prouincia acciderint, secum afferre de Conuentuum foundationibus, praesertim de vita & morte eorum, qui cum speciali sanctimonia, & virtutum fama decesserint, sicut apprimis sui exordij temporibus in nostra Religione fieri consuevit, quo facilius, res gestae historijs annectantur, & in qualibet Prouincia vnus semper sit Chronista assignatus. In bonum nostri Conuentus Barcinonensis statuimus, quod bona relicta a Religiosis defunctis in par-

Bullarium Ordinis

partibus Indiarum, qui ex Hispania illuc, cum legitima licentia transferūt ex his quæ ad vltim de licentia Superiorum habebant h'is quinque proximis annis futuris applicentur ad ædificationem dicti Conuentus Barcinonensis, qui primus, & caput in nostra Religione est ad quæ bona colligenda specialiter Religiosus deputetur, & mittatur, qui etiam eleemosynas ad id factas inquirat, & colligat ad obuianda autem plurima, ac grauiadamna, quæ longa experientia comperta sunt euenisse Religioni nostræ, ex eo quod officium Magistri Generalis, per longum tempus vacet, maturæ, & seria rei consideratione statuimus, vt quotiescumque dictum officium ante expletum sexenium quouis modo vacare contigerit, Prior Barcinonensis, siue confirmatus, siue non confirmatus, in officio Vicarij Generalis succedat, cum omnibus, & plenaria potestate, vt in nostris constitutionibus habetur, & hoc officium, per solos quatuor menses fungatur, quibus expletis Capitulum Generale celebretur, quocumque anni tempore accidat, dicto autem spatio quatuor mensium durante officium Prioratus Barcinonensis non vacet, etiamsi alias trienniū expleatur, si vero quando officium Generalatus vacauerit, non sit Prior Barcinonen-

sis electus, Patres Conuentuales dicti Conuentus intra spatium viginti quatuor horarum Priorem de more, iuxta constitutiones eligant electus, autem sit Vicarius Generalis, iuxta iam dicta, quoniam longa experientia constat, Religiosos Prouinciæ Franciæ, suis ordinarijs litibus, & scismatibus Capitula Generalia turbasse, statuimus vt quotiescumque ad Capitulum conuocati, lite inter ipsos, aut scismate habita, duplicati vocales venerint nullatenus ad habendam vocem in Capitulo admittantur; sed sine ipsis procedatur ad electionem qua finita lites in definitorio coram decidantur, & componantur, ne vero vt assolent, hi qui legitimi vocales sunt suas voces, sine legitima causa substituunt, statuimus omnino seruare, quod alias, sæpè statutum est, vt qui ex prædicta Prouincia Franciæ, ad Capitulum conuocati aduenerint, sua testimonia approbata, per officium Reuerendissimi Nuncij Apostolici, in Curia existentis Regis Christianissimi deportent, secus vero ad habendam vocem, non admittantur Prior Barcinonensis, qui ex iure nostrarum constitutionum vacante Generalatu ante expletum sexenium in officium Vicarij Generalis, cū plenaria iurisdictione succedit, si quando dictum Vicarium adierit.

fit solum Praesentatus, ipso facto Magister (ob officij grauitatem, & regimen totius Religionis) habeatur, nominetur, & sit. Obseruetur quod alias ab Apostolica Sede concessum est, nempe quicumque ad Romanam Curiam in officio Procuratoris Generalis strenue, & cum approbatione communi, per quinquennium se gesserit, si antea Praesentatus erat sit Magister, si vero erat Magister, votum habeat in Capitulo Generali proxime immediato futuro. Ne qui per multum temporis in Religione Domino inseruierunt, absque aliquo leuamine senectam ducant, statuitur, vt illi per quadraginta annos continuos in Religione, cum vitae, ac morum approbatione degerint à matutinis media nocte dicendis, prima, & nona sint absoluti, reliqui vero cuiusuis aetatis sint, omni obligationi subiaceant, senibus autem, & impeditis, de sibi necessarijs, ac de socio laico conuerso, qui illorum curam gerat, prouideatur. Executioni mandari iubetur breue quoddam, seu motum proprium sanctissimi D.N. Urbani VIII. quo abrogantur, & reuocantur omnes, & quaecumque gratiae exemptiones, libertates, à quocumque quomodolibet concessa, siue circa chorum, siue circa altare, circa missas, circa cibum, & speciales socios, circa

egressum de Coenobio, circa praecedentias, &c. etiam si à Sede Apostolica emanauerint. Quia vero quam plurima Magisteria, & Praesentatura extra numero à nostris constitutionibus praefixum in euidens Monasticae Observantiae damnum irrepsere, supplicatur humiliter sanctissimo D.N. Papae, pro parte totius huius Generalis Capituli, & congregationis, ad euitanda damna euidencia, ex hac extra numerum numerositate graduatorum subsecuta, quatenus dignetur dicta Magisteria, & Praesentaturas extra praedictum numerum, quomodolibet concessa, abrogare, & annullare, eis exceptis quorum Magisteria, siue Praesentatura à Magistro Generali, & Capitulo pro hac vice dumtaxat, iustis de causis admittetur, aut si quae Magistro Generali, de consilio speciali Definitorum cuiusuis Prouinciae, rationabilibus de causis toleranda videbuntur. Vt omnino deinceps litigia, circa ordinem sedendi euitentur, inter Magistros, & Praesentatos, ordo iuxta gradus antiquitatum, non professionis seruetur, sicut hactenus obseruatum est, ita tamen, vt qui de numero, iuxta rigorem sunt praecedant, qui vel extra numerum, vel non rigorosa quocumque modo intrauerint. Definitores Generales, siue Prouinciales, & Electores Generales, si sint

Magistri, omnes alios Magistros, etiam de numero precedant, siue non sint Magistri, precedant omnes Praesentatos, quamuis ipsi simili gradu non gaudeant, ordine suae antiquitatis inter ipsos seruato, hoc quidem extra Capitulum, durante quippe Capitulo Prouinciali, Definitores omnes alios precedunt, iuxta nostras constitutiones. Vt omnibus semel consulatur, volumen, seu liber nostrarum constitutionum, iterum imprimatur, additis, seu ablatiis, seu moderatis, quae Apostolica auctoritate fuerint, siue stabilita, siue sublata, aut moderata appositisque indicibus necessarijs. Curauit autem Magister Generalis, vt tam constitutionum liber, quam manuale chori, ceremoniale, & reliqui libri ad usum Religionis necessarijs diligenter in bonam formam redacti imprimantur. Visis per multis incommodis, quae non solum vniuersae Religioni, verum etiam Conuentibus, Religiosisque particularibus in Italia degentibus, ex quo ibi Prouincia erecta est succreuerit, ob summam paupertatem octo Conuentuulorum in ea erectorum, vix ad sustentationem paucorum fratrum valentium, nisi euagantibus hac illac Religiosis, quaerendi victus causa: vnde multo minus valeret ad expensas Prouinciales, & sociorum ad eorum itinera, atque

ad necessaria suppeditanda euntibus ad Generalia Capitula, vt hoc eodem anno experientia constat, cum vasa sacra in pignus sint data, vt ad Capitulum Generale euntibus succurreretur, siue spe illa iterum habendi, cognitisque alijs quam plurimis in commodis, statuitur ipsam Prouinciã debere extingui, atque eius Religiosos sub immediata obedientia Vicarij Generalis manere, officia autem, & gradus, eorumque institutionem, & durationem, iuxta nostrarum constitutionum vigorem permanere debere, super quo sanctissimo D. N. Papae supplicatur, quatenus de sua dignitate dignetur providere. Super his, autem omnibus, & singulis pro parte huius Generalis congregationis totiusque Religionis humiliterque supplicatur sanctissimo D. N. quatenus de sua benignitate dignetur providere ea confirmando, vtpote ad maiorem reformationem, & Monasticam Observantiam euidenter, vt apparet conducen-
tia. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat praedictus Ioannes Procurator plurimum, cupiat statuta & ordinationes huiusmodi, pro firmiori illorum subsistentia, atque inuiolabili obseruatione Apostolicae nostrae confirmationis robore communi, nobis propterea totius Ordinis huiusmodi nomine humili-

ter supplicari fecit, vt desuper opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur nos igitur dictum Ioannem, specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, negotijs regularium præpositorum consilio statuta, & ordinationes præinserta huiusmodi, præterquam in ea parte in qua statuitur esse extinguendam Prouinciam prædicti Ordinis in Italia, quod statutum de prædicta Prouincia extinguenda nullum fuisse, & esse declaramus illudque quatenus foret opus irritando, ac reuocamus, ac si factum minime fuisset, & à libris decretorum, & statutorum Religionis, deleri, cancellari, & casari mandamus sub pœna excommunicationis maioris, ac priuationis vocis actiuae, ipso facto incurrendae. Reliqua vero Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, &

confirmamus illisque inuiolabilis Apostolicae firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint supplemus. Decernentes statuta, & ordinationes huiusmodi, ac præsentis litteras, & in eis contenta quacumque, semper, & perpetuo, valida, firma, & efficacia esse, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac in dicto ordine ab omnibus, & singulis illius fratribus, nunc, & pro tempore existentibus, firmiter, & inuiolabiliter obseruari, & adimpleri, atque ita in præmissis ab omnibus censi, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filijs nostris, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio, & causarum Curiae Camerae Apostolicae Generali Auditori, per præsentis committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentis litteras, & in eis contenta, quacumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties desuper fuerint requisiti, solem-

niter publicantes, ac in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciât auctoritate nostra, statuta, & ordinationes huiusmodi, ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit inuiolabiliter obseruari contraditores, & rebelles, ac præmissis non parentes, per censuras, & penas Ecclesiasticas aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstantibus, fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio Generali edita de duobus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium nõ trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque in-

dultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium præmissorũ quomodolibet concessis, confirmatis, & inuocatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenoribus, pro præsentibus, & expressis sufficienter habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus cæterisque cõtrarijs quibuscumque. Volumus autem quod præsentium trasumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die quarto Nouembris millesimo sexcentesimo vigesimo octauo. Pontificatus nostri anno sexto.

M. A. Maraldus.

V R B A N I VIII.

BVLLA NONA.

SUMMARIVM BVLLÆ.

✕ Concedit Sanctissimus Pater, vt in Regno Portugalia, præcipue in ciuitate Ulysiõne possint fratres nostri Monasteria erigere, & domos regulares nostri instituti fundare.

Viba-

VRbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Onerosa Pastoralis officij Cura nobis ex alto commissa, vt his, per quæ regularium locorum, ac personarum in illis Altissimo famulantium, numerus augeatur, eiusdem officij partes, etiam per opportuna declarationis ministerium interponamus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, quod eiusdem Ordinis fratres, vt melius, & facilius Captiuorum Redemptioni, iuxta laudabile eorum institutum, incumbere valeant, Regulares domos, seu Conuentus eiusdem Ordinis in Regno Portugaliæ, & præsertim ciuitate Vlisiponensi fundare posse plurimum desiderant. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, alias fœlicis recordationis Clemens Papa VIII. prædecessor noster, per suas in simili forma Breuis sub die 30. Iulij millesimo quingentesimo nonagesimo septimo expeditas litteras regularibus personis cuiusuis Ordinis, ne in dicta ciuitate regularia loca, domos, seu Conuentus fundare audeant, seu præsumant, expresse prohibuerit, cupiatque præterea, per nos desu-

per oportune prouideri. Nos Procuratorem, & fratres præfatos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie, absoluentes, & absolutos fore censentes, supplicationibus, illorum nomine, nobis, super hoc, humiliter porrectis, inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotijs Regularium præpositorum consilio, auditaque dilecti filij iurium, & spoliolorum Cameræ Apostolicæ debitorum in Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis Collectoris Generalis relatione desuper facta litteras Clementis prædecessoris huiusmodi fratribus præfatis, quin Conuentus sui Ordinis huiusmodi, in ciuitate Vliponensi, alijsque locis Regni prædicti erigere, prauia tamen Episcopi in cuius Diocesis erigendi sunt licentia, ac seruata in reliquis decretorum nostrorum, atque eiusdem Clementis prædecessoris; necnon piæ memoriæ Gregorij Papæ XV. etiam prædecessoris nostri, super nouorum Conuentuum ere-

Bullarium Ordinis.

atione æditorum, forma, liberè, & licitè possint, & valeant, nequaquam obstare; sicque, & non aliter ab omnibus censerì, & per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegates, & causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, irritumque, & inane, si quid secus, super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, decernimus, & declaramus. Nò obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegijs quoque indultis, & prædicti Clementis prædecessoris, ac quibusvis alijs litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Qui-

bus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium trasumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibite, vel ostensæ. Datis Romæ apud Sæctum Petrum sub annullo Piscatoris die vigesimo sexto Martij millesimo sexcentesimo trigesimo primo. Pontificatus nostri anno octavo.

M. A. Maraldus.

SCHOLIA SERAPHINI.

Concedit Pontifex licentiam nostris fratribus, vt ædificare possint in Regno Lusitanæ, præcipue in ciuitate Olisiponensi, non obstante Clementis VIII. prohibitione. *Præuia tamen (ait) Episcopi, in cuius Diocesi erigendi sunt Conuentus, licentia, ac seruata, in reliquis, decretorum nostrorum, atque eiusdem Clementis prædecessoris; necnon pia memoria Gregorij XV. super nonorum Conuentuum erectione forma.*

Ad huius Breuis explicationem noto primo, omnibus Regularibus prohiberi, ædificare de nouo, sub excommunicatione lætæ sententiæ, absque Sedis Apostolicæ speciali licentia, cap. vnic. §. confirmat. & §. Sanè, de relig. domibus libro 6. cap. vnic. de excess. Prælator. lib. 6. & ita declararunt Eminentissimi, ad Trident. sessione 25. capite 3. de regular. Emman. in sum. nouissima 1. parte, verbo, *Ædificat.* capite 178. numero 1. Cerol. verbo, *Monachi,*

§. 1. & 2. & huic prohibitioni occurrit, & derogat S. Urbanus. Nec obstant varia priuilegia, quæ adducit Emman. dict. capit. 178. num. 1. & 2. & de regular. 2. tom. quæst. 49. artic. 3. firmans, non esse reuocata, pluraque alia refert Compend. Mendic. verb. *Ædificare*, à numero 9. quia hodie omnia sunt sublata per Urbani VIII. speciale diploma, cuius meminit in nostra Bulla, ibi: *Seruata in reliquis decretorum nostrorum forma.*

Secundo principaliter noto, quod est etiam necessaria licentia Ordinarij, ex Tridentin. sessione 25. capite 13. de regularibus, ibi: *Nec de cætero similia loca, tam mulierum, quam virorum erigantur, sine Episcopi, in cuius Diocesi erigenda sunt, licentia prius obtenta.* Vbi Farinac. Marfil. Barbof. Emman. & Cerol. dictis locis, consonat Bulla nostra, ibi: *Præuia tamen Episcopi licentia*, atque ita & Pontificis, & Ordinarij licentia necessaria est ad hanc ædificationem, vt praxis obseruat ex Cerol. dict. §. 2. Azor. 1. tom. lib. 12. capit. 18. versiculo 30.

Hinc cauebis ab Emmanuel. dict. quæst. 49. articulo 3. in fine, dum ait, quod hodie sufficit Ordinarij licentia, absque Sedis Apostolicæ priuilegio, ad ædificationem, idque virtute priuilegiorum, quæ habent Regulares, quibus Tridentin. non derogauit. Refellitur enim, quia cum supra probauimus, priuilegia hæc esse derogata, stat iuris communis prohibitio, dict. capit. de excessib. prælator. lib. 6. cum alijs, atque ita declararunt Eminentissimi ad dis. 3. Tridentin. per hæc verba. *Monachi non possunt ædificare Monasterium, in Parochia, in qua id non habent, sine cognitione, & licentia Papa,* firmat ita practicari Cerol. dict. cap. 2. Barbof. ad dict. cap. 3. num. 5. Cruz in Epit. lib. 2. cap. 8. resol. ipse Emman. sibi cõtrarius, tom. 1. Regular. quæst. 23. art. 7.

Tertio obserua, quod requiritur, etiam Generalis licentia, ex Iulij II. decreto, & per Compend. Mendic. verbo, *Ædificare*, numero 11.

Quarto obserua, quod Prælati alterius Ordinis, si ex erectione noui Monasterij se grauari prætendant, sunt vocandi, & audiendi, iuxta doctrinam D. Pauli: *Ne Ecclesia grauentur*, & Bulla Clementis VIII. quæ refertur ad Emma. in Bullario, pag. 1128. cum sequent. vt ipse obseruat. d. c. 178. n. 4. in fin. secundum, quem si iustas causas allegent, suspendi debet executio, vsque ad secundam Pontificis visitationem, iuxta reg. cap. si quando de rescriptis, quando vero intra Prouinciam de loco in locum Conuentus transferuntur Em-

Bullarium Ordinis.

man. dict. cap. 178. num. 1. & 2. tom. Regul. quæst. 44. art. 4. & tomo 1. quæst. 23. art. 7.

Tandem aduerto, quod adhuc necessarius est Principis secularis consensus ad hanc ædificationem, ex specialibus decretis, & legibus, quæ Pontificum priuilegijs, vel consuetudini in illorum locum innituntur, & sic praxis obseruat.

V R B A N I VIII.

B V L L A DECIMA.

S V M M A R I V M B V L L Æ.

Concedit Pontifex Reuerendissimo P. N. M. F. Ioanne Cipriano M. Generali totius Ordinis, ut in visitatione sui Ordinis possit uti altare portatile ad celebrandum per se, vel per alium, vbi Ecclesiarum commoditas non fuerit.

VRbanus Papa VIII. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Spirituali consolationi tuæ quantum cum Domino possumus benigne consulere, teque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existis, ad effectum presentium dumtaxat consequendū harū ferie absoluētes, & absolutum fore censentes supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis in

clinati, tibi vt in visitatione tui Ordinis in Prouincijs, & ciuitatibus in quibus non exstant Ecclesia, vel vbi non est publicum Religionis Catholicæ exercitium, Altare portatile debitis, tamen cum honore, & reuerentia habere, ac super eo, vbi Ecclesiarum commoditas, non fuerit, & in casu necessitatis tantummodo sacrosanctum Missæ sacrificium, per quemcumque Sacerdotem approbatum facultarem, seu de superiorum licentia regularem, & in locis ad id congruis, & decentibus in tua, ac familiæ tuæ presentia celebrari facere libere, & licitè possis, & valeas Apostolica auctori-

tate,

tate, tenoribus presentium concedimus, & indulgemus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque: Datis Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 30. Octobris 1628. Pontificatus nostri anno sexto.

Scipio Cobellutius.

V R B A N I VIII.

BVLLA VNDECIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

I Prohibet Pontifex vt fratres Laici nostri Ordinis possint ad statum Clericalem transire in consulta cōgregatione Eminentissimorum Cardinalium negotijs Regularium prepositorum, & sine expressa illius approbatione.

VRbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Vicarius, & Procurator Generales Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum, quod cum alias nonnulli ipsius Ordinis Laici, siue Conuersi, vel cum falsa narratiua, seu alias à dilecto filio nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio licentias obtinuissent, quarum vigore se ad sacros Ordines promoueri fecerant, & faciebant, indeque grauia in dicto Ordine inconuenientia, non sine Dei offensa orirentur, venerabiles fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales negotijs Episcoporum, & Regularium præ-

positi, quibus pro opportuno super præmissis remedio supplicatum fuerat, eidem Nuncio, & Magistro Generali dicti Ordinis iniunxerunt, vt ille à similibus licentiarum concessione abstineret, hic vero præfatos Conuersos puniret. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat Magistri Generalis officium huiusmodi breui temporis spatio dureret, & ordo præfatus in multis adeo sibi que maxime distantes orbis partes diffusus existat, vt ob maxima terrarum interualla sui Generalatus tempore mandata sua in eisdem partibus executioni demandari facere nequeat, nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, vt in præmissis opportunè providere de-

be-

Bullarium Ordinis

bénignitate Apostolica dignarémur. Nos igitur dictum Procuratorem Generalem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati. De Ven. fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotijs regularium præpositorum consilio, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Magistro Generali, ceterisque Superioribus Ordinis huiusmodi ad quos spectat, Apostolica auctoritate tenore presentium inhibemus, ne de cætero in consulta Congregatione eorundem Cardinalium, & sine expressa illius approbatione præfatis Fratribus Laicis, seu conuersis licentiam transeundi à statu Laicali ad Clericalem, seu de se promoueri faciendo ad minores, ac sacros Ordines villo modo concedant, alioquin Magistri Generales, ac Superiores præfati contra facientes excommunicationis; necnon vocis actiue, & passiuæ, ac officiorum quæ obtinent priuationis, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda pœnas eo ipso incurrant, Laici vero seu conuersi, qui cum licentijs huiusmodi, vel aliter absque speciali ipsius Congregationis approbatione ad statum Clericalem prædictum transierint, vel minores, ac sacros Ordines susceperint, à susceptis ordinibus sint in perpetuum suspensi, atque Laici seu conuersi, vt prius remanere intelligantur, ac Laicorum seu conuersorum habitum deferre omnino cogantur aliisque pœnis mulctentur arbitrio Superiorum, absque spe dispensationis in præmissis obtinendæ. Decernentes presentes litteras validas, firmas, & efficaces existere & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inuiolabiliter obseruari, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquâ quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstant. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel aliqua quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque incultis & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concess-

cessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus, pro sufficienter expressis habentes illis aliàs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium trasumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo per

sonæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus, vbique fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis exhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die decimo Martij millesimo sexcentesimo trigesimo secundo. Pontificatus nostri anno nono.

M. A. Maraldus.

V R B A N I VIII.

BVLLA DVODECIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Permittit Pontifex, quod Capitulum Generale celebrandum in domo Barcinonensi, celebretur in domo Cesaraugustana determinatque tempus, & simul precipit, ut Prior domus Barcinonensis, non præsideat in dicto Capitulo; sed quod Nuntius in Regno Hispania committat talem Præsidentiam, cui voluerit dummodo persona sit indignitate constituta.

VRbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Exponi nuper nobis fecit dilectus filius Didacus de Velasco Vicarius, & Procurator Generalis fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, quod ob factam à charissimo in Christo Filio nostro Philippo Hispaniarum Rege Catholico præsentationem de

persona dilecti filij Ioannis Cebrian Magistri Generalis dicti Ordinis ad Ecclesiam Albarracinenf. quæ de iure Patronatus, ipsius Philipphi Regis ex priuilegio Apostolico, cui non esse actenus in aliquo derogatum ferre dignoscitur, etiamsi dictus Ioannes officio Generalatus huiusmodi non cefferit, eiusque sigillo, etiã nec mutatur, nec ipse pro

Bullarium Ordinis

pro ipsius Ecclesie prouisione in consistorio nostro secreto praconizatus sit, nihilominus dilectus filius Modernus Prior domus regularis eiusdem Ordinis Barcinonensis in absoluto ipsius Ordinis regimine sese ingerere pretendit, non sine eorumque fratrum perturbatione, & scandalo, & pacis, & quietis eorum detrimento. Quoniam vero prefata dicti Procuratoris praesentatione proficere licet, quae Capitulo Generali proxime futuro inconuenientia immineant, si in illo idem Prior Praesidentis munere fungatur, si quae Capitulum Generale huiusmodi in ea ciuitate, & regulari domo celebretur quandoquidem ciuitas prefata ob milites inibi existentes, & eo iugiter confluentes Religiosis pro celebratione Capituli prefati recipiendis minus commoda sit, & prefatus, Philippus Rex vna cum Aula Regia illuc accessisset, & electio in dicto Capitulo, neque libera, neque citra tractatus fieri possit, & Doanis, quae in Aragonia, & Catalonia multae sunt in transitu persoluendae idem Religiosi impares futuri sint, idcirco & ex eo, etiam qui filius recordationis Sixtus Papa V. Praedecessor noster opportunitati loci, in quo Capitulum Generale dicti Ordinis pro tempore celebrari deberet consultum esse cupiens, voluit vt talis esset

locus qui, & libertati electionis, & commoditati ipsius Ordinis singularum Prouinciarum illius magis opportunus videretur: dictus Didacus nobis humiliter supplicari fecit, vt desuper opportune prouidere de benignitate Apostolica dignarenur, nos igitur prospero felicitique dicti Ordinis regimine, & directioni quantum cum Domino possumus opportune prouidere, & Didacum, ac fratres praedictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & a quibuslibet excommunicationis suspensionis, & interdicti alijque Ecclesiasticis sententijs censuris, & poenis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causalatis, si quibus quomodolibet innotati existum ad effectum praesentium, dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absoluti fore censentes supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Apostolica auctoritate tenore praesentium volumus, & decernimus, quod Capitulum Generale proxime futurum huiusmodi in domo regulari eiusdem Ordinis ciuitatis Cesaraugustanae in tempore alias statuto a Capitulo Generali ipsius Ordinis de anno millesimo sexcentesimo vigesimo septimo celebrato, & a Sede Apostolica confirmato, scilicet infra
qua

quatuor menses à die prouisionis, per nos danda eidem Ioanni in Consistorio nostro secreto, vt moris est faciendus celebretur, ac omnino celebrari debeat, ac irritum, & inane si quis fecus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Propterea cupiens Capitulum Generale praefatum foeliciter ad Dei laudem, ac eiusdem Ordinis utilitatem celebretur, venerabili fratri Cesari Patriarchae Antiocheno, nostro, & Apostolicae sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio, per praesentes committimus, & mandamus, vt aliquam personam, sibi bene visam in Episcopali, vel Ecclesiastica dignitate constitutam in eiusdem Capitulo nostro, & dictae sedis nomine Praesidentem, cum auctoritate, facultatibus iurisdictione, honoribusque, & oneribus similibus Praesidentibus competentibus, ac alias solitis, & consuetis auctoritate nostra Apostolica constituat, & deputet eamque hortetur, & moneat, vt Capitulum huiusmodi foeliciter regere, & in illo omnia, quae ad prosperam totius ordinis huiusmodi regimen, & gubernium pertinent decerni statui, & ordinari curet, & faciat super quo plenam eidem Cesari Patriarchae, & Nuncio facultatem, per praesentes impartimur, mandantes propterea

in virtute sanctae obedientiae, & sub alijs arbitrij nostri poenis dilectis filijs dicti Ordinis superioribus quocumque nomine nuncupatis ceterisque fratribus, & specialibus vocalibus in praedicto capitulo congregandis, vt praesentes litteras, ac omnia, & singula in eis contenta debitae executioni, vt par est demandent, atque inuiolabiliter obseruent, & respectiue obseruari curent, & faciant, & personam in dicto Capitulo Praesidentem, vt praefertur deputatam reuerenter recipiant eique in omnibus ad Praesidentis huiusmodi officium pertinentibus prompte pareant, obediant, & assistant non obstantibus praemissis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti ordinis, ac iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate, alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem ordini illiusque superioribus, & personis praefatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatorijsque derogatorijsque alijque efficacioribus, & in solitis clausulis, non obstantibus, ac alijs decretis in genere, vel in specie, & alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innobatis, quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis

Bullarium Ordinis

tenoribus specialis specifica expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quauis alia expressa habeant, aut alia exquisita forma ad hoc feruandum fore illorū tenoribus, præsentibus profufficienter expressis habeantur illis alias in suo robore perman-

suris, hac vice dumtaxat expresse, & specialiter derogamus cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die vigesimo sexto Aprilis millesimo sexcentesimo trigesimo secundo. Pontificis nostri anno nono.

M. A. Maraldus.

V R B A N I VIII.

BVLLA DECIMATERTIA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Confirmat Princeps concordiam inter fratres Beata Maria de Mercede Redemptionis Captiuorum de Observantia, & fratres Discalceatos approbatam a Gregorio XV. & precipit, ne possint fratres Discalceati recidmere Captiuos, è Paganorum potestate, nisi ad nutum Reuerendissimi Patris Magistri Generalis totius Ordinis.

VRbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriã. Cū sicut dilecti filij Ordinis Beata Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum nobis nuper exponi fecerint, in controuersia nuper exorta, interdictos fratres Calceatos ex vna, & fratres Discalceatos, siue Recollectos eiusdem Ordinis partibus ex altera, super obseruatione concordia, aliã inter eos inuita, & auctoritate Apostolica à fœlicis recordationis Gregorio Papa XV.

prædecessore nostro, ac etiam à nobis confirmata, cum clausula, citra dispensationem super quarto voto, ac ministerio Redemptionis Captiuorum eiusdem fratribus Calceatis dumtaxat in eadem concordia referuato, quod nihilominus, etiam à dictis fratribus Excalceatis fieri posse prætenditur rigore clausulae prædictæ, citra dispensationem super quarto voto, in litteris Apostolicis confirmationis cõcordia huiusmodi appositæ, rebusque

alijs

alijs fratres nostri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales negotijs Regularium praepositi censuerint, rigore dictae clausulae. Citra dispensationem super quarto voto, & aliorum in dicta concordia, & confirmationibus Apostolicis contentorum, non fuisse necesse ius aliquod de nouo quaesitum, dictis fratribus Discalceatis, seu Recollectis ad Ministerium Redemptionis Captiuorum exercendum, sub directione, & superioritate eorum Vicarij Generalis; sed omnia circa ministerium praedictae Redemptionis Captiuorum remansisse, & remanere in ijsdem statu, & terminis, in quibus reperiuntur ante dictam concordiam; ita ut praedicti fratres Discalceati, quoad dictum opus Redemptionis, aut alia ad dictum ministerium quomodolibet spectantia remaneant sub directione, & obedientia, ac superioritate dilecti filij Magistri Generalis Calceatorum, prout quemadmodum, ac in ijsdem statu, & terminis, in quibus erant, seu existebant, ante concordiam, & confirmationes praedictas, & alias prout in eorundem Cardinalium decreto, de super sub die decimo octauo Nouembris praesentis, anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio emanato, plenius dicitur contineri. Nos inuiolabili decreti, & in eo con-

tentorum quorumcumque firmitate, atque obseruantia, quantum cum Domino possumus consulere, dictosque exponentes specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis a iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum ferie absoluentes, & absolutos fore censentes, motu proprio, & certa scientia, & matura deliberatione nostris decretum praedictum, & in eo contenta quaecumque, Apostolica auctoritate, tenere praesentium, approbamus, & confirmamus illisque inuiolabilis perpetuae firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint supplementis. Decernentes illud, necnon praesentes litteras valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inuiolabiliter obseruari, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudi-

dicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbiq; iudicari, & definiri debere. Ac irritum, & innane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, quibusuis etiam iuramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Aposto-

licis, in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & in nouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum, tenores præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die tertio Decembris millesimo sexcentesimo trigesimo tertio. Pontificatus nostri anno vñdecimo.

VRBANI VIII.

BVLLA DECIMAQVARTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

- 1 *Orta controuersia, inter fratres Obseruantes, & Discalceatos super obseruatione concordia inter eos innitæ: declarat Romanus Pontifex iudicialiter vtriusque partis iura, iuxta clausulam concordia citra dispensationem super quarto voto.*
- 2 *Patres Discalceati ex emissionem quarti voti, non acquisierunt ius aliquod ad exercendum munus Redemptionis Captiuorum.*
- 3 *Patres Discalceatos, quoad Redemptionis munus, remanere sub directione, obedientia, & superioritate Magistri Generalis Calceatorum, sicut ante concordiam, declarat congregatio eminentissimorum Cardinalium (interpendente) & approbat Summus Pontifex præcipitque inuiolabiliter obseruari.*

VRbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Cū sicut dilecti filij fratres Calceati Ordinis Beatae Mariæ de Mer

cède Redemptionis Captiuorum nobis nuper exponi fecerint in controuersia nuper exorta interdictos frater Calceatos ex

Vna & Fratres Discalceatos, siue Relectos eiusdem Ordinis partibus ex altera, super obseruatione concordiae alias inter eos innitae, & auctoritate Apostolica à foelicis recordationis Gregorio Papa XV. praedecessore nostro, ac etiam à nobis confirmatae cum clausula citra dispensationem super quarto voto, ac ministerio Redemptionis Captiuorum eisdem Fratribus Calceatis dumtaxat in eadem concordia reseruato, quod nihilominus à dictis etiam fratribus Discalceatis fieri posse praetenditur vigore clausulae praedictae citra dispensationem super quarto voto in litteras Apostolicas confirmationis concordiae huiusmodi appositae, rebusque alijs, Venerabiles Fratres nostros Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales negotijs Regularium praepositi censuerint vigore dictae clausulae citra dispensationem super quarto voto huiusmodi, & aliorum in dicta concordia, & confirmationibus Apostolicis contentorum, non fuisse necesse ius aliquod de nouo quaesitum dictis fratribus Discalceatis, seu Relectis ad ministerium Redemptionis Captiuorum exercendum sub directione, & superioritate eorum Vicarij Generalis; sed omnia circa ministerium praedictae Re-

demptionis Captiuorum remansisse, & remanere in eisdem statu, & terminis in quibus reperiuntur ante dictam concordiam: ita vt praedicti fratres Discalceati quoad dictum opus Redemptionis, aut alia ad dictum ministerium quomodolibet spectantia remaneant sub directione & obedientia, ac superioritate, dilecti filij Magistri Generalis Calceatorum, prout quem admodum in eisdem statu, & terminis in quibus erant, seu existebant ante concordiam, & confirmationes praedictas, & alias prout in eorundem Cardinalium decreto desuper sub die decimo octauo Nouembris praesentis anni millesimo sexcentesimo trigesimo tertio emanato plenius dicitur contineri, nos inuiolabilis decreti, & in eo contentorum quorumcumque firmitate, atque obseruantia quantum cum Domino possumus consulere, dictaeque exponents, specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris & poenis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum

Bullarium Ordinis

harum ferie absoluentes, & absolutas fore censentes, metu proprio, & certa scientia, & matura deliberatione nostris, decretum prædictum, & in eo contenta quæcumque Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui deluper quomodolibet interuenerit supplemus, decernentes illud, nec non præsentibus litteras, valida firma, & efficacia existere, & fore ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inuiolabiliter obseruari. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & innane si secus super his à quo-

quã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit quibusuis, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum, tenore præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus ceterisque contrarijs quibuscumque. Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die tertio Decembris millesimo sexcentesimo trigésimo tertio. Pontificatus nostri anno vndecimo.

M. A. Maraldus.

Loco ✠ annuli Piscatoris.



DE-

DECRETVM

SACRAE CONGREGATIONIS
Eminentissimorum Cardinalium, super
negotijs Regularium Praepositorum.

SUMMARIVM DECRETI.

*Statuit Sacra Congregatio, quod Prior Barcinonen. nequeat se intro-
mittere in Religionis regimine, neque aliquid innovare, neque Procura-
torem Generalem ad Curiam Romanam mittere, admodum Magi-
ster Generalis electus Episcopus, non sit in Pontificio Consistorio pra-
conizatus. Ad instantiam R. P. M. Fr. Didaci de Velasco Vicarij, &
Procuratoris Generalis in Urbe.*

Eminentissimi, & Reueren-
dissimi Signori. Fra Diego de
Velasco Vicario è Procura-
tore Generale dell' Ordine de
lla Madonna della Mercede Red-
emptionis Captiuorum, spone all'
Eminenze Vostre, che il P. Prio-
re di Barcellona di detta Reli-
gione pretendendo, che l'officio
del Generalato fosse vacato per
la nominatione di esso Generale
fatta dal Rè Cattolico al Vesco-
uato Albarracinen. & che però
la facolta del Generale fusse de-
uoluta à lui, tra altri attentati
ha mandato in Roma Fra Giose-
po Soler per Commissario, è Pro-
curatore Generale (non potendo
remouere l' oratore confor-

me alle Constitutioni) quale me-
tendo la Religione in conquasso
si è fatto obedire dal Conuento
per Superiore, reuocando il Vi-
cario è Procuratore Generale
fatto d'ordine del Capitolo & dal
P. Generale, conforme alle Con-
stitutioni Apostoliche, di che si
dà copia, onde essendosi ricorso
à questa S. Cōgregatione, è ten-
tita l' vna è l'altra parte, è stato
risoluto, che il Generale conti-
nui il suo officio fino alla pre-
conizatione della Chiesa, che per-
ciò il detto P. Priore ancorche
sia Vicario Generale, non puol
innovare ne i detti Officij per le
ragioni infra scritte.

Primo, perche quando anoc

li Generalato fosse vacato, il detto Procuratore Generale non potena essere rimosso dal Priore, disponendo le Constitutioni de lla Religione, che il Procuratore Generale non possa esser rimosso se non in Capitolo, vel propter delicta, quibus iure repulsam à prædicta procuratione mereatur, vt in capit. 13. distinct. 2. del tenor seguente, cioè: Capit. 13. de statu omnium Prouinciarum statuimus & ordinamus, quod Generalis Magister, & Capitulum cum simul conuenerint, eligant, & nominent in Procuratorem Ordinis in Curia Romana Religiosum Fratrem optime institutum, qui causas & negotia Ordinis qua sese Roma obtulerint, tractet & peragat. Qui Generalis Procurator iurisdictionem habeat, & commissionem sui Ordinis à Generale, & Capitulo ad comprehendendum, puniendum, & corrigendum omnes illos Fratres, qui sine licentia Generalis in scripto in prædicta Curia Romana reperti fuerint, &c. Generalis autem Magister non possit Procuratorium reuocare prædicto Procuratori, nisi in Capitulo, vel nisi propter delicta quibus iure repulsam à prædicta procuratione mereatur.

Secondo, perche il Capitolo hà compromesso la facoltà di nominare nel Padre Generale ogni volta che sia necessario, e che non sia rimosso se non ne i Casio de lla Constitutione, come

appare dal Decreto dal Capitolo del tenore infra scritto, cioè, fol. 8. à tergo. Item in eodem Diffinitorio consultum est circa assignationes, & nominationes Vicariorum, & Visitatorum Generalium Indiarum Peru, scilicet, & Noua Hispania, necnon Procuratoris, & Vicarij Generalis Roma, & Italia: & uniuersum Diffinitorium Vocas, & itaque sua commiserunt in forma compromissi Reuerendissimo Patri nostro Magistro Generali potestatem illi tribuendo ad prædictam nominationem per se solum faciendam, &c. similiter eidem Reuerendissimo Patri nostro Magistro Generali commissum est, vt possit alios Vicarios Generales assignare & nominare si prius nominati, vel decedant, vel officio debeant priuari.

Terzo, & in termini de lla Procuratoria generale di questa Religione, che vacante il Generalato non possa esser rimosso dal Vicario Generale successo in luogo del Generale; fu resolu to nella Congregatione de lla Visita, e reformatione Apostolica fatta auanti Papa Clemente Ottauo l'anno 1602. come nel libro chiamato Cronica de lla Religione del detto Ordine fol. 337. del tenor seguente, cioè: In Dei nomine amen. Hoc presenti publico Decreti instrumento cur. etis pateat, &c. quod anno 1602. 3. Martij in Congregatione Visitationis, & reformationis Apostolicae habita co-

ram Sanctissima D. N. inter cetera
 adest in scriptum Decretum, vide
 licet. Al memoriale di Fra Gio
 Proano della Mercede, per la li-
 te con il Bargas sopra la Procura
 Generale di quella Religione,
 nostro Signore ordina, che il Var-
 gus seguiti nell' officio suo fino
 a nuoua prouisione da farsi dal
 nuouo Capitolo, o dal Generale
 che sarà eletto secondo le loro
 Constitutioni.

Quarto, perche il P. Priore
 di Barcelona come Vicario Ge-
 nerale non può mutar lo stato
 della Religione, nè innouar cosa
 alcuna fino al nuouo Capitolo
 Generale, come espressamente
 dispongono le Constitutioni de-
 lla Religione, cap. 3. del tenor se-
 guente, cioè: *Cap. 3. distinct. 1. Et
 licet Vicarius Generalis in officio
 Generalis succedat: illi tamen nulla-
 tenus liceat electores mutare, vel pri-
 uare, aut nouos eligere ad Capitulum
 Generale proximum, sed quantum
 ad hoc iidem electores, quos Magister
 Generalis per mortem, vel decessum
 reliquerit permaneant. Ita ut Religio
 in eodem pro suo statu perseueret sicut
 fuerat ante vacationem Magistrati-
 us.*

Quinto, perche il simile fu di-
 chiarato in caso simile nel Capi-
 tolo tenuto in Saragozza l' anno
 1622. del tenor seguente, cioè:
*Declaratio Capituli Generalis Ce-
 sarugusta anni 1622. Item decla-
 ratio hoc sanctum Dissimitorium,*

*quod P. Prior Parcincen. existens
 Vicarius Generalis nullo modo possit
 nominare Vicarios Generales An-
 diarum, neque reuocare nominatione
 illorum, qui existerint nominati, &
 omne quod in contrarium huius fa-
 ctum fuerit, datur pro nullo, & nul-
 lus valoris, & effectus nunc, & in
 perpetuum.*

Per tanto il detto Precurato-
 re Generale supplica l' Eminen-
 ze Vostre restino seruite ordi-
 nar di nuouo al detto P. Priore
 di Barcellona, che si astenga dall'
 esercizio del detto officio di Vi-
 cario Generale fino a riuui il tem-
 po della vacante, dichiarando
 nulla la nominatione del detto
 Fra Giosepe Soler, & ordinari
 che non eserciti il detto officio,
 ma che se ne torni al suo Con-
 uento sotto pene è cenure, &
 che lasci l' oratore, e la Religio-
 ne in pace è quiete, dichiarando
 anche che l' oratore non possa
 esser dal suo officio rimosso
 dal detto Vicario Generale P.
 Priore, se non dal Capitolo, o dal
 Generale che sarà eletto. E tan-
 to più hoggi che l' oratore si tro-
 ua assai impegnato per le molte
 spese di lite che ha hauuto per la
 Religione, come anco per il suo
 vitto, del Compagno, e Seruito-
 re, che del tutto se le deue pigliar
 conto, e pagar li debiti dal suc-
 cessore nominato nel Capitolo
 Generale come è solito, è si vfa.
 Che il tutto, &c. Quia Deus, &c.

Bullarium Ordinis

Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Regularium preposita, attentis narratis, ac partibus iterum auditis, Eminentissimo Vidono referente, censuit, standum esse in Decretum quoad declarationem predictam; ac propterea inhibendum esse, prout presentis Decreti virtute inhibuit prænominato fratri Iosepho Soler, ne sub pœna carceris, alijsque pœnis eidem sacra Congregationi benè visis, se quoquomodo ingerat, nec perturbet præfatum fratrem Didacum in officio Vicarij, & Procuratoris Generalis in

Curia Romana, sibi ut proponitur, à P. Generali eiusdem Ordinis, Capituli Generalis, & Constitutionum ipsius Ordinis. Auctoritate, assignato. Romæ die decimo octavo Iunij millesimo sexcentesimo trigesimo secundo.

Fr. Antonius Card. S. Honoratus

Locus X: Sigilli.

A. Toriellus.

VRBANI VIII.

BULLA DECIMAQVINTA.

Præcipit Pontifex, ne Prior domus Barcinonen. se ingerat in Vicarij Generalis officio, neque aliquid in Religione innovet, & sive dum Magister Generalis electus Episcopus, in Romano Consistorio sit preconizatus ad instantiam R. P. M. Fratris Iohannis ael Castillo, Vicarij, & Procuratoris Generalis in urbe.

VRbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Nuper pro parte dilecti filij moderni Procuratoris Ge-

neralis Ordinis Beatae Mariæ de Mercede nobis expeditum fuit, quod à venerabilibus fratribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-

dinalibus, negotijs Episcoporum, & Regularium prepositis, emanabit decretum tenoris subsequens: videlicet in controuersia exorta inter fratrem Joannem Ciprianum Magistrum Generalem Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede ex vna, & modernum Priorem Conuentus Barcinens. eiusdem Ordinis partibus ex altera, super & quod dictus Prior pretendat officium Generalatus huiusmodi vacasse, per nominationem factam à Rege Catholico de persona dicti fratris Ioannis ad Episcopatum Albarracensem, & ipsum Priorem succedere in Vicarium Generalem Ordinis ex dispositione constitutionum eiusdem Ordinis. E contra vero dictus Generalis pretendit in officio remanere saltem donec in consistorio fuerit preconizatus, & à Papa confirmatus rebus alijs, & sacra congregatio Cardinalium negotijs Regularium preposita, Eminentissimo Vidono referente, censuit partibus auditis declarandum esse, prout presentis decreti virtute declarauit, Generalatus officium huiusmodi ex ea nominationis parte, non vacare, sed tunc demum cum idem Generalis, vt supra in Episcopum nominatus in Consistorio preconizatus, & à Sanctissimo Domino nostro confirmatus fuerit.

Romæ die trigesimo Aprilis mi

lesimo sexcentesimo trigesimo secundo. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat dictus Procurator Generalis decretum præsertum cum omnibus, & singulis in eo contentis Apostolicæ vestræ confirmationis robore communiri illico impere desideret, nos dictum Modernum Procuratorem specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, cenuris, & penis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latæ si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum, sine absolventes, & absolutum serie contentes supplicationibus nomine nobis, super hoc humiliter porrectis inclinati de eorundem Cardinalium consilio præsertum decretum, cum omnibus, & singulis in eo contentis Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus illique inuiolabilis Apostolicæ firmitatis rebus adiicimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quam facti si qui de super quomodolibet interuenierint supplemus, decernentes illud, neque non presentes litteras valida, firma, & efficacia existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri,

Bullarium Ordinis

& obtinere, & ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inuiolabiliter obseruari sicque, per quoscumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores sublata eis, & eorum cui libet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicare, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non ob

stantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quibusuis dicti Ordinis, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 14. Iulij 1635. Pontificatus nostri anno duodecimo.

M. A. Maraldus.

M A N D A T V M

SACRAE ROTAE

DE MANVTENENDO SVPER

POSSESSIONE OFFICII CONSERVATORIS

Collegij Sancti Ildephonsi, & Vniuersitatis Complutensis, in fauorem Patris Commendatoris Collegij nostri Ordinis oppidi de

Alcala de Henares, ad instantiam R. P. F. Petri de Nolas-

co in Sacra Theologia Praesentati, Procuratoris

in Romana Curia pro Prouincia

Castellæ.

Serenissimo, Potentissimo, & Catholico Principi, & Domino Domino PHILIPPO, diuina fauente clementia, Hispaniarum Castellæ, Legionis, Aragonum, Portugallia, Neapolis, vtriusque Siciliae citra, & ultra Pharam, Valentia,

Nauarreg, Sardinia, Regi, Archiduci Austriae, Mediolani, Eurgantia, Flandriae, & Duci, & Committi, Indiarum Orientalium, & Occidentalium, maris Oceani, & noui Orbis Dominatori, Regnorum, Ducatum, & aliorum dominorum vestro-

rum

rum foelicis prosperitatis augmentum, necnon Illustrissimo, & Reuerendissimis in Christo Patribus, & Dominis, Dominis Dei, & Apostolicae Sedis gratia Burgenfi Archiepiscopo, ac Cõcheni, & Vallisoletano Episcopis, eorumque, & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus, & temporalibus Vicarijs, seu Officialibus Generalibus, vniuersis quoque, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurarijs, Sacristanis, tam Cathedralium, quam Collegatarum Canonicis, Parrochialiumque Ecclesiarum, Rectoribus, Curatis, & non Curatis, Vicarijs perpetuis, ac Monasteriorum, & Ordinum quorumcumque, Generalibus, Prouincialibus, Ministris, Guardianis, Fratribus, Monachis, Regularibus, Conuentualibus, exemptis, & non exemptis, ceterisque Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscumque per dictorum Dominorum Archiepiscopi, & Episcoporum, per Prouincias, Ciuitates, ac Dioceses, ac alias vbi libet constitutis, & eorum cuiuslibet in solidum, necnon Illustrissimis, & Excellētissimis Dominis, ac Illustribus, ac magnificis viris, Dominis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomiti-

bus, Domicellis, Capitaneis, Cõsulibus, Iustitiarijs, Aduocatis, & Curiarum quarumcumque, tam spiritualium, quam temporalium, terrarumque Ciuitatum, oppidorum, Castrorum, Villarum, & Vniuersitatum quarumcumque Maioribus, Rectoribus, Praefectis, Baiulinis, necnon Alguacillis, & Officialibus, ceterisque Dominis, & personis quibuscumque iurisdictionem spirituales, & ordinariam per se, vel alium, seu alios, mediate, vel immediate, vbi cumque pro tempore exercentibus, & constitutis, & eorum cuiuslibet in solidum, & praesertim admodum Illustribus Dominis Rectori, & Collegialibus Vniuersitatis, & studij generalis sancti Ildephonsi, oppidi de Alcalá de Henarés, admodum Reuerendo Domino Episcopo Abulensi pro omni, & quocumque eius praetense iure, & interesse ex aduerso principalibus, omnibusque alijs, & singulis quorum interest intererit, aut interesse poterit, quomodo libet in futurum quibuscumque nominibus censeantur, & quacumque praefulgeant dignitate.

AMATVS DVNOZETVS, iuris vtriusque Doctor, ac sanctissimi Domini nostri Patris Capellanus, & ipsius sacri Palatii causarum Apostolici Auditor causae, & causis, ac partibus infra scriptis Iudex Commissarius

Bullarium Ordinis.

rius auctoritate Apostolica specialiter deputatus, salutem in Domino, & nostris huiusmodi presentibus fidem indubiam adhibere, ac in commissis diligentiam facere, nostrisque huiusmodi, inò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Notueritis sub insertam commissione, copiam alterius in eius capite insertam habentem, nobis dicta auctoritate Apostolica presentatam fuisse tenoris sequentis, videlicet, BEATISSIME PATER, exponitur humiliter sanctitati vestræ pro parte Rectoris, & Collegialium Collegij Vniuersitatis studij generalis sancti Ildephonsi, necnon Abbatis, & Conuentus Monasterij sancti Bernardi, oppidi Complutensis Toletanæ Diocesis, coniunctim, seu diuisim, aut pro parte alterius eorum, quod Didacus Ortiz de Zaias Canonicus Doctoralis Conchenfis, iudex auctoritate Apostolica Delegatus ad instantiam Prioris, seu Commendatoris, ac Conuentus Monasterij Beatæ Mariæ Virginis Ordinis eiusdem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Capitiuorum, eiusdem oppidi Complutensis dictæ Diocesis aduersariorum in litte, & causa pendente inter prædictas partes indecisa, super officio Conseruatoris priuilegiarum Collegij, & Vniuersitatis prædictorum, seu

rebus alijs latius in actis deductis sit dictis Oratoribus, seu eorum alteri adeo suspectus, vt ab eo iustitiæ complementum non sperent: idè dignetur sanctitas vestra præuia à dicto Didaco, & alijs Collegijs si qui sint, in quorum, seu alterius ipsorum iurisdictionem pro parte Oratorum, seu alterius eorum non est concessum, neque causa instructa à uocatione illam, & illas in status & terminis quibus reperiuntur, ac quam, & quas, &c. Cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali alicui ex vestri sacri Palatii causarum Apostolici Auditoribus, siue Locumtinenti attentò, perpetuo præiudicio audiendi, cognoscendi, decidendi, sineque terminandi, committere, & mandare, cum potestate citandi dictos aduersarios, omnesque alios, quos opus erit, etiã per edictum publicum constituto, &c. Illisque & quibus videbitur sub sententijs, censuris, & pœnis inhiherendi contradictores in illas seruata forma Concilij Tridentini incidisse declarandi, grauandi, aggrauandi, auxiliumque inuocandi, attentata, & inuouata quæcumque prout de iure reuocandi, aliaque faciendi, gerendi, dicendi, & exequendi necessaria, & opportuna, præmissis constitutionibus, & ordi-

natio-

nationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs, non obstantibus quibuscumque statum, &c. De mandato Domini nostri Papae audiatur Magister Amatus, citet etiam praedictum, inhibeat etiam sub censuris, reuocet, procedat, ut petitur, & iustitiam faciat. Placet Domino nostro Papae. Cardinalis Antonius Barberinus. BEATISSIMAE PATER, Rector, & Collegiales Collegij Vniuersitatis studij generalis sancti Ildephonsi oppidi Complutensis, & confortes aduersarij auocarunt causam pendentem inter eosdem aduersarios ex vna, & deuotos sanctitati vestrae Oratores, Priorem, & Conuentum Monasterij Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum eiusdem oppidi Compluti, super officio Conseruatoris priuilegiatorum Collegij, & Vniuersitatis studij supradicti, coram iudice de partibus, eamque in Rota Reuerendo Patri Domino Dunogetto commiserunt, & citationem cum inhibitione extorserunt, quae pendente, cursum causae retardarunt, verum quia aduersarij citationem non reproduxerunt, & commissionem praefertam communem facere non curarunt, nec curant, & Oratorum valde interst causam proficui, & termina-

re, propterea Oratores supplicant Sanctitati vestrae quatenus dignetur committere, & mandare eidem Reuerendo P. D. Dunogetto, cui praeferta pro parte aduersariorum praesentata, quae iam in causa reperitur, fuit directa, ut in causa, & causis praefatis procedant, procedique mandet, & faciat, perinde, ac si praeferta fuisset effecta communis cum potestate citandi, & inhibendi, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & poenis pecuniarijs quos, quibus, & quoties opus fuerit, aliaque faciendi, gerendi, exercendi in praemissis, & circa ea, seu quomodolibet necessaria, & opportuna praemissis necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, ceterisque contrarijs, non obstantibus quibuscumque statum, &c. Pro plene, & sufficienter expressis habenda, &c. De mandato Domini nostri Papae idem Auditor citet, inhibeat, procedat, ut petitur, & iustitiam faciat. Placet Domino nostro Papae. B. Cardinalis Gipsius. Virtute cuius quidem ultimo praefertae commissionis pro parte admodum Reuerendi Patris Commendatoris, ac venerabilis Monasterij, & Collegij Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captiuorum eiusdem

dem oppidi Complutensis principalium citatione legitima, vna cum inhibitione sub censuris, & pœnis inferta extra Romanam Curiam, & ad partes contra præfatum Reuerendissimum Dominum Episcopum Abulensem, omnesque alios sua quomodolibet interesse putantes in forma solita decreta, & concessa, & illius executione in eisdem partibus legitime facta, & in actis reproducta, processuque inter dictas partes in partibus fabricato coram nobis exhibito, illoque, & alijs iuribus ad causam, & causas huiusmodi facientibus, Domino Dionisio Lomas, in Romana Curia causarum, necnon prædictorum admodum Illustrium Dominorum Rectoris, & Collegialium Vniuersitatis, & studij generalis sancti Ildephonsi eiusdem oppidi Complutensis, & admodum Reuerendi Patris Abbatis sancti Bernardi ex aduerso principalium Procuratore, ac prædicto Reuerendissimo Domino Episcopo Abulensi pro omni, & quocumque eius prætenso iure, & interesse legitime citatis, hinc inde productis, receptis, & admisis, datoque per nos particulari dubio super maintenance exercendi officium Conseruatoris in pleno Rotæ Auditorio partibus hinc inde, seu ve-

rius earum Procuratoribus, & Aduocatis in voce, & in scriptis acerrime informantibus, semel, atque iterum proposito, illoque per Dominos Coadiutores nostros maturæ discussio, & ventilato, & ad faucem admodum Reuerendi P. F. Michaelis de Albarado moderni Rectoris, & Commendatoris prædicti venerabilis Monasterij B. Mariæ de Mercede eiusdem oppidi Complutensis resoluta tandemque eodem Reuerendissimo Domino Episcopo Abulensi pro omni, & quocumque eius prætenso iure, & interesse, per Audienciã publicam litterarũ contradictarum S. D. N. Papæ, necnon prædicto Dñe Dionisio Lomas dictorum admodum Illustriũ Dominorum Rectoris, & Collegialium Vniuersitatis, & studij generalis Complutensis, ac admodũ R. P. Abbatis sancti Bernardi ex aduerso principalium Procuratore ad videndum, & audiendum dictũ admodũ Reuerendum Patrẽ modernum Cõmendatorem, manuteneri in possessione exercendi officium Cõseruatoris, de qua agitur, & quodcumque mandatũ de manutenendo de super necessarium, & opportunum extra Romanam Curiam, & ad partes decerni, concedi, & relaxari per aliquem, & Sanctissimi Domini nostri Papæ Curforibus legitime,

ac de mandato nostro citatis ad certum, & peremptorium terminum competentem videlicet ad diem, & horam infra scriptos, illisque aduenientibus comparauit in iudicio legitime, coram nobis admodum Reuerendus Pater Magister Fr. Petrus de Nolasco, & Prada in Romana Curia causarum, necnon praedicti admodum Reuerendi Patris moderni Commendatoris Procurator legitimus, prout de dictorum hinc inde Procuratorum mandatis procurationum nobis legitima stetit facta fides, & eo nomine Procuratorio eundem admodum Reuerendum Patrem modernum Commendatorem eius principalem in reali, actuali, & corporali possessione, vel quasi officium Conseruatoris, iuxta decisionis coram nobis desuper emanatae formam, & tenorem exercendi manuteneri, mandatumque de manutendo desuper necessarium, & opportunum extra Romanam Curiam, & ad partes in forma solita decerni concedi, & expediri, mandari per nos instanter postulauit. NOS TVNC AMATVS DVNOZETTVS Auditor iudexque Commissarius praedictus citatis citandis, ac seruatis de iure seruandis attendentes petitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, quodque parum prodesset

resolutiones reportare fauorabiles, nisi debita executioni demandarentur, volentesque partibus hinc inde praedictis iustitiam aequa lance (vt tenemur) ministrare: idcirco auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, praevia de praemissis congrua, & plena relatione, per nos in Roma cum Dominis Coauditoribus nostris desuper facta, visaque protestatione per dictum Dominum Dionisium Lomas Procuratorem in actis infra dicti nostri Notarii, & causae praesentis actuarii dimissa, illaque tamquam nulla friuola, & irrelevante, non obstante praepetitum mandatum de manutendo in possessione exercendi officium Conseruatoris extra Romanam Curiam, & ad partes in forma solita, & consueta decernendum, concedendum, & relaxandum duximus, prout decreuimus, concessimus, & relaxauimus, ac decernimus, concedimus, & relaxamus praesentium per tenorem. Quae omnia, & singula praemissa vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus praesentes nostrae diriguntur, & vestrum cuiuslibet in solidum intimamus, insinuamus, & notificamus, & ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per praesentes, vosque & vestrum quemlibet in

Bullarium Ordinis

solidum tenore præsentium requirimus, & monemus, ac vobis, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infra-scriptis pœnis, & censuris per quemlibet cōtrauenientem triū dierum canonica præmissa ipso facto incurrendis districte præcipiendo mandamus, quatenus visis, & receptis, præsentibus, & postquam pro parte supradicti admodum Reuerendi Patris moderni Commendatoris Monasterij Beatæ Mariæ de Mercede, principalis vigore præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus eundem admodum Reuerendum Patrem modernum Commendatorem in reali actuali, & corporali possessione, vel quasi exercendi officium Conservatoris Vniuersitatis, & Collegij maioris sancti Ildephonsi oppidi Cōplutensis manutentis, tueamini, & defendatis, amotis ex inde, & eiectis dicto admodum Reuerendo Patre Abbate sancti Bernardi, & quibusuis alijs intrusis, & illicitis, ac officium huiusmodi exercere cupientibus, & insectantibus, quos nos etiam, & eorum quemlibet in quantum possumus, amouemus, & eijcimus, & per præsentis denuntiamus amotos, & eiectos, & quilibet vestrum manuteneat, tueatur, & defendat, prout manuteneri, tueri, & defendi vo-

lumus, & mandamus præsentium, per tenorem super quibus omnibus, & singulis præmissis vestrum cuilibet vices nostras, plenamque potestatem, & facultatem, auctoritate Apostolica prædicta, concedimus, & impartimur per præsentis. Inhabebimus insuper modo, & forma præmissis vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsentis nostræ diriguntur, & vestrum cuilibet in solidum, & præfertim dictis admodum Illustribus Dominis Rectori, & Collegialibus Vniuersitatis, & studij generalis sancti Ildephonsi, ac admodum Reuerendo Patri Domino Abbati sancti Bernardi eiusdem oppidi Complutensis, necnon Reuerendissimo Episcopo Abulensi ex aduerso principalibus, omnibusque alijs, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeantur, & quacumque præfulgeant dignitate sub mille ducatorum de camara locis pijs arbitrio nostro applicandorum, & pro illis mandati executiui, & in iuris subsidium excommunicationis, suspensionis, & interdicti pœnis ipso facto, per quemlibet contrauenientem trium dierum canonica monitione præmissa incurrendis districte præcipientes mandamus, ne quo minus dictus admo-

admo-

admodum Reuerendus Pater modernus Commendator principalis in reali, actuali, & corporali possessione, vel quasi exercendi officium Conseruatoris huiusmodi manuteneatur, tueatur, & defendatur, omniaque & singula praemissa suum debitum fortiantur effectum, impedimentum aliquod praestetis, seu praestent, aut impediuntibus detis, vel dent auxilium, consilium, vel fauorem, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quouis quaesito colore, vel ingenio. Quod si forte vos serenissime PRINCEPS, & REX antedictae praesentis nostri mandati de manuteneendo, imò verius Apostolici contradictor, seu neglector fueritis (quod vestrae Regalis Maestatis obedientia suspicari non finit) licet vos nostris sententijs ligari nolumus; intuitu tamen iustitiae, & ob sanctae Sedis Apostolicae, ac sanctissimi Domini nostri Papae reuerentiam, eandem vestram Regalem Maestatem ad praefatam executionem efficaciter adimplendam in Domino exhortamur. Vobis quoque Illustrissimo, & Reuerendissimis in Christo Patribus Dominis Archiepiscopo, & Episcopis antedictis dumtaxat exceptis, quibus ob reuerentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferimus (in hac parte) si contra praemissa, vel aliquod pre-

missorum per vos, vel submissas personas feceritis, praedicta tridierum canonica monitione ingressum Ecclesiarum interdictimus in his scriptis. Absolutionem vero omnium, & singulorum, qui praefatas nostras sententias incurrerint nobis, vel superiori nostro tantummodo referuamus. In quorum omnium, & singulorum praemissorum fidem, & testimonium has praesentes fieri, & per Notarium publicum subscribamque nostrum infra scriptum subscribi, sigillique nostri, vel alterius Coauditoris nostri iussimus, & fecimus, appensione muniri. Datum Romae in Palatio causarum Apostolico in Monte Quirinali sito de mane hora audientiae causarum solita, & consueta, ad iura reddendum nobis inhi pro tribunali sedentibus. Sub anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo quinto, in dictione tertia, die vero Veneris sexta mensis Iulij, tempore autem Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Urbani Diuina prouidentia Papae VIII. anno eius duodecimo. Praesentibus ibidem Dominis Claudio Duquez, & Ioanne Baptista de Tiberijs Sacrae Rotae Notarijs, scribisque nostris publicis, testibus ad praemissa omnia vocatis, specialiter atque rogatis.

* Loco

Bullarium Ordinis

* Loco sigilli. Pro Domino chis Connotarius hoc præfens
Dominico Filiberti, sacri Pala- publicum mandati, de manutenē
tij Apostolici causarum, & præ- do instrumentum subscripsi, sig-
f n is causæ Notario de præmif- nau, & publicavi rogatus, & re-
fis rogato, ego Lambertus de Ar- quisitus.

VRBANI VIII.

BVLLA DECIMASEXTA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

*Transfert Summus Pontifex duo capitula Prouincialia, videlicet
Castella, & Vandalia, ex indulto Apostolico celebranda Dominica
Cantate anni 1636. in mensem Octobris eiusdem anni, ad hoc vs
Capitulum Generale in festo Pentecostes celebretur, iuxta Ordinis
constitutionem, quamuis tamen erat expletum triennium Prouincialis,
& reliquorum officiorum Prouincia Castella.*

VRbanus Papa VIII. ad fu-
turam rei memoriam. Ex-
positū nobis nuper fuit pro par-
te dilecti filij Thomæ de Casti-
llo Vicarij, & Procuratoris Ge-
neralis Ordinis Beatæ Mariæ de
Mercede Redemptionis Capti-
uorum, qualiter ex indulto Apo-
stolico duo Capitula Prouincia-
lia, videlicet Prouincia Castel-
la, & Bethicæ, seu Andaluziæ
eiusdem Ordinis in Dominica
Cantate, quæ est 4. post Pascha
Resurrectionis anno proxime fu-
turo millesimo sexcentesimo tri-
gesimo sexto erant celebranda,
quoniam vero dilectus filius mo-
dernus Generalis dicti Ordinis

Episcopum Solsenensem ele-
ctus, tunc temporis ordinem præ-
dictum, non gubernabit; sed ip-
sius loco, iuxta statutum, & con-
stitutiones dicti Ordinis Apo-
stolica auctoritate confirmata
Prior domus Barcinonensis eius-
dem Ordinis in Vicarium Ge-
neralem succedere debet, ipse-
que Vicarius Generalis electo-
res futuri Capituli Generalis
immutare, ac per consequens,
nec Prouinciales eligere, nec in
Capitulo Prouinciali præsidere
potest; sed Ordinem ipsum in
eodem prorsus statu debet con-
seruare in quo ante vacationem
Magistri Generalis reperiēba-
tur,

tur, quandoquidem in regulari-
 bus dicti Ordinis constitutioni-
 bus Apostolica auctoritate con-
 firmatis inter alia caueatur ex-
 presse, licet Vicarius Generalis
 succedat, illi tamen nullatenus
 liceat electores commutare, vel
 priuare, aut nouos eligere ad Ca-
 pitulum Generale proximum;
 sed quantum ad hoc iidem ele-
 ctiores quos Magister Generalis
 per mortem, decessum, aut pro-
 motionem reliquit permaneant,
 ita vt religio in eodem prorsus
 statu perseueret, sicut fuerat an-
 te vacationem Magistratus. No-
 bis propterea dictus Thomas hu-
 militer supplicari fecit, vt super
 praemissis opportune providere
 de benignitate Apostolica dig-
 naremur. Nos igitur dictum Tho-
 mam specialibus fauoribus, &
 gratijs prosequi volentes, & a
 quibusuis excommunicationis,
 suspensionis, & interdicti, alijs-
 que Ecclesiasticis sententijs, cen-
 suris, & poenis, a iure, vel ab ho-
 mine, quauis occasione, vel cau-
 sa latis, si quibus quomodolibet
 innodatus existit ad effectum
 praesentium dumtaxat conse-
 quendum, harum serie absoluen-
 tes, & absolutum fore censentes
 huiusmodi supplicationibus in-
 clinaticelebrationem dictorum
 duorum Capitulorum Prouin-
 cialium, quae iuxta concessionis
 a nobis desuper emanatae teno-

rem in praedicta Dominica Can-
 tate celebrari deberent ad men-
 sem Octobris millesimo sexcen-
 tesimo trigesimo sexto, ad hec
 vt in proximè futuro festo Pen-
 tecostes Capitulum Generale
 eiusdem Ordinis celebrari pes-
 sit Apostolica auctoritate teno-
 re praesentium transferimus. De-
 cernentes irritum & inane, si
 quid secus super his a quoquam
 qualis auctoritate scienter, vel
 ignoranter contigerit attentari.
 Non obstantibus constitutioni-
 bus, & ordinationibus Apostoli-
 cis dictique Ordinis, etiam iura-
 mento, confirmatione Aposto-
 lica, vel quauis firmitate alia ro-
 boratis, statutis, & consuetudi-
 nibus, priuilegijs quoque indul-
 tis, & litteris Apostolicis in con-
 trarium praemissorum quomo-
 dolibet concessis confirmatis, &
 innouatis. Quibus omnibus, &
 singulis illorum omnium tenore
 praesentibus pro plene, & suffi-
 cienter expressis habentes, illis
 aliàs in suo robore permansuris,
 hac vice dumtaxat specialiter,
 & expresse derogamus, ceteris-
 que contrarijs quibuscumque.
 Datum Romae apud Sanctum Pe-
 trum sub annulo Piscatoris die
 III. Ianuarij 1636. Pontificatus
 nostri anno decimo tertio.

M. A. Maraldus.

Loco ✠ annuli Piscatoris.

Bullæ sequentes, quia non opportuno tēpore ad manus peruen-
erunt, non potuerūt suis in locis prælo mādari, & ne omiffæ,
& obitæ remaneret consultius iudicatū est, illas ad calcem huius
voluminis ponere, vt innotescat quid illis concesserint Ordini no-
stro Romani Pontificēs credo æquidem plures alias super futuras
que modo non possunt in lucem edere, & concernūt iura Monaste-
riorum in speciali, quod Deo dante in 2. huius operis tomo, ante
Regalia priuilegia suum fortientur locum.

P I L I V.

BULLA QUARTA.

S U M M A R I V M B U L L Æ.

*Prohibet Pontifex, idem quod prohibuerat fratribus Collegialibus no-
stri Collegij Vniuersitatis Complutensis, videlicet quod nullus fra-
ter de genere Hebraorum, Hereticorum seu Neophitus, sit in nostro
Veracruccis Academia Salmanticensis Collegio Collegialis, nisi ac des-
cendentia sua diligenti informatione premissa. Ad instantiam: R.
P. M. F. Gasparis de Torres Provincia Castellæ Provincialis, & in
eadem Academia insignis Cathedra in proprietate moderatoris fa-
cultatisque Theologiæ Decani.*

Pius Episcopus seruus ser-
uorum Dei dilectis filijs
Præceptori, & Fratribus, ac Col-
legialibus Conuentus, Monaste-
rij, & Collegij Veracruccis Or-
dinis Fratrum Beatæ Mariæ de
Mercede Redemptionis Capti-
uorum professoribus ciuitatis
Salmantinae salutem, & Aposto-
licam benedictionem. Cum à no-
bis petitur, quod iustum est, &

honestum, tam vigor æquitatis,
quàm ordo postulat rationis, vt
id per officij nostri solitudi-
nem ad debitum, perducatur ef-
fectum; sane pro parte vestra no-
bis nuper exhibita petitio con-
tinebat, quod nuper dilectus fi-
lius Gaspar de Torres Prouin-
ciæ Castellæ, & Portugalix di-
cti Ordinis Magister Prouincia-
lis, sufficienti ad hoc facultate suf-

suffultus, cupiens vobis Collegij dicti Ordinis nuper in dicta ciuitate fabricatoribus, & de Religione benemerentibus morem gerere, per suas desuper expeditas patentes litteras statutum, & ordinationem per vos alias capitulariter, vt moris est congregatos existentes sub die nona praesentis Februarij, anni proxime praeteriti factam inter cetera continentem, quod nullus Frater qui de genere Hebraeorum, aut aliorum Haereticorum, seu Neophitus sit in dicti vestri Collegij Collegialem, & nemo alius nisi facta per vos, aut personam ad id per vos deputandam prius de descendentia sua diligenti informatione, & comperto etiam per publicam vocem, & famam, ac communem opinionem, quod non de Hebraeorum, aut Haereticorum; sed de bonorum Christianorum veterum genere talis admittendus descendat in Conuentu, & Collegio vestro Veracruccis huiusmodi assumatur, aut quouis modo praeficiatur in praepotorem, neque Collegialis fiat, vel admittatur, neque ibi assignetur quomodolibet approbavit, & confirmavit & in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis sententia eo ipso incurrenda sibi in-

ferioribus. Quod statutum, & ordinationem huiusmodi perpetuo inuiolabiliter obseruari facerent mandauit, prout in patentibus litteris praefatis dicti Magistri Prouincialis latius dicitur contineri. Quae quidem ordinationem, statutum, & mandatum dilecti filij, vt perpetuo illibata persistant a nobis petijstis Apostolico munimine roborari; nos itaque vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu statutum, ordinationem, & mandatum Magistri Prouincialis huiusmodi facti rite, & prouide facta fuerunt, rata, & grata habentes illa Apostolica auctoritate approuamus, & confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datis Romae apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quarto, tertio idus Ianuarij. Pontificatus nostri anno quinto.

ferioribus. Quod statutum, & ordinationem huiusmodi perpetuo inuiolabiliter obseruari facerent mandauit, prout in patentibus litteris praefatis dicti Magistri Prouincialis latius dicitur contineri. Quae quidem ordinationem, statutum, & mandatum dilecti filij, vt perpetuo illibata persistant a nobis petijstis Apostolico munimine roborari; nos itaque vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu statutum, ordinationem, & mandatum Magistri Prouincialis huiusmodi facti rite, & prouide facta fuerunt, rata, & grata habentes illa Apostolica auctoritate approuamus, & confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datis Romae apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quarto, tertio idus Ianuarij. Pontificatus nostri anno quinto.

P A V L I V.

BULLA DECIMA.

SYMMARIVM BVLLE.

Concedit Pontifex erectionem Observantissimi Monasterij monialium
Discalearum nostri Ordinis Matriti, vulgo appellati Domini
Ioannis de Alarcon.

Committit Hispaniarum Nuntio, et septem et non plures Monia
les alterius Conventus professe, eius sint prima illius fundatrices,
assignatque illarum qualitates.

Paulus Papa V. Venerabili
fratri Decio Archiepiscopo
Damasceno, nostro, & Aposto-
licæ sedis in Regnis Hispania-
rum Nuntio. Venerabilis frater
salutē, & Apostolicā benedictio-
nem. Inter cetera cordis nostri
desiderabilia, illud sinceris desi-
deramus affectibus, vt regularia
præsertim Monialium loca, ad Re-
ligionis propagationē, diuini que
cultus augmentum recens erecta
prosperè dirigatur, & in illa vitæ
disciplina, & Observantia Regu-
laris introducantur. Cum itaque
sicut accepimus alias quædam Ma-
ria de Miranda, et relicta quius-
dam Ioannis Aristæ de Zuniga To-
letan. seu alterius ciuitatis, vel
Diocesis in oppido ciuitate nun-
cupato Matriti dictæ Toletan.
Diocesis, vnum Monasterium mo-
nialium reformatarum Ordinis B.
Mariæ de Mercede Redemptoris
Captiuorum ex ijs, quæ sibi Deus
concesserat bonis, terrena cœle-
stibus felici commercio comus-
tans, fundauerit, & dotauerit, di-
ctumque Monasterium à Maria

prædicta extrui cœptum, eiusdem
Mariæ hæredes, seu hæredum, aut
personæ, seu personarum, quibus
ipsa in vltima, seu alia eius volū-
tate id operis commiserat, ope-
ra, & vigilatia ex bonis similiter
per dictam Mariam ad eum effe-
ctum relictis, iā pœnè perfectū
sit, nos illius prospero regimini,
& felici Religionis in eo intro-
ductioni prospicere volentes, tibi
per præsentem committimus, &
mandamus, vt postquā dictū Mo-
nasterium legitime erectum esse
tibi cōstiterit ex quibusuis dicti,
seu sancti Benedicti, sancti Domi-
nici, sancti Augustini, sancti Ber-
nardi, Beatæ Mariæ de Monte
Carmelo, sancti Francisci, aut cu-
iusuis alterius Ordinis reforma-
tarum monialium illarum, seu
aliarum partium Monasterijs, hæ-
redis, seu hæredum, aut personæ,
seu personarum prædictarum ar-
bitrio septem in totum moniales
etate graues, quas ad huiusmodi
munus idoneas, & voluntarias ef-
se repereris, dummodo illarum
dumtaxat ad id accedat affectus,

has

hac prima vice auctoritate nostra Apostolica educas, & ad recens erectum Monasterium praedictum: ita ut ibidem illa vita sibi comite, vel ad aliud tempus eis bene visum permanere, et si alterius Ordinis fuerint, sese in habitu, & institutis regularibus dicti Ordinis B. Mariae de Mercede in omnibus, & per omnia conformare, ac praedictum Monasterium regere, & gubernare, nec non quas cumque mulieres, seu puellas, quae dictum Monasterium, iam forsitan sunt ingressa, seu in futurum ingredientur, & inibi profiteri volent, in ritu, moribus, institutis, ac disciplina, & obedientia regularibus huiusmodi erudire, & instituire respectiue possint, & debeant, dicta auctoritate transferas. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Monasteriorum, & ordinum quorum erant moniales, quae transferantur, huiusmodi & iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, illis eorumque superioribus, & quibusvis alijs personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, & derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & in solitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac alijs in contrarium praemissorum

quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ac etiam innovatis, etiam in eis caueatur expresse, quod similes translationes praedictis Monasterijs, & ordinibus fieri non possint. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficiency derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, & forma in illis tradita obseruata inserti foret, praesentibus pro sufficiency expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie ad effectum praemissum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, ut moniales sic transferendae recta via, & a Matronis honestis associatae ad nouiter erectum Monasterium huiusmodi transeant, ipsarumque eleemosynae dotales ijs in quibus praesentibus fuerint, & vnde transferentur Monasterijs, etiam si antequam ad illa redeant in dicto Monasterio Beatae Mariae de Mercede decesserint, omnino remanere debeant. Datis Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 3. Nouembris 1619. Pontificatus nostri anno quinto.

Scipius Cobellucius.

Ll 3

VR-

V R B A N I VIII.

BVLLA DECIMASEPTIMA.

SVMMARIVM BVLLÆ.

Prohibet Pontifex Commendatricibus Monasterij monialium Discalceatarum nostri Ordinis oppidi Matruti, sub excommunicationis, ac priuationis vocis actiua, & passiuæ pœnis, ne possint reliquias à suo Monasterio extrahere, vel alijs Ecclesijs commodare.

VRbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Cōseruationi, & manutētionī sacrarum reliquiarum, quæ sicut dilecta in Christo filia Aloisia de Matre Dei Commēdatrix Monasterij monialium Discalceatarū Ordinis Beatæ Mariæ de Mercēde Redemptionis Captiuorum oppidi Matruti Toletanæ Diocesis nobis nuper exponi fecit, in dicto Monasterio, & illius Ecclesia à seruantur quātum cum Domino possumus consulere volentes, distamque Aloisiam, & ipsius Monasterij moniales specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & illarum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existūt ad effectum presentium dumtaxat consequendum hanc serie absoluentes, & absolutas fore

consentes, supplicationibus earum nomine nobis, super hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam quauis auctoritate fungens reliquias prædictas, seu aliquam earum partem quātumuis minimā, quouis prætextu, aut quæsito colore, causa, ratione, vel occasione à dicta Ecclesia, seu Monasterio extrahere, vel alijs Ecclesijs, Monasterijs, & locis pijs commodare, vel ut extrahantur, & cōmodentur permittere quoquomodo audeat, seu præsumat sub excommunicationis, ac priuationis vocis actiua, & passiuæ pœnis, per contrafacientes incurrēdis Apostolica auctoritate tenore præsentium interdiciamus, & prohibemus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Monasterij, & Ordinis prædictorum, etiā iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque censurijs quibus-

buscumque volumus autē, quod præsentis prohibitionis copia in valuis dictæ Ecclesiæ, aut aliquo alio perspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit continuo affixa

remaneat. Datis Romæ apud Sãctam Mariam sub annulo Piscatoris die 19. Iulij 1625. Pontificatus nostri anno secundo.

V. Theatin.

GREGORII XV.

BVLLA SEXTA.

EXPEDITA PER EMINENTISSIMVM D.D. GASPAREM DE BORGIA S.R.E. CARDINALEM. TITVLI SANCTÆ CRVCIS IN HIERVSALEM, NOSTRÆ RELIGIONIS GENERALIEM PROTECTOREM.

SVMMARIVM BVLLÆ.

1. Confirmat decreta Capituli Prouincialis Prouinciæ del Cuzco in ciuitate del Cuzco celebrati anno Domini 1618. ad instantiam R. P. F. Didaci de Velasco.

NOS Gaspar Tituli Sanctæ Crucis in Hierusalē Sanctæ Romanę Ecclesię Presbyter Cardinalis de Borja, Protector Generalis, Ordinis Beatę Marię de Mercede Redemptionis Captiuorū. Dilectis nobis in Christo venerabilibus, & religiosis viris Magistro Generali, ac vniuersis, & singulis eiusdem Ordinis Prouincialibus, Commendatoribus, Præsidentibus, Vicarijs, & alijs superioribus, ceterisque ad quos spectat, & pro tempore spectabit præsentium tenore attestamur, notumque facimus, supplicationem pro parte dilectorum nobis in Christo Reuerendi Patris Præsentati fratris Didaci de

Velasco Prouincialis, & vocaliū Prouinciæ del Cuzco eiusdē Religionis in Indijs Occidētalibus, sanctissimo Domino nostro, Domino Gregorio diuina prouidentia Papa XV. ad obtinendam cōfirmationem actorum, & decretorum in celebratione Capituli Prouincialis dictæ Prouinciæ, quæ fuit sub die prima mensis Iulij anni Domini 1618. factorum porrectam cuius tenor sequitur, & est talis. Beatissimæ Pater. Præsentatus frater Didacus de Velasco Prouincialis Prouinciæ del Cuzco, ac ceteri vocales dictæ Prouinciæ Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorū. In Capitulo Prouin-

uin-

Bullarium Ordinis

uinciali, per eos sub die prima mensis Iulij anni Domini 1618. iuxta dicti Ordinis statuta, & consuetudinem in ciuitate del Cuzcoritè in Prouincialem dictæ Prouinciæ prædictum Patrem fratrem Didacum de Velasco Præsentatum, & Ordinem huiusmodi expresse professum lecta à Secretario, per Magistrum Generalem ei facta, & à dicto Capitulo accepta dictæ Prouinciæ prohibitione, ac seruatis alijs Ordinis, & Prouinciæ prædictorum constitutionibus canonicè omnes elegerunt. Ac pro foeliciori Ordinis, ac Monasteriorum dictæ Prouinciæ regimine, & administratione, ac diuini cultus augmento infrascripta statuta cõdiderunt, videlicet. Quod omnes fratres dictæ Prouinciæ, qui pro Sacramentorum administratione, ac Fidei Catholicæ instructione in illis partibus faciendâ à Vicario Generali, ac Prouinciali, & Conuentuum Hispanorum Commendatoribus pro tempore nominabuntur perinde, ac si in dicto Capitulo per se, & ad partem, ac extunc nominati essent ab omnibus censeantur, & reputentur. Item quod pro fideli administratione bonorum fratrum, qui in dicta Prouincia pro tempore obibunt, & illorum, qui ac tenus obierunt, si quæ sint in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, ac sub excommuni-

cationis pœna superior domus, vel commendæ in quibus fratres huiusmodi obibunt, ea qua poterit maiori celebritate copiam inuentarij bonorum dicti defuncti à procuratore domus, seu commendæ eiusdem defuncti subscriptam, originale tamen penes se retinendo ad eius Prouincialem, nec non in prima, quæ se obtulerit occasione argentum, aurum, & alia bona huiusmodi, quæ defunctus reliquerit ad Commendatorem, & Depositarium domus dictæ ciuitatis del Cuzco trãsmittere debeat, quodque Cõmendator, ac Depositarius prædicti illa recipere, ac in libro defunctorum adnotare, & donec bona huiusmodi sint applicanda ab eius Prouinciali ordinetur fideliter retinere, & custodire debeant, & teneatur. Item quod Prouinciales, ceterique superiores in virtute sanctæ obedientiæ, ac Spiritus sancti, & sub pœna priuationis sui officij, ac exilij duorum annorum à dicta Prouincia nullo vnquam tempore fratres alterius Prouinciæ in suis Conuentibus absque authentica, & fidedigna eorum Prouincialis licentia admittere possint, quodque fratres licentiam huiusmodi, non habentes in carceribus retinere, & de eorum aduentu Prouinciales certiores facere teneantur, dicti vero Prouinciales sub pœna priua-

tio-

tionis officij fratres huiusmodi ad suas domos redire compellant. Item quod nulli dictæ Prouinciæ Prælati in eorūdem Spiritus sancti, ac obedientiæ virtute, ac sub perpetuæ inhabilitatis munera, & prælaturas in dicta Prouincia obtinendi, & duorum annorum ex illis ab illa ad habitum Religionis huiusmodi aliquem Indianum, mulatum, mesticum, vel quarteronem (vt dicitur) admittere possint, & vt facilius euitetur ne habitus Religionis prædictæ a defectus huiusmodi patientibus in posterum suscipiatur, quod super huiusmodi defectibus pleniore habeantur informationes Indos, Mulatos, Mesticos, & quarterones huiusmodi ad dictam Religionem inhabiles declarando, quodque Prælati eorum professionis emissionem admittere nequeant, sed a dicta Religione, vti enormiter lesa expelli possint. Item quod cum sit contra votum paupertatis, & dictæ Ordinis constitutiones, vt fratres debita contrahant, illi dictæ Prouinciæ debitum ultra xx petia, absque sui Ordinarij Prælati licentiâ, qui nihilominus illa ultra. C. petia concedere nequeat, sub pœna carceris per dimidium anni contrahere non possint, casu vero quo contingat aliquem ex fratribus huiusmodi maiori pecuniarum summa indigere, quod licentiam pe-

missis

tere debeat a suo Prouinciali, vel Procuratore Generali, quibus etiam iniungitur, ne licentiam huiusmodi, absque causis urgentissimis (dummodo non cum Mercatoribus) concedant. Item ob multa inconuenientia, quæ ex manifestatione defectuum quos pro tempore fratres committunt possunt euenire, quod sub pœna excommunicationis nullus frater alterius fratris errores, & culpas alteri fratri, vel seculari preterquam in casu urgente, ac petenti remedio indigente Vicario Generali, vel Prouinciali, aut Prælato qui ex officio remedium afferre valeat manifestare possit, quodque illi qui errores, & culpas huiusmodi per Epistolas, vel alias propalauerint ad verificationem illorum obligati existant, & qui alijs crimen aliquod alterius fratris, quod sit peccatum mortale patefecerit, pro conspiratore contra Religionem declaretur, & secundum dictæ Religionis constitutiones rigore puniatur, prout etiam rigore erunt puniendi illi, qui secularium crimina publicauerint: districtius inhibendo ne Epistolæ fictitiæ, & sine subscriptionibus ab aliquo scribantur. Item quod Ordinarij Prælati contra suos subditos actitare, vel processus, seu informationes fabricare non possint, nisi contra in graui aliquo delicto deprehensos, quo in

casu

casu originales processus, nullā apud se copiam retinendo ad Vicarium Generalem, vel Prouincialem suum transmittere debeat, & teneatur. Item quod nullus Chorista ad Ordines Sacros non promotus, nullusque Laicus ætatem viginti quatuor annorū completam non habens, nisi in casu grauisimo, & in quo non ad sint alij testes, & tunc coram quatuor Sacerdotibus in Conuentu magis ancianis in testimonium adhiberi possit, ac omnes, & singulas testificationes aliter factas suspectas, nulliusque ioboris, vel momenti fore, illi vero, qui in huiusmodi testificationibus quouis pretextu, colore, vel ingenio falsa deposuerint ad habitus priuationem, & ad triemes per duos annos, sine stipendio, si vero Prælati fuerint, ad sui officij, & Prælaturæ priuationem, & ad perpetuam à dicta Religione expulsiōnem condemnentur. Item quod in posterum nullus frater, qui lingue Latinæ, & cantus ignarus sit ac duos annos post professionem non compleuerit, & authenticam baptismatis fidem, non habuerit, ad sacros Ordines promoueri possit, illi vero, qui non constituti in ætate à Concilio Tridentino statuta ad sacros Ordines huiusmodi promoueri faciet ad triemes per duos annos damnentur. Item quia finis Religionis huiusmodi est Redemptio

Captiuorum Christianorum, quod Procuratores Conuētuum dictæ Prouinciæ, sint etiam Procuratores Redempticnis, vt diligentius, & accuratius attendatur ad id, quod pertinet ad ipsam Redemptionem. Item quod Prælati cuiuscumque domus sub pena priuationis sui officij, & inhabilitatis ad illud per quatuor annos si in suo Conuentu ad sint sex Sacerdotes, Horas Canonicas, ac Vesperas in Choro ante sanctissimum Sacramentum decantari, ac Missam quam conuentualem, seu decantatam vocant quotidie, & absque vlla relaxatione celebrari faciant. Item quod Doctrinarij, tam Prælati, quam subditi in eorum doctrina hospites seculares ultra tres dies sub pena priuationis doctrinæ, & salarij vnus anni, tenere nō possint. Item quod nullus cuiuscumque status, & conditionis existat tabaccum in fumo sumere possit, qui vero illud accepisse inuenitur, si inuenis fuerit ad disciplinam circularem publice faciendam, & incedendum per quatuor menses sine mantelo, & ad grauiores pœnas si tabaccum huiusmodi pluries acceperit, si vero sit sacerdos, & tabaccum huiusmodi ante celebrationem missæ sumpserit, pœnis carceris, & suspensionis à sacrificio missæ per duos menses pro qualibet vice subiaceat, si vero ultra tres vices dictum

dictum tabaccum accepisse comperiatur conscientia Prouincialis oneratur, vt illum altaris ministerio omnino priuet. Item quod Prouincialis infra certum tempus, fratres qui in eius Prouincia commorantur optime noscere debeat, & illos, qui ex alijs Prouincijs venerunt, ad suas Prouincias redire compellat, nec de super sub poena suspensionis per sex menses dispensare valeat, omnesque qui assistunt in illa, qui professionem non emisserunt, officia, vocem actiuam, & passiuam in praedicta Prouincia nullatenus habeant, nisi per Magistrum Generalem expressè tribuatur facultas, & licentia, & talis ab omnibus in Capitulo Prouinciali recipiatur, & non alio modo. Cum autem sanctissime Pater oratores Praedicti Capituli celebrationem, ac Prouincialis electionem huiusmodi, omniaque, & singula decreta, ac in illis contenta quaecumque, licitam, & honesta, sacrisque Canonibus, & sacri Concilij Tridentini decretis minime contraria, praemajori, ac firmiori illorum omnium, & singulorum subsistentia, validitate & obseruatione, per sanctitatem vestram, & sedem Apostolicam approbari, & confirmari plurimum cupiat, supplicat igitur humiliter eisdem sanctitati vestrae oratores praedicti, quatenus eos specialis

gratiae favoribus prosequant. Capituli celebrationem, ac Prouincialis electionem ad quadriennium, vt moris est in dicta Prouincia, taliter quod praedictus Prouincialis, & eius successores canonice intrantes durante dicto quadriennio à nullo vnquam, nisi audita parte, & seruata iuris forma ab officio eueri, vel in eo perturbari possint, nec non decreta, statuta, & ordinata praedicta, omniaque & singula in eis contenta Apostolica auctoritate approbare, & confirmare, omnesque & singulos, tam iuris, quam facti, ac solemnitatum, & alios quantumuis substantiales patentes, vel occultos defectus, si qui de super quomodolibet interuenerunt, aut interuenisse dicuntur, vel ceteri possunt, eadem auctoritate supplere, ac statuta decreta, ordinata, omniaque, & singula in eis contenta praefata semper, & perpetuo valida, & efficacia esse, & fore omnesque suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & à Magistro Generali Religiosis, Capitulo Generali, & ab omnibus ad quos spectant, & pro tempore quomodolibet spectabunt semper, & inuolabiliter obseruari, & adimpleri, de gratia speciali decernere, & praecipere dignentur, & pro tanto fauore, &c. Ad nos per eundem sanctissimum Dominum remissam fuisse, vt de omni-

omnibus in dicta supplicatione contentis Inquisitionem faceremus, nosque diligenti informatione sumpta, & constituto prius de conuenientia petita confirmationis, vt melius, ac validius perpetuis futuris temporibus supradicta decreta, & ordinationes super modo electionis Prouincialis predicti, & bono regimine suæ Prouinciæ, hæc eadem præfato sanctissimo Domino nostro retulisse, ac ab eo in mandatis accepisse quatenus in his, vt infra prouidere deberemus. Nos igitur de mandato eiusdem sanctissimi Domini nostri Papæ viua vocis oraculo nobis desuper facto, & auctoritate nostri protectoris officij qua ad hoc principaliter fungimur, omnia & singula in prædicta supplicatione contenta approbamus, revalidamus, & confirmamus suppletes omnes, & quoscumque defectus, tam iuris, quàm facti, si qui quomodolibet in electione dicti Prouincialis, & celebratione Capituli interuenerunt, decernentes in super quod electio Prouincialis, quæ vt moris est, in dicta Prouincia del Cuzco fit ad quadriennium, ita fiat in posterum perpetuis futuris temporibus taliter, quod à nullo Præfato Religionis, nisi audita parte, & seruata iuris forma prædictus Prouincialis, & eius successores in officio inquietari, & perturbari possint,

& vt melius exequatur, vobis omnibus supradictis, & Capitulo Generali ad quos præsentem nostræ literæ spectant, vel pro tempore quomodolibet spectabunt in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis maioris ipso facto incurrenda præcipimus, & mandamus quatenus prædicta omnia, & singula, tam ad electionem Prouincialis del Cuzco, quàm ad confirmationem statutorum, & decretorum dicti Capituli spectantia, prout iacent, cum diligentia obseruatis, & ab omnibus Religionis Præfatis cuiuscumque status, & conditionis sint obseruare faciatis. In quorum omnium, & singulorum fidem has præsentem literas manu nostra subscripsimus, ac per nostrum Secretarium infrascriptum subscribi, sigillique nostri, quo in talibus utimur à pensione muniri iussimus, & fecimus. Datis Romæ in ædibus nostræ solitæ residentia, die vigesima octaua mensis Martij anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo. Et Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini diuina prouidentia Gregorij Papæ XV. Secundo. *Gaspar Cardinalis Borgia.* De mandato Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini mei Cardinalis.

Cornelius Pisanus Secretarius.

INDEX PRIMVS.

Rerum in textu Bullarum notabilium.

F. folium. P. paginam. C. colum-
nam indicat.

A.

- A**bsolutio ab omnibus peccatis, se-
mel in vita, & toties quoties, in
mortis articulo conceditur ob elec-
mosynam captiuorum, f. 29. c. 2.
- A**bsolutio, seu benedictio generalis,
quibus diebus fiat in nostro ordine,
f. 201. & 208.
- A**bsolutio generalis, per traditionem
in ordine nostro confirmatur, ibi.
- A**dranus VI. quæ concessit ordini no-
stro, f. 144.
- A**lexander IV. multa concessit ordini
à f. 8. vsque ad 17.
- A**lexander IV. benefactores ordinis
participes facit missarum, & sacrifi-
ciorum totius Ecclesie, f. 17. c. 4.
- A**lexander VI. quos deputat conser-
uatores ordinis, f. 118. p. 2.
- A**lexander VI. prohibuit ad arctiorem
regulam transire fratrem, qui elee-
mosynam accipit pro Captiuorum
Redemptione, f. 125. c. 1.
- A**lexandri de sangro Patriarchæ bulla,
quid contineat, f. 233. p. 2.
- Al**gar oppidum religioni donatur, &
quando, f. 85. p. 2.
- Al**gar annui redditus Magistro Gene-
rali consignantur, f. 200.
- Al**phonſus Aragonum Rex concessit
Ordini Capellam suam Regiam Bar-
cinonæ, f. 79.
- Al**phonſus de Monroy Magister Ge-
neralis Ordinis, f. 213.
- Al**phonſus de Monroy eleus Episco-
pus de Puertorico, f. 214.
- A**ltare portatile conceditur Magistro

Generali, f. 73. & 252.

Alternatiua seruanda inter Prouincias,
circa electionem Magistri Genera-
lis, f. 199. p. 2.

Alternatiua pro Regno Aragoniæ, &
Cathalonie Principatu, f. 220.

Anniuersarium pro animabus captiuo-
rum fiat, fol. 206.

Antonius Taxal Magister Generalis
obiit in Concilio Constantiensi, f. 72.

Antiquitas cœnobiorum Cathalonie,
& Valentie ex Bulla I. Innocentij
colligitur, f. 3.

Antiquitas multorum cœnobiorum nra
fri Ordinis ex Bulla Clementio
IV. f. 21.

Apostolicum præsidium debetur viris
Religiosis, f. 3.

Aragonie Regnum, & illi adhaerentes
Principatus plurima habent nostri
Ordinis Monasteria, per pauca Or-
dinis sanctissimæ Trinitatis, f. 142.

Arnaldus, & Ioannes Lopus Reden-
tores, Romæ à Leone X. honoran-
tur, f. 136.

Augustini regula assignatur nostro Or-
dini à Gregorio IX. f. 1.

B.

Barcinonenses Canonici Conser-
uatores Ordinis, f. 179.

Benedictus XI. confirmat priuilegia,
Pontificum, & Regum, f. 45. & dein-
ceps.

Benedictus XIII. omnia indulta Or-
dinis confirmat, f. 64.

Benedictus XIII. domui Podij Valen-
tiæ, quæ concesserit, f. 65.

A.

Be.

INDEX

- Benedictus XIII.** quid concesserit Provinciali Castellæ, fol. 68.
- Benefactores Ordinis** quando possint eligere confessarium ex Iulio II. folio 13.
- Beneficia commendæ, & Capellaniam,** etiam à Sede Apostolica emanatæ prohibentur fratribus nostris, folio 165.
- Bernardus de Plano Magister Generalis** confirmatur à Martino V. fol. 72.
- Bernardus de Vargas Procurator Generalis,** fol. 203.
- Bona Monasteriorum consumpta pro Redemptione Captiuorum,** fol. 32.
- Bona & possessiones Ordinis,** vt perpetua permaneant successoribus concedit Innocentius IV. fol. 3.
- Bona mobilia, & immobilia petere retinere, ac vendere** in illisque succedere possunt Monasteria, fol. 19.
- Bona redemptionis integraliter in hoc opus consumenda,** fol. 84. p. 2.
- Bona religiosi,** non transferantur de vna Provincia in aliam, nec de vno Conuentu in alium, fol. 207.
- Bonifacius VIII.** laudat Ordinem nostrum, & nos, fol. 39. c. 1. 2. & 3.
- Bonifacius VIII.** quæ ordini concesserit, fol. 42.
- Bullarum nostrarum iura violatoribus** grauissimæ poenæ taxantur à Calixto III. fol. 93.
- C.**
- Calixtus III.** confirmat Pontificum, & Regum priuilegia, fol. 89.
- Calixtus III.** refert plura nostri Ordinis cœnobia, & illorum hæreditates, quæ non extant, fol. 92.
- Capella Regia Barcinonensis** quando fuit religioni nostræ donata, fol. 79.
- Capitula Provincialia** quando possunt anticipari, vel differri, fol. 201.
- Capitula Provincialia Castellæ, & Bæthicæ** transfert Urbanus VIII. ad mensẽ Octobris, vt Capitulum Generale celebretur, fol. 264.
- Capitulum Generale** inter medium ablatum, fol. 193.
- Capitulum Generale Toleti habitum** quid ordinauerit à fol. 246.
- Capitulum Generale intermedium** prohibitum deinceps à Paulo V. fol. 248.
- Cardinales XI.** cum Romano Pontifice subscribent concessioni multorum priuilegiorum Ordinis, fol. 4. & 5.
- Cardinalium quadragenæ** conceduntur Ordinis benefactoribus, fol. 13. c. 4.
- Carmelitarum indulta nobis concessa** à fol. 146.
- Caroli V. Imperatoris naufragium,** folio 142.
- Causæ Prælatorum,** iam decissæ, non cognoscendæ iterum, fol. 204.
- Cœnobia nostra libèter** recipiunt hospites, fol. 16. c. 3.
- Cœnobium Barcinonense caput Ordinis,** fol. 88. p. 2.
- Cœnobium Cœlestinorum Barcinonense** Religioni nostræ donatur, fol. 79.
- Chorum frequenter adire** debent Prælati, fol. 246.
- Clemens IV.** quæ Ordini concesserit à fol. 21.
- Clemens V.** componit lites inter equites, & Sacerdotes ordinis, fol. 43. c. 3.
- Clemens V.** iubet tradi fratribus nostris omnia bona, & legata pro captiuis, & non Episcopis, vt moris erat, fol. 42. c. 4.
- Clemens VI.** hortatur fideles ad elemosynam pro redemptione, fol. 47. c. 3. & 4.
- Clemens VII.** indulgentias in multis festiuitatibus concedit confluentibus ad Ecclesiam nostram de Huerre, fol. 63.
- Clemens VII.** prohibet commendas perpetuas ordinis, fol. 63. c. 3. & 4.
- Clemens VII.** concedit ordini omnia indulta prædecessorum, fol. 151.
- Clemens VII.** confirmat Regum, & Principum priuilegia, fol. 169. p. 2.
- Cle,

B V L L A R V M.

- Clemens VII. concedit nostro Ordini
Mitarum reductiōem quando &
quomodo à fol. 162.
- Clemens VIII. confirmat decreta Ca-
pituli Generalis Calatayubij, fo-
lio 199.
- Clemens VIII. de nouo concedit ab-
solutiones generales, fol. 203.
- Clemens VIII. confirmat statuta Ca-
pituli Generalis Vallisoletani, foliō
203. p. 2.
- Clerici, qui sponte se dederint obse-
quio Ecclesiarum nostrarum, non
amittunt sua beneficia, etiam per
biennium, fol. 12. c. 1.
- Clericis auxilium præuentibus fratri-
bus nostris remittitur quicquid di-
miserint in horis debitis, f. 13. c. 4.
- Collegij Complutensis Bulla prohi-
bet ingressum fratribus, non præ-
missio exam ne generis, fol. 180. p. 2.
- Collegæ ex veterum fidelium genere
admittendi, fol. 182.
- Collegij Salmanticensis Bulla prohi-
bet ingressum fratribus, non præ-
missio examine generis à f. 265.
- Collegæ ex veterum Christianorum
fidelium genere admittendi, ibi.
- Commendatores eligendi à Conuen-
tu ex Iulio III. fol. 175.
- Commendatores non recedant à suis
domibus absque superioris licentia,
fol. 246. p. 2.
- Commendatores ne expensis Conuen-
tus iter agant, nisi in illius utilita-
tem, ibi.
- Commendatoribus per se solos dare,
aut accipere inter dicitur, ibi.
- Commendæ Ordinis ne sint perpetuæ,
fol. 63.
- Concilium Basiliense confirmat indul-
ta Pontificum, & Regum, fol. 81.
- Concordia inter fratres Obseruantes,
& Discalceatos confirmatur, f. 255.
- Confraternitas fidelium in domibus
nostris antiqua, fol. 11. c. 3.
- Confessarium idoneum sibi eligere po-
test, qui subuenit captiuis fidelibus,
fol. 17. c. 2.
- Confessarij à Magistro Generali de-
putati omnium fratrum possunt con-
fessiones audire, fol. 64. c. 2. & 4.
- Confessarioru licentiæ, quibus &
quando dari debeant, fol. 247.
- Confirmatio Ordinis ubi, & quando,
fol. 1.
- Conseruatores in fauorem ordinis de-
putati, fol. 51. & 52.
- Conseruatores pro Conuentu Guadal-
faxaræ, fol. 66.
- Conseruatores pro toto ordine depu-
tati, fol. 70.

D.

- D**ebitis obstrictum, qui Monaste-
rium reliquerit Prælati inhabi-
lis sit ad omne officium, fol. 247. p. 2.
- Decimæ non soluendæ ex possessioni-
bus ordinis, fol. 3.
- Decimæ non exigendæ de nutrimen-
tis animalium domorum nostrarum,
fol. 11. c. 4.
- Decimæ in subsidium Terræ Sanctæ
deputatæ à Concilio Generali Lug-
dunensi, fol. 27. c. 1.
- Decimæ non soluendæ à nostro Ordi-
ne, etiam in subsidium Terræ San-
ctæ, ibi.
- Decretum de conseruatione perpetua
bonorum, & possessionum Ordinis,
fol. 4.
- Defuncti libere possunt in nostris Ec-
clesijs sepeliri, fol. 3.
- Decreta Capituli Generalis Calatayu-
bij confirmantur à Romano Pontifi-
ce, fol. 199.
- Depositarij Conuentus, non possunt à
Commendatore nominari, fol. 204.
- Depositum religiosorum non consu-
mendum, nec accipiendum mutuo
strictè præcipitur, fol. 247. p. 2.
- Didacus de Muros Prouincialis Ca-
stellæ, & simul Commendator Gua-
dalfaxaræ, fol. 102. p. 1.

I N D E X

- Didacus de Velasco** Procurator Generalis Curiae Romanae, & bis Redemptor, fol. 233.
- Diaconus Cardinalis Cusanus** tituli sancti Adriani donat Ecclesiam nostro Ordini, fol. 294.
- Diffinitor** tempore sui officij, non potest esse Commendator, fol. 204.
- Diffinitorum** Prouinciae auctoritas maxima, fol. 176.
- Discaleari** fratres nostri opus redemptionis exercere, non valent ex Urbano VIII. fol. 256.
- Dispensatio** ab omni irregularitate actiua, & passiuae conceditur fratribus nostris, ibi.
- Diuisio** Coenobiorum Aragoniae, Cathaloniae, Valentiae, & Italiae in tres Prouincias, fol. 211.
- Domus sanctae Eulaliae** Barcinone primum Ordinis Coenobium, fol. 1.
- Domus sanctae Eulaliae** pro redemptione instituta, fol. 49. c. 1.

E.

- Ecclesiarum** fabricis, non applicanda bona captiuorum, fol. 32. c. 2.
- Ecclesiae** apperientiae in introitu fratrum Redemptorum, fol. 6.
- Ecclesias** nostri Ordinis visitantes quid consequantur, fol. 13. p. 2.
- Aedificia** in Monasterijs, absque superiorum licentia non fiant, fol. 246.
- Aegrotantibus** necessaria praestanda strictè praecipitur, fol. 246. p. 2.
- Electio** Commendatorum, per suffragia Conuentus decernitur Segouiae, fol. 175.
- Electio** Prouincialis, & Diffinitorum quibus suffragijs facienda, fol. 175. pag. 2.
- Electus** in Prouincialem si est Capitularis, quae vota debeat habere, vt sit Canonice electus, f. 201.
- Eleemosynas** petentes pro redemptione, absque licentia Magistri Gene-

- ralis excommunicandi, & incarcerandi ab Episcopis, fol. 94.
- Eleemosyna** pro Captiuorum Redemptione, non impedienda à Parrochis, nec pars aliqua exigenda, f. 13. c. 1.
- Eleemosynarum** Redemptionis Captiuorum tertiam partem concessit olim Leo X. Magistro Generali, & in quos vsus, fol. 138.
- Eleemosynas** Indiarum pro Redemptione Captiuorum, non potest Magister Generalis extrahere ex Prouincijs Castellae, & Vandaliae, folio 200. p. 2.
- Episcopis** praecipitur, vt nostri Ordinis fratres, iuraque defendant, f. 11. c. 1.
- Episcopi** tenentur dare literas fauorabiles fratribus, pro eleemosynis captiuorum, fol. 16. c. 3.
- Episcopus** Abulensis Conservator Ordinis deputatus à Martino V. f. 75. c. 2. & 3.
- Equitare** in ciuitatibus, vbi sunt Monasteria Ordinis non licet, nisi Prouinciali, ac Procuratori Generali, fol. 247.
- Eugenius IV.** confirmat privilegia Pontificum, & Regum, fol. 80. c. 3.
- Exactiones** nullo modo extorquendae ex Monasterijs Ordinis, fol. 4.
- Executores** testamentorum quando debent soluere testatorum legata pro redemptione, fol. 155.
- Exemptiones** Chori Altaris, & huiusmodi religiosi inter dicuntur, folio 200.
- Exemptiones** ex iustissimis causis concedendae, fol. 200. p. 2.
- Excommunicari** nisi à sede Apostolica, non possunt fratres nostri, neque Ecclesiae inter dici, fol. 10. c. 4.
- Expelli** à religione nemo potest, nisi prius per annum in carcere teneatur, fol. 247.
- Expositus** ad gradum Ordinis ante confirmationem non fruatur voce, loco, & c. fol. 201.

BULLARVM.

F.

- F**esta Ordinis ex Sixto V. folio 192.
 Festa sancti Laurentij, & sancti Antonij celebranda specialiter in Ordine nostro, fol. 206.
 Festum Beatæ Mariæ de Mercede quando inceperit celebrari, f. 224.
 Festum S. P. N. Petri Nolasco in toto Ordine celebrandum concedit Urbanus VIII. fol. 240.
 Fideles quam plurimi capti à Sarracenis tempore Carolij V. fol. 42.
 Forma electionis Prouincialis, f. 175. & 176.
 Frater Franciscus de Torres Procurator Generalis in vrbe, fol. 193.
 Frater Franciscus de Salazar Magister Generalis quando fuerit fol. 193.
 Fr. Franciscus Emanuel de Muniera Procurator Generalis Curie obiit Episcopus de Chephalu in Regno Siciliae clarus scientia, & pietate, folio 222.
 Frater Franciscus de Ribera Magister Generalis vir doctissimus modo Episcopus de Mechoacan in Noua Hispania, fol. 224.
 Fratres nostros laudat Innocentius IV. fol. 6.
 Fratres nostri vere pauperes spiritu, ibi.
 Fratres nostri sibi egent, vt aliorum egestatem assumant, ibi, & fol. 9.
 Fratres nostri omnia opera charitatis exercent, ibi.
 Fratres nostri ex nimia charitate omnium necessitatibus se exponunt, folio 9. c. 3.
 Fratres pro captiuis redimendis se subijcere mortis periculo, non formidant, fol. 16. c. 2.
 Fratres nostri benigne recipiendi ab omnibus Ecclesie Prælati, & illis necessaria ministranda, ibi, c. 3.
 Fratres nostri se suaque intrepide pro

- fidelibus exponunt, f. 27. c. 1.
 Fratres nostri libertati fidelium continuo vacant, fol. 158.
 Fratres nostri eximio charitatis zelo succenti, fol. 195. p. 2.
 Furtum, incendium, & sanguinis effusio, & hominum captura intra clausuram domorum nostrarum prohibetur, fol. 4.

G.

- G**allia Prouinciæ fratres quomodo Præsentati, & Magistri fiant, fol. 223.
 Gallia Prouinciæ vocales Generalis Capituli quæ testimonia afferri debent, fol. 248.
 Gaspar de Borgia Cardinalis Religionis nostræ Protector confirmat decreta Capituli Prouincialis del Cuzco, fol. 268.
 Gaspar de Torres Castellæ Prouincialis impetrat Bullas Collegiorum Compluti, & Salmanticæ, fol. 180. & fol. 265. p. 2.
 Gradus Magistrorum, & Præsentatorum, quibus personis dandus, folio 200. p. 2.
 Graduati fratres in Theologia vocem habent in electione Prouincialis, fol. 175. d. 2.
 Graduati nisi iuxta dispositionem constitutionis non habent nomen, votum, nec priuilegium gradus, f. 201.
 Gregorius XIII. declarat fuisse nulliter factam electionem Generalis Guadalfaxaræ, fol. 189.
 Gregorius IX. confirmat ordinem, & quando, fol. 1.
 Gregorius X. confirmat prædecessorum indulta & eximit ordinem à decimis, fol. 25.
 Gregorius XI. confirmat Ordinis indult, fol. 51.
 Gregorius XI. tres iudices conseruatores deputat, ibi.
 Gregorius XI. eximit Ordinem nostram

INDEX

- rum, sicut alios militares à decimis, fol. 54. c. 3. & 4.
Gregorius XI. refert Bullam confirmationis Ordinis Gregorij IX. quæ perierat, fol. 56.
Gregorius IX. liberat Religionem nostram à solutione Regij census, fol. 57. c. 3.
Gregorius XV. confirmat decretum Capituli Generalis Guadalifaxaræ, fol. 229.
Gregorius XV. confirmat indulta multorum Pontificum, fol. 231.
Guadalifaxaræ Cœnobium habuit tres Conservatores, fol. 66.
Guardia de Pratis olim erat Cœnobium nostri Ordinis, ibi obiit sanctus Petrus Armengol, & corpus eius requiescit in Ecclesia Parrochiali, fol. 21. c. 1. & fol. 92. p. 2.
Guatemala Prouincia distincta à Prouincia Nouæ Hispaniæ, fol. 224.
Guillelmus Legatus Innocentij VI. quæ concessit Conuentibus Ordinis, fol. 49. c. 1. 2. & deinceps.

H.

- H**ebraeorum hæreticorum, Neophitorumque genus, non admitendum in Collegio Complutensi, f. 181. nec in Salmantino, f. 266.
Hispalense Collegium sub regimine Prouincialis Beticæ, sicut alia Monasteria, fol. 211. p. 2.
Histrionum repræsentationibus interesse inter dicitur fratribus, fol. 247.
Honor maximus fidei Christianæ ex nostra religione prouenit, f. 88. p. 2.
Hospitale sanctæ Eulaliæ primum Ordinis Cœnobium appellatur, & fratres hospitalitati vacantes, fol. 24. col. 1.
Hospitibus recipientibus fratres nostros conceditur absolutio omnium peccatorum, fol. 43. c. 2.

I.

- I**mmediationes superiori Pralato annullantur, fol. 247. p. 2.
Indiarum Parrochis, quid prohibetur in fauorem nostrarum Ecclesiarum, fol. 236.
Indiarum officia nullus frater potest obtinere, nisi sit filius illarum Prouinciarum, fol. 239. p. 2.
Indiarum Diffinitores, & Electores quando, & quomodo habeant votum in Capitulo Generali, fol. 199. pag. 2.
Indiarum pecuniæ, seu elemosynæ Captiuorum Redemptionibus Prouinciarum Castellæ, & Andalix applicandæ, fol. 200. p. 2.
Indulgentia plenaria concessa pro festo Beatæ Mariæ de Mercede, f. 232.
Indulgentiæ omnes reuocantur præter concessas ordini nostro, fol. 181. pag. 2.
Indulgentiæ, quæ conceduntur prauentibus elemosynam pro redemptione, fol. 16. c. 4. & fol. 17. c. 1.
Indulgentiæ largissime Leonis X. fol. 186.
Indulgentiæ cõcessæ Cœnobio Tarracõnensi, fol. 219.
Innocentius IV. plurima indulta Ordini nostro concessit à f. 3. & deinceps.
Innocentius VI. confirmat priuilegia Pontificum, & Regum, f. 48. c. 4.
Innocentius VIII. confirmat eadem Regum, Pontificumque priuilegia, fol. 126.
Innocentius VIII. præcipit ordinarijs, vt puniant petentes elemosynas pro Redemptione Captiuorum absque licentia Magistri Generalis, folio 117.
Indulta nostro Ordini concessa, non interpretanda ab Episcopis, f. 59. c. 2.
Indulta omnia Religionibus Mendicantibus cõcessa, nostro Ordini concessit Leo X. fol. 137.

B V L L A R V M.

- Interdicti tempore, licet in Ecclesijs nostris sacra per agere, fol. 4.
 Inter dictam imponitur oppidis, & Ecclesijs, vbi fratres nostri, aut Nunciij iniuriam patiuntur, fol. 17. c. 3.
 Fr. Ioannes de Menaranda Prouincialis fundat Cenobium monialium Hispaniæ, fol. 186.
 Fr. Ioannes de Quintanilla Procurator Generalis Romæ impetrat festum sancti Raymundi Nonnati celebrandum in toto Ordine, fol. 137.
 Ioannes XX. Lusitanus, fol. 25.
 Ioannes XX. iubet restituere nostro Ordini bona, & possessiones alienatas, fol. 26.
 Ioannes XX. fatetur ob Redemptionem Captiuorum fratres sustinere discrimina, ac expensarum onera, f. 27. c. 2.
 Ioannes Rex Aragonum eximit Ordinem nostrum à præstatione decimarum concessarum, & concedendarum, f. 58. c. 2. & 3.
 Ioannes Episcopus Burgensis legatus Sedis Apostolicæ in fauorem nostri instituti, fol. 142.
 Italiæ Prouincia non supprimenda, fol. 250.
 Iubileum pro festo Beatæ Mariæ de Mercede concessum vniuerso Ordini, fol. 232.
 Iulius II. quam plurimas indulgentias concedit Ordini nostro, fol. 127. & deinceps.
 Iulius II. confirmat priuilegia Ordinis, fol. 26.

K.

- K**alendis Augusti die Dominica proximiori celebrandum festum Beatæ Mariæ de Mercede, fol. 224.

L.

- L**aici, seu conuersi fratres non habeant votum in Capitulis, nec actibus Ordinis, fol. 209. p. 2.
 Laici fratres ad statum Clericalem trá-

- fire prohibetur, fol. 253.
 Lecturæ artiũ, & Theologiæ præmissa oppositione præstandæ, fol. 248.
 Legata pro Captiuorum Redemptione detenta graue maculam inducunt, fol. 13. c. 3.
 Legata in testamento fratribus absque appellatione, & dilatione soluenda, ibi.
 Leo X. confirmat prædecessorum priuilegia, fol. 133.
 Leo X. laudat Ordinem nostrum ob eximia opera charitatis, fol. 135.
 Leo X. varias indulgentias concedit Ordini nostro, fol. 136.
 Leo X. curat vt redimantur milites Hispaniæ capti à Sarracenis, f. 142. pag. 2.
 Leo X. concessit nostro Ordini gratias Mendicantium specialiter Carmelitarum, fol. 145.
 Leo X. concessit Ordini nostro ea omnia, quæ Mendicantibus concesserant sui prædecessores, ibi.
 Libri Religiosorum ex hac vita migrantium vendi non possunt, fol. 204.
 Limæ Prouincia in duas diuiditur, fol. 228.
 Fr. Ludouicus de Aparicio Procurator Generalis in vrbe, & Vicarius Generalis Italiæ, fol. 236.

M.

- M**agister Ordinis appellatur Magister Generalis sanctæ Eulaliæ, fol. 3.
 Magister Generalis pro confirmatione graduatorum auctoritatem habet Capituli Generalis, fol. 223.
 Magister Generalis potest facere quicquid in Capitulo inter medio fieri consueuerat, fol. 248.
 Magister Generalis per suffragia maioris partis fratrum eligendus, fol. 4.
 Magister Generalis primus à Sede Apostolica confirmatus fuit fr. Bernardus de Plano, fol. 72.

INDEX

Magister Generalis potest absoluer
fideles ab excommunicatione ad
consequendas indulgentias Ordinis, fol. 154.

Magister Generalis relaxare potest penas purgatorij fidelibus, fol. 155.

Magistri Generalis electi Episcopi quando vacat officium, fol. 260.

Mandatorum multiplicitas maior occasio labendi, fol. 246.

Mandatum sacre Rotæ de manutenendo super possessione officij Conseruatoris Academiæ Complutensis, fol. 261.

Maremagnam indulgentiarum nostro Ordini concessum, fol. 144.p.2.

Martinus V. confirmat primam electionem Generalis, fol. 72.

Martinus V. cõcedit fratribus nostris, ac Nuntijs eleemosynam petere, & quod non vexentur, fol. 74.

Martinus V. prohibuit translationem fratrum ad alium Ordinem, fol. 76.

Martinus V. confirmat privilegia Pontificum, & Ioannis II. Regis Castellæ, fol. 78.c.2. & 3.

Martinus V. confirmat donationem Regij Cœnobij Barcinonensis in Regio Palatio, fol. 79.

Martinus Rex Aragonum dedit Cappellam Regiam Barcinonæ cœlestinis, fol. 79.

Missarum eleemosynæ non consumenda, donec peracta sint sacrificia, fol. 247.p.2.

Monasteria quam plurima erecta, per quadraginta annos à fundatione Ordinis, fol. 21.c.1.2. & 3.

Monasteria olim magnas habuere possessiones, ibi.

Monasteria ferè omnia olim appellabantur sancta Eulaliæ, fol. 21.c.2.

Monasterio Matriti quid concessum, circa Missarum celebrationem, fol. 222.

Monasterium primum Ordinis vocatur ab Alexandro VI. venerabilis

domus, fol. 12.c.3.

Moniales nostri Conuentus Hispalensis quando inceperint, fol. 86.

Moniales primæ, & Cœnobij fundatrices quæ, ibi.

Moniales Matriti nostri Ordinis vulgo appellatæ de don Iuan de Alarcón quando inceperint, fol. 266.

N.

FR. Natalis Gaber Magister Generalis inquit concordiam cum Prouinciali Castellæ, fol. 101.

Necessaria ad victum. & vestitum fratribus præstanda, fol. 246.

Necessitas magna, magnum requirit auxilium, fol. 16.c.1.

Nicolaus III. laudat nostrum Ordinem fol. 28.c.3. & 4.

Nicolaus III. hortatur fideles ad eleemosynam pro Redemptione Captiuorum, fol. 32.c.1. & 2.

Nicolaus IV. quæ concedit benefactoribus Ordinis, ibi.

Nicolaus IV. laudat Ordinis nostri charitatem, fol. 32.c.1. & 2.

Nicolaus IV. præcipit, vt tribuantur fratribus nostris bona pro Redemptione Captiuorum, fol. 32. col. 4. & fol. 33.

Nicolaus V. eadem concedit, fol. 84.

Nicolaus V. nostrum institutum laudat, ibi.

Nicolai V. in honorem nostri Ordinis pulcra verba, fol. 88.p.1.

Nicolaus V. nos, & nostra eximit ab Episcoporum iurisdictione, ibi.

Notarius intra duos menses debet dare instrumenta legatorum pro redemptione, fol. 55.

O.

Officia & Prælatuæ non obtinenda extra obedientiam Prælatorum, fol. 11.c.3.

B V L L A R V M.

- O**fficia Commendæ, & alia Ordinis Prælatu-
ræ annualia non perpetua, fol. 77.
- O**liuar Coenobium Aragoniæ domus
sanctuarij, ibi celebratum fuit Capi-
tulum Prouinciale, fol. 215.
- O**liuar domus erigitur à fundamentis
opera Magistri fratris Ioannis Ce-
brian Magistri Generalis, nunc Epif-
copi Teruelensis, fol. 241.
- O**ppidi de Algar redditus annui con-
signati Magistro Generali, fol. 200.
- O**ptensis Coenobij ob reparationem
Clemens VII. indulta concessit, fol.
62. c. 3. & 4.
- O**rdinarij non habent in nos iurisdic-
tionem, fol. 88.
- O**rdinem nostrum deserens, & ad aliū
migrans, si redeat ad quid compelen-
dus, fol. 247.
- O**rdinem sacrum, qui receperint abs-
que suorum Prælatorum licentia ir-
remissibiliter suspenduntur, fol. 247.
pag. 2.
- O**rdo noster sub protectione Romanæ
sedis, fol. 3.
- O**rdo noster ad quid principaliter in-
stitutus, fol. 84.
- O**rdo noster militat, cum hostibus fi-
dei, fol. 88.
- O**rdo noster fructus vberes in agro mi-
litantis Ecclesiæ producit, fol. 98.
pag. 2.
- O**rdo sacer cui conferendus, fol. 247.
- O**rdo sedendi inter graduatos Magi-
stros, Præsentatos, Diffinitores, &
Electores, fol. 249.
- P**Anormitanum Coenobium iubatur
indulto Leonis X. fol. 134.
- P**arochiæ olim nostri Ordinis Cœ-
nobia appellantur, fol. 4.
- P**aulus V. diuidit Prouincias Nouæ His-
paniæ, & Guatimalæ, fol. 223.
- P**aulus V. quid concesserit, circa alter-
natiuam Prouinciæ Aragoniæ, f. 220.
- P**aulus II. confirmat Pontificum & Re-
gum priuilegia, fol. 100.
- P**aulus II. confirmat concordiam inter
Magistrum Generalem, & Prouin-
ciale Castellæ, ibi.
- P**aulus III. confirmat omnia prædeces-
sorum indulta, fol. 170.
- P**aulus IV. concedit indulta prædeces-
sorum domui nostræ Tolosanæ, ea-
demque concessit Ordini, f. 178.
- P**œnæ contra impugnantes iura nostri
Ordinis, fol. 4.
- P**œnæ, quæ relaxantur his, qui præbēt
eleemosynas pro Redēptione Cap-
tiuorum, fol. 6.
- P**œna priuationis officij, & beneficij
iniungitur Parochis prohibentibus
fratres prædicare, & eleemosynas
quærere, fol. 13. c. 2.
- P**œna debita omnibus peccatis rela-
xantur ob eleemosynā pro redemp-
tione Captiuorum, fol. 29. c. 2.
- P**œnæ grauissimæ taxantur violatori-
bus constitutionis Apostolicæ in fa-
uorem nostri Ordinis, f. 21. c. 2. & 3.
- P**ernoctare intra claustra, non liceat sæ-
cularibus, fol. 247.
- P**ernoctare intra claustra, non liceat
religiosis, vbi est Ordinis Coenobiū,
ibid. p. 2.
- P**etrus Machado Castellæ Prouin-
cialis impetrat absolutiones gene-
rales, fol. 203.
- P**etrus de Luna Antipapa, fol. 64.
- P**ius IV. laudat Ordinem nostrum pul-
cris verbis, fol. 98. p. 2.
- P**ius IV. concessit Collegijs Sa-
manticensi, & Complutensi, Bullam sta-
tuti generis, fol. 180.
- P**rædicare, & monere populum intra
Ecclesiā conceditur fratribus nostris
pro eleemosyna captiuorū, f. 106. c. 4.
- P**rædicator Conuentualis, quas habeat
exemptiones, fol. 248.
- P**rælati strictè prohibetur, ne sibi de
necessarijs sumant, quæ fratribus ne-
gent indigentibus, fol. 246. p. 2.

I N D E X

- Præsentatus non sit, qui non legerit in domo studiorum Ordinis, vel in Vniuersitate, fol. 204.
- Prior Barcinonensis succedit in officio Generalis sede vacante, fol. 197.
- Prior Barcinonensis à fratribus eiusdem cœnobij eligendus fol. 226.
- Prior Barcinonensis sede vacante, per solos quatuor menses fungi potest officio Vicarij Generalis, fol. 248. pag. 2.
- Prior Barcinonensis nequit regimen Ordinis innouare, fol. 258.
- Procurator Generalis Curie Romane fit Magister post quinque annorum officij functionem approbatam, fol. 223.
- Procurator Generalis Curie Romane quando Magister, & vocem habeat in Capitulo Generali, fol. 249.
- Procuratores Generales exceptis Curiarum Romani Pontificis, & Regis non exeant extra Conuentum absque licentia, fol. 248.
- Procuratores omnes diebus festis choro intersint, fol. 248.
- Proprietas bonorum omnibus religiosis interdicta specialiter prohibetur in Italia fratribus, fol. 212.
- Professi in nostro Ordine, absque licentia Magistri Generalis, non discedant à Conuentu, nisi ad arctiorem religionem, fol. 4.
- Professos nostri Ordinis ad alium transire prohibet ex certa scientia Calixtus II. fol. 96.
- Prouincia quælibet potest habere specialem Procuratorem in Curia Romana, fol. 199.
- Prouincia del Cuzco impetrat indultum à Gregorio XV. fol. 233.
- Prouincialis non potest eligi vltra, quàm per triennium, fol. 175.
- Prouincialis non subscribat Magister Prouincialis, fol. 204.
- Prouincialibus societatis Iesu in Indijs committitur executio literarum Apostolicarum in fauorem nostri Ordinis, fol. 236. p. 2.
- Prouinciæ Castellæ Capitulum confirmat Iulius III. fol. 175.
- Prouinciæ Castellæ, Beticæ, & Aragoniæ, quid teneantur dare Magistro Generali singulis annis, fol. 200.
- Prouinciæ Indiarum vestuarium dare debent Magistro Generali, ibi.
- Prouinciæ Aragoniæ, Valentiniæ, & Italiæ quando erediæ, fol. 221.
- Publicatio indulgentiarum fieri potest etiam, vbi non est domus Ordinis, fol. 155. p. 2.

Q.

- Quarta pars bonorum fratrum decedentium, applicanda Monasterio in quo moritur, fol. 227.
- Quæstas seu elemosynas pro redemptione nullus potest petere, absque licentia Magistri Generalis, fol. 155.
- Quæstores prohibiti in Concilio Viennensi, fol. 48. c. 1.
- Quæstores non sunt fratres nostri, ibi.
- Quæstores prohibentur, nisi pro Captiuorum Redemptione, fol. 182.
- Quitensis Prouincia in Regnis del Piru preparatur à Prouincia Lima, fol. 228.

R.

- Raymundi Nonnati festum in vniuerso Ordine nostro celebrandum, fol. 217.
- S Raymundus Nonnatus vocatur sanctus ab Urbano VIII. fol. 237.
- Raymundus de Morello Dominus de Algar, fol. 85.
- Redemptio Captiuorum opus charitatis inter alia Deo magis placens, fol. 193. p. 2.
- Redemptiones de triennio in triennium fieri solita, fol. 153. p. 2.
- Redemptiones tres factæ sunt Tuneti Marrochi, & Zale ab anno 1633. vique ad annum 1636. ibi.

BULLARIUM.

- Redemptio Captiuorum necessaria ad obuiandum periculis animarum, fol. 135.p.2.
- Redemptionis eleemosynas impedire redundat in contemptum Dei, & Ecclesie Romanæ, fol. 10.c.3.
- Redemptores deputare possunt diem fidelibus Ecclesijs nostras visitantibus, vt indulgentias consequantur, fol. 213.
- Religio nostra ordo Canonicus appellatur, fol. 92.p.2.
- Religio nostra gloriosa, & vbique laudabilis ex Urbano VI. fol. 59.c.1.
- Religio nostra ob quarti voti emissionem arctior ex Calixto III. fol. 96.
- Religiosi nostri non sunt quæstores, dum quærent eleemosynas pro Redemptione Captiuorum, f. 16.c.4.
- Religiosi nostri omnibus præferendi, ibi.
- Religiosi Mercenarij Ecclesie seruiunt aduersus fidei hostes, fol. 59.c.1.
- Religiosi nostri, tam subditi, quam Prælati possunt absoluere alios fratres ab omni excommunicatione, f. 68.
- Religiosi nostri erga Deum, & homines fructuosi, fol. 90.p.2.
- Religiosi nostri pro liberandis fidelibus totis viribus elaborant, ibi.
- Religiosi nostri ob redemptionem fidelium sponte subeunt onera paupertatis, ibi.
- Religiosi extra claustra degentes reuocantura Prouinciali, fol. 247.
- Religiosi mendicantes in nostro Ordine professi, non possunt ad alium transire, absque licentia sedis Apostolicæ, fol. 76.p.2.
- Religiosus alienæ professionis in nostro Ordine non admittendus, f. 247.
- Reges Aragoniæ nostri Ordinis fundatores, fol. 74.
- Regum Castellæ, & Aragoniæ priuilegia confirmantur, fol. 78.
- Representationes fieri in domibus nostris prohibetur, fol. 247.
- Residentiam antecessorum mittere debent Vicarij Generales Indiarum, fol. 201.p.2.
- Romano sancti Adriani cœnobio subueniat Magister Generalis, & quomodo, fol. 221.
- Romanus Pontifex solus potest ædificare Capellam intra fines nostrarum Ecclesiarum, fol. 93.
- Romanum cœnobium quando inceperit, fol. 194.
- Romæ comparuit coram Leone X. redemptio septuaginta fidelium vtriusque sexus, fol. 135.p.2.

S.

- S**ancti Adriani Ecclesia Romæ nostri Ordinis cœnobium, fol. 193.
- Senes Religiosi, quas habeant exemptiones, fol. 249.
- Sepultura non neganda fratribus nostris in Ecclesijs Clericorum, & absque pretio concedenda, fol. 111.c.1.
- Sepultura Ecclesiastica conceditur confratribus nostri Ordinis tempore interdicti, ibi, c. 3.
- Sixtus IV. benefactoribus Ordinis multa concessit, fol. 109.
- Sixtus IV. optabat, vt suis temporibus fideles redimerentur, fol. 111.p.1.
- Sixtus IV. quæ concessit Generali Magistro, & fidelibus captiuis, folio 112.
- Sixtus IV. omnes indulgentias exceptis quæ pro Redemptione Captiuorum concessa erant suspendit, folio. 113.
- Sixtus IV. captiuorum incommoda deplorat, ibi, p. 2.
- Sixtus V. concessit nostro Ordini, quod recitare quorundam sanctorum officia licite possit, fol. 191.
- Sixtus V. confirmat donationem Ecclesie sancti Adriani de vrbe nostro Ordini factam, fol. 194.

Sixtus

I N D E X

- Sixtus V.** confirmat, ac de nouo concedit indulta omnia nostro ordini concessa.
- T.**
- T**Abacum in fumo fumere prohibet Vrbanus VIII. sub grauissimis poenis, fol. 269. c. 4.
- T**arracona coenobio, & confraternitati Desparae dolorum quid concessum, fol. 219.
- T**olosano coenobio plures indulgentiae concessae a Paulo IV. fol. 178.
- T**ria Regna Aragoniae, Cathaloniae, & Nauar. & in vna Prouincia, fol. 20.
- T**unicas dadas Religiosis ex panno praecipitur sub obedientiae praeepto, fol. 204.
- V.**
- V**aticum Prouincialium, & Visitatorum non excedat sumptus itineris fol. 204.
- V**icarij Generales Indiarum quando sua iurisdictione vti possunt, f. 233.
- V**icarij Generales Indiarum ne redeant in Hispania, nisi rediti ratione suorum officiorum, fol. 238. p. 2.
- V**icarius Generalis sede vacante, non potest celebrare Capitula Prouincialia, etiam si triennium compleatur fol. 229.
- V**icarius Generalis non potest nominari a Magistro Generali existente in Hispania, fol. 201.
- V**icarij Generales Indiarum quando possunt in Hispaniam reuerrere, folio. 201.
- V**icarij Generales Indiarum ad quid teneantur, fol. 348.
- V**isitor qualis debeat eligi, fol. 206.
- V**isitor potest libros rationum Monasterij quocumque tempore visitare, fol. 297. p. 2.
- V**ocales Capituli Generalis, non mutandi sede vacante officij Magistri Generalis, fol. 229.
- V**ota omnia dispensabilia paucis exceptis ob eleemosynam captiuorum, folio 17. c. 1.
- V**otum non habet in nostro Ordine nisi, qui sit in sacris, fol. 204.
- V**orum Capituli Generalis quis habeat, fol. 223.
- V**otum quartum nostri Ordinis de impignorandis fratribus pro captiuis fidelibus refertur, fol. 39. c. 3.
- V**otum in electione Prouincialis non petatur a Secretario Capituli, sed vnusquisque vti voluerit scribat, folio 201.
- V**rbanus V. omnibus sacerdotibus nostris ad infideles missis facultatem concedit, audiendi confessiones, fol. 50. c. 3 & 4.
- V**rbanus V. confirmat privilegia Ordinis, fol. 50.
- V**rbanus VI. nostrum Ordinem laudat, fol. 50. c. 1.
- V**rbanus VIII. concessit festum sancti Raymundi Nonnati Cardinalis, & quando, fol. 217.
- V**rbanus VIII. confirmat indulta omnia praedecessorum, fol. 243.
- V**rbanus VIII. confirmat decreta Capituli Generalis To. et celebrati, folio. 246.
- Z.**
- Z**emel sapientissimus laudatur a Clemente VIII. eximijs laudibus, fol. 219.

INDEX SECVNDVS.

Rerum in Bullarum Scholijs notabilium.

A.

- A**bbates aliqui Benedictini in Germania sunt Marchiones, & Duces, fol. 87.
- A**bsolutio excommunicationis, per privilegia procedit tantum in foro interiori ex declaratione Fij V. folio 69.
- A**bsolutio Generalis an dari possit tempore interdicti generalis, fol. 209.
- A**bsolutio ab excommunicatione minori requirit iurisdictionem in foro exteriori, fol. 56. p. 2.
- A**bsolutio generalis quibus in festis conceditur Ordini nostro, fol. 204.
- A**cugna Archiepiscopus Bracharen. doctissimus, fol. 65.
- A**drianus VI. confirmat quoad fratres nostros communicationem privilegiorum omnium Ordinum, f. 165.
- A**lienatio rerum Ecclesiasticarum absque necessitate, & utilitate Ecclesie non est valida, fol. 26.
- A**lienatio vt sit valida sufficit, quod videatur causa sufficiens tempore alienationis, ibid.
- A**ltare portatile conceditur Magistro Generali, fol. 73 p. 2.
- D.** fr. Ambrosius Machin de Aquena eligitur Magister Generalis, post creatur Algarensis Episcopus, & Archiepiscopus Callarensis Sardinie Primas, fol. 234.
- D** Ambrosij pro Redemptione Captiuorum pulchra verba, fol. 8. p. 2.
- A**nniuersaria futura, & dotationes non reiicienda, tamen si Monasteria plurimis abundant, fol. 164.
- A**ppellatio à Iu lice Conseruatore ad quem fiat, fol. 68.
- A**ppellatio regularis à Prælato ad Nū

tium an valeat, fol. 68.

Approbatio Religionis reseruata Summo Pontifici, fol. 1. p. 2.

Arbitrium, & consilium quod Redemptio Captiuorum cesset, & conuertatur in classem contra infideles est contra decreta Pontificum, fol. 139. pag. 2.

B.

Baltasar Porreño vir eruditus, & de nostro Ordine benemeritus antiquitatum diligens inuestigator, Visitator Diocesis Conchenfis, folio 15.

Benedictus XIII. quando depositus, fol. 71.

Bona redemptionis, non possunt in aliquod pium opus conuerti, fol. 32. pag. 2.

Bonorum pro redemptione dominium ipso iure transfertur in Ecclesiam, fol. 38. p. 2.

Bona redemptionis olim Episcopis, nunc competunt fratribus nostris cessante munere Episcoporum, f. 43.

Breue quid? & quid expeditio in forma breuis? fol. 214.

Breue olim non expediebatur, nisi in materia iustitie, ibid.

Breui non subscribit Pontifex, sed Secretarius, ibid.

Bulla confirmationis nostri Ordinis data Perusij anno 1230. fol. 2. p. 2.

Bulla notabilis nostro Ordini concessa, fol. 55.

Bulla Cruciatæ ab excommunicato impetrata valet, fol. 139.

Bullæ habent vim legis, fol. 139. p. 2.

Bullæ Cardinalium de latere quoad durationem eandem vim habent, ac Pontificiæ, fol. 177. p. 2.

A

Bulla,

INDEX

- Bulla, signatura, & Breue in quo differant, fol. 210.
- Bulla gratiæ defert cordam seritiam, secus Bulla iustitiæ, ibid.
- C.**
- C**aptiui possunt eligere confessarium, qui eos absoluat, etiam à re seruatis Sedi Apostolicæ, fol. 112. pag. 2.
- Captiuis multum expediunt Ecclesiæ nostri Ordinis, fol. 139.
- Capitulum Generale potest mutare constitutiones factas, fol. 190.
- Capitulum Generale inter medium uocatur à Paulo V. & quare, f. 198.
- Capituli Generalis Toletani decretum, circa Vicarium Generalem sedevacante, ibid.
- Caroli V. naufragio plures milites capti sunt, fol. 143.
- Cathedratus potest habere peculium suæ Cathedræ ex licentia Prælati, fol. 14.
- Causæ iam decissæ iterum visitari prohibentur à Clemente VIII. fol. 207.
- Cessationem à diuinis, quam seruat Ecclesia matrix seruare debent Religiosi, fol. 12. p. 2.
- Cæsaris Era quid? fol. 188.
- Charitatis omnia opera exercet, qui unum Captiuum redimit, folio 85. pag. 2.
- Cistercienses secundum suam primæuam regulam, & institutionem non poterant obtinere villas, fol. 86. p. 2.
- Clementis VIII. circa conseruatores ordinatio quam vim habeat, fol. 53.
- Commissio facta alicui sub nomine appellatio, nempe Abbati non expirat illo mortuo, fol. 121. p. 2.
- Communicatio priuilegij, quid requirat, fol. 149. p. 2.
- Concessio Generalis, non derogat speciali priuilegio, ibi.
- Conseruatorum duplex species, folio 71. p. 2.
- Conseruatores an possint cognoscere in prima instantia, fol. 72.
- Conseruatores an debeant esse iudices Sinodales, ibi.
- Conseruatores possunt sub delegare suam iurisdictionem, folio 121. pagina 2.
- Collectæ pro defunctis dici debent quando Missæ elemosynarum reducuntur, fol. 164.
- Collectarum loco commemorationem defunctorum in memento sufficere declarauit cõgregatio Cardinalium, ibid.
- Collegia approbata de iure civili, fol. 12. p. 2.
- Compostellana Ecclesia habet Cardinales, fol. 15.
- Computatio diuersa in Bullis ab Incarnatione, vel Natiuitate Christi, fol. 189. p. 2.
- Confessarius à solo suo Prælato approbatus, non potest eligi per Bullam Cruciatam, etiam à fratribus, folio 65.
- Consuetudo longæua, quam vim habeat, fol. 51. p. 2.
- Conseruatores iuxta Tridentinum quales, fol. 53. p. 2.
- Constitutiones editæ in Capitulo Generali per se habent vim iuris, f. 290.
- Constitutiones etiam si non sicut approbare à Sede Apostolica habent eandem vim, ibi.
- Confirmatio priuilegij nullum ius nouum tribuit, sed antiquum conseruat, fol. 245.
- Concilium Lateranense quid statuerit, circa Religionem, fol. 2. p. 2.
- Concilium Generale Lugdunense repetit constitutionem Lateranensis, ibi.
- Concilium Generale in his Bullis intelligit Concilium Lateranense sub Innocentio IV. fol. 13. p. 2.

SCHOLIORVM.

Concilium VI. Lugdunense fuit XIII.
Generale quo tempore celebratum,
fol. 27. p. 2.

Confessarium eligere potest semel in
vita, & toties quoties in mortis ar-
ticulo, qui eleemosynam pro redem-
ptione elargitur, fol. 29. p. 2.

Confessio an requiratur ad consecra-
tionem indulgentiarum, fol. 43.

Concessio inulti, non dependet à vi-
ta concedentis, fol. 46.

Conseruatores regularium non sunt
necessario eligendi de iudicibus Si-
nodalibus, fol. 53.

D.

Decimæ Reales, quæ dicantur, fo-
lio 55.

Decimæ personales quæ, ibid.

Decimæ non soluendæ à Religiosis
nostris de noualibus, fol. 5. pag. 2. &
fol. 27.

Declaratio Cardinalium sub Urbano
VIII. circa Missarum celebrationem
non fuit recepta, fol. 174. p. 2.

Defunctorum voluntates dum adim-
pleri possunt, non commutandæ in
aliud opus, etiam melius absque au-
ctoritate Sedis Apostolicæ, folio
87.

Detentores bonorum pro Redemptio-
ne excommunicandi, non obstante
appellatione, nec indulto Sedis A-
postolicæ, fol. 53. p. 2.

Didacus Gelmirez Archiepiscopus Cõ-
postellanus creauit Cardinales, fo-
lio 15.

Dietæ continet septem leucas, & quo-
modo computandæ dietæ, fol. 72.

E.

Ecclésiæ bona, & vassa sacra pro Re-
demptione Captiuorum pigno-
rari, & vendi possunt, fol. 87.
Eleemosyna, vt sit opus satisfactorium

debet esse spontanea, fol. 32. p. 2.

Eleemosyna opus satisfactionis, fo-
lio 7.

Episcopis, & Parochis nihil debetur
de oblationibus, quæ fiunt in Eccle-
sijs regularium, fol. 23. p. 2.

Episcopi celebrantes in Ecclesijs regu-
larium, non possunt vendicare sibi
oblata, quia sunt Monasterij, ibi.

Episcopus si capiat, aut manus iniiciat
in Monachum excommunicatur, fo-
lio 37.

Episcopus non potest concedere alta-
re portatile, fol. 74.

Episcopus potest in suo Episcopatu in-
dicere festum, fol. 142. p. 2.

Episcopus Reguaris debet inuetarium
facere, ne bona Religionis, cum bo-
nis Ecclesiæ confundantur, fol. 242.

Episcopus regularis, non acquirit Mo-
nasterio, sed Ecclesiæ, ibi.

Episcopus dum viuit potest disponere
de bonis, ibid. p. 2.

Episcopus an possit constituere maio-
ratum in honorem consanguineo-
rum, ibi.

Episcopus regularis in bonorum dispo-
sitione, sicut Episcopus secularis,
ibi.

Era Cesaris quando inceperit, f. 188.
pag. 2.

Europæ Reges tempore schismatis ad-
heserunt Benedicto, fol. 68. p. 2.

Excommunicatus non est euitandus
antequam denuntietur, fol. 25.

Excommunicati non possunt diuinis
interesse, iuxta extranagantem *ad
euitanda*, ibi.

Excommunicatis non prodest privile-
gium inter essendi diuinis tempore
interdicti, ibi.

Excommunicatus excommunicatione
minori gaudet suffragijs Ecclesiæ,
fol. 156.

Excommunicatus hac excommunica-
tione excluditur ab actiua partici-
patione Sacramentorum, ibi.

INDEX

- Excommunicatus** minori excommunicationi absolui potest à simplici Sacerdote, ibi, p. 2.
- Executores testamentorum** pro Redemptione ad quid teneantur, fol. 156. p. 2.
- Exemptio** non solum personas concernit, sed res, fol. 5.
- Exemptio Generalis**, non comprehendit exemptionem à visitatione Prælati, fol. 132. p. 2.
- F.**
- F**acultas recipiendi fideles in fratres spirituales, & communicatio bonorum spiritualium Ordinis, non suspenduntur per Bullam cruciatæ, fol. 18.
- Facultas absoluedi** ab omnibus peccatis etiam reseruatîs non est indulgentia, nec reuocatur Cruciatæ, fol. 29. p. 2.
- Facultas iudicium**, etiam sæcularium puniendi Monachum quando habeat locum, fol. 37.
- Famuli Monachorum** possunt in vitis Parrochis in Monasterio sepeliri, fol. 23.
- Festa Ordinis nostræ** ex Sixto V. fol. 192.
- Festa pro Religione** statuere potest Generalis in Capitulo Generali, ibi, p. 2.
- Festum**, quod celebratur in aliquo Prouinciæ loco potest extendi ad totam Religionem, ibi.
- Festa Beatæ Mariæ** quatuor sunt in præcepto vniuersali, reliquæ secus, fol. 225. p. 2.
- Festum Beatæ Mariæ** ad Niues nullibi est sub præcepto, sed ex consuetudine, vel deuotione, ibi.
- Fideles absque præuilegio** non possunt interesse diuinis tempore interdicti etiamsi Monachi celebrent, fol. 25.
- Fides integra** debetur transumptis, authenticis, sicut originalibus litteris pro opere Redemptionis Captiuorum, fol. 117. p. 2.
- Florenum Aragonium** quatum valeat, fol. 29. p. 2.
- Foundationes Monasteriorum** qualiter fieri debeant, fol. 252.
- G.**
- G**alliæ Capitulum Prouinciale validum, licet fuerit celebratum sede vacante, fol. 230.
- D. D. fr. Gaspar Prieto** Generalis Magister affuit Commitijs Regni Valentia, nunc Episcopus Elnensis, antea del Aguer, & Sardinia Prorex, fol. 86. p. 2.
- Generales Ordinis equites laici**, quot annis, fol. 33.
- Generales Ordinis in Capitulo Generali** possunt indicare festa pro Religione, fol. 192. p. 2.
- Gesta per mandatarium** ignorantem mortem mandantis valida, fol. 250. pag. 2.
- Gesta per procuratorem** expresse reuocatum valent quousque reuocatio intinetur, fol. 231.
- Gratianus** laudat Captiuorum Redemptionem, fol. 185. p. 2.
- Gregorius IX.** in scriptis assignauit regulam nostræ Religionis, iam approbatam ab Honorio III. fol. 2.
- Gregorius XII.** Antipapa per Legatos sponte cessit Papatui, fol. 68. p. 2.
- Gregorius** in suis Epistolis vitur indicationibus, fol. 188.
- Guilielmus de Vasso** secundus Magister Generalis, fol. 33.
- Guilielmus Giraldus** Sacerdos primus Prior Barcinonensis, fol. 33. p. 2.
- Guilielmus Cardinalis Legatus Innocentij VI.** quid concesserit nostro Ordini, fol. 49. p. 2.

SCHOLIORVM.

H.

Habens priuilegium ad instar alius cuius priuilegiati habet etiam, illud priuilegium, quod priuilegiatus, fol. 149.

Honorius III. per viue vocis oraculum nostram Religionem approuabit, folio 2.

Honor, & utilitas fidei Christianæ ex Religionibus oritur, fol. 89.

Horarum Canoniarum defectus relaxantur Clericis iubantibus opus Redemptionis, fol. 18.

Horæ Diuini Officij defectus quomodo remittuntur, fol. 14. p. 2.

I.

Ieiunium, oratio, & eleemosyna opera satisfactoria, fol. 29.

Indictio quid in Bullis significet, folio 188.

Indiarum Parrochi prohibentur ne exigant de quarta funeris supra præscriptum à Tridentino, folio 237.

Indulgentia plenaria Coenobio nostro Podij concessa, & si tempore schismatis valida, fol. 66.

Indulgentiæ concessæ tempore schismatis validæ, fol. 68.

Indulgentia, quæ confessionem requirit vtilior, fol. 7.

Indulgentia, quæ non requirit confessionem, fol. 8. p. 2.

Indulgentiæ olim non tam crebro, nec tam amplè, sicut modo concedebantur, fol. 15. p. 2.

Indulgentia de iniunctis pœnitentijs comprehendit etiam iniungendas, fol. 17. p. 2.

Indulgentia ob orationem, & ieiunium concedi potest, fol. 29.

Indulgentia per modum suffragij an infallibilis, fol. 30.

Indulgentiarum concessio est actus voluntariæ iurisdictionis, folio 32. pag. 2.

Ioannes XXII. Romanus Pontifex excommunicat Ordinarios approbantes Religiones, absque auctoritate Sedis Apostolicæ, fol. 2. p. 2.

D. D. fr. Ioannes Cebrian Magister Generalis creatus Episcopus Albarracincensis, nunc vero Teruelensis laudatur, fol. 198. p. 2.

Interdictum Generale impositum ab Ordinarijs ligat, etiam regulares exemptos, fol. 12. p. 2.

Interpretatio Generalis, quæ ius commune constituit spectat ad solum Principem, fol. 61. p. 2.

Interpretatio legis quando prohibita, ibi.

Interpretatio priuilegij pertinet ad Legislatorem, fol. 60.

Iudices inferiores cognoscunt de rescriptis, & mandatis Apostolicis, & quomodo, ibi.

Iuris rigore attento mandatum morte mandantis expirat, folio 230. pag. 2.

Iusta causa commutandi legata in pios vsus quæ sit, fol. 139.

L.

Laicus infamatus factus Clericus quando debet puniri corporaliter, fol. 36. pag. 2.

Lateranense Concilium, non vbique obseruatum, fol. 2. p. 2.

Lateranense Concilium fuit duodecima Generalis Sinodus & celeberrima, fol. 13. p. 2.

Lateranense Concilium habetur tomo 3. Conciliorum, ibi.

Legata relicta religiosis censentur relicta Monasterijs, fol. 14.

M V I N D E X H O 2

Legatum Monacho relicum eo iniuri-
to acceptari potest per Prælatum,
ibi.
Legatum rei alienæ ignoranter non
valet, fol. 38. pag. 2.
Legatorum Romani Pontificis triplex
species, fol. 49. pag. 2.
Legati de latere Cardinales, folio 49.
pag. 2.
Legatorum statuta perpetua, ibi.
Legata in pium vsum commutare po-
test Pontifex ad aliud diuersum, fol.
139.
Legatus de latere id non potest, ibi.
Legatus quare, non vititur in Bullis illa
clausula *absolventes quo ad effectum
consequuntur*, &c. fol. 177. pag. 2.
Legata Monasterio ad vnum vsum po-
test Prælatus in alium conuertere,
fol. 87. pag. 2.
Legum interpretatio triplex, authenti-
ca, vsualis, & doctrinalis, fol. 60.
Legis diuinæ interpretatio ad quæ per-
tineat, fol. 61. pag. 2.
Leges condere potest legitima con-
gregatio, fol. 190.
Leo X. dedit remedium ad supplendum
defectum Officij diuini, & quale, fo-
lio 14. p. 2.
Lex quando, & quomodo abrogatur,
fol. 53. p. 2.
Lex seu constitutio vsu, nõ recepta, non
ligat, ibi.
Lusitania in Regno ædificari possunt
Ordinis Monasteria, fol. 251.

M.

Magistratus seculares, non intro-
mittendi in Redemptione Cap-
tiuorum, fol. 38. p. 2.
Magister Generalis Varo de Algar in
Regno Valentia, fol. 86. p. 2.
Magister Generalis de aliquorum con-
silio potest bona vnius Monasterij

transferre in aliud indigens, fol. 87.
pag. 2.
Magister Generalis ad effectum con-
sequendi indulgentias, potest absol-
uere fideles à vinculo maioris ex-
communicationis, fol. 156.
Magister frater Franciscus Boil exhor-
nat Bullam Benedicti, fol. 66.
Maioratus quando possunt habere re-
ligiosi, fol. 19.
Martini V. electio in Concilio Con-
stanciensi, fol. 71. pag. 2.
D. Fr. Melchior Rodriguez de Torres
ex nostris Episcopus Rosensis vir
pius, & doctus cuius sunt varia vo-
lumina, fol. 1. p. 2.
Mendicantes possunt communicare in-
dulgentias cum fratribus, fol. 18.
Merces non exigenda à fratribus pro
promulgandis indulgentijs, fol. 143.
Mercenarij fratres gaudent priuilegijs
Mendicantium, fol. 29. p. 2.
Missæ donationum, seu anniuersario-
rum nequeant reduci, ibi.
Monasteria splendorem, & vtilitatem
tribuunt Ecclesiæ, fol. 1. p. 2.
Monachi tenentur soluere tributa, quæ
habebant terræ nouiter acquisitæ,
fol. 5. p. 2.
Monachus non potest habere hæredi-
tatem, sine licentia sui Prælati, fo-
lio 14.
Monacho relinqui potest ius disponē-
di aliquid inter consanguineos, ibi.
Monachi, & Moniales an possint ha-
bere annuos redditus, seu census,
ibi.
Moniales, & Religiosi choro deputati
recitare tenentur Officium diuinū,
non suffragatur communicatio priu-
legij societatis Iesu, fol. 149. p. 2.
Monialibus conceditur, etiam priuile-
gium concessum Monachis, fol. 23.
Mors ciuilis status mutatio, folio
242.

Nota

SCHOLIORVM.

N.

Natalis Galuer ex nostris scripsit
compendium Bullarum, fol. 18.
pag. 2.

Nemo potest quæri, quia Captiui Re-
dempti sunt, fol. 8. pag. 2.

Nolascus sanctissimus Patriarcha nô-
ster, simul Magister Generalis, &
Prior Barcinonensis, fol. 33.

Notarij vnus fides transumpti æqui-
ualet originalibus literis, folio 117.
pag. 2.

Notarijs Monachis Monasteriorum
integra fides adhibeatur, fol. 177.

Novitius potest reseruare, sibi certos
reditus ex bonis relictis Monaste-
rio, fol. 14.

Novitius quando potest in sæculari iu-
dicio puniri, fol. 36 p. 2.

Novitius in causa ciuili, non præuentus
per citationem conueniendus est
coram iudice Ecclesiastico, fol. 37.

Novitius non potest incarcerari ab or-
dinario, nisi ob delictum præsuma-
tur in fraudem intrasse Religionem,
fol. 37.

Nuntius Apostolicus quando nequit
interpretari legem, seu priuilegium

Pontificis, & quando potest, tam ip-
se, quam iudices inferiores, fol. 60.
p. 2. & fol. 61.

Nuntius Hispaniæ utitur in Bullis clau-
sula absoluentes, &c. fol. 177. p. 2.

O.

Occultum in iure quid dicatur, fo-
lio 69. p. 2.

Officij diuini defectus, quibus reme-
dijs suppleri potest, fol. 14. p. 2.

Officij diuini omisi, quæ sit pars nota-
bilis, fol. 15.

Olympiadæ quot annos designabant,
fol. 188.

Omisiio vnus nocturni in matutinis

est peccatum mortale, fol. 15.

Ordinarius est Episcopus, Abbas sæ-
cularis exemptus, Legatus, & Nuntius
Apostolicus Ordinarius, fo-
lio 5.

Ordinarius non potest se intromittere
contra regularem exemptum, ibi.

Ordinarius non potest excommunica-
re fratres nostros, nec Ecclesias in-
terdicere, absque speciali mandato
Sedis Apostolicæ, fol. 12.

Ordinarius non potest procedere ad
capturam religiosi, fol. 37.

Ordo noster institutus tempore Ho-
noriij III. fol. 1. pag. 2.

Ordo noster ad effectum redimendi
approbatus ab Episcopo Barcino-
nensi, fol. 2. p. 2.

Oratorium & altare portatile in quò
differant, fol. 74.

P.

Par in parem nõ habet Imperium;
fol. 149. p. 2.

Paschalis II. confirmat creationem Car-
dinalium Compostellæ, fol. 15.

Paulus V. reuocabit decretum Sixti V.
de capitulo intermedio, fol. 198.

Peccatum veniale à simplici Sacerdote
absolui potest, fol. 156. p. 2.

Peccata eleemosynis redimi quomodo
intelligatur, fol. 29.

Pius V. reuocauit omnes facultates
transeundi ad alios Ordines, fol. 18.

Pius V. concessit Mendicantibus, quod
Monasteria fundata à quadraginta
annis, non soluant quartam funera-
lem, ibi.

Podium Valentiniæ domus deuotissima
Angelicalis Camera Deipariæ, fo-
lio 66.

Pontifex pro schismate sedando renun-
tiare tenetur Papatui, fol. 68.

Pontificis depositio in Concilio Con-
stanciensi, ibi.

I N D E X

- P**otestas condendi leges est penes congregationem legitimam, fol. 190.
- P**rælatus tenetur visitare sibi subditos, fol. 132. p. 2.
- P**rælati non possunt communicare indulgentias confratribus, nisi de speciali licentia Romani Pontificis, folio 18.
- P**ræscriptio contra Ecclesiam requiritur quadraginta annos, fol. 38 p. 2.
- P**rinceps consulendus de intentione legis, fol. 60. p. 2.
- P**rinces, & Domini temporales quid facere possunt tempore schismatis, fol. 68.
- P**rinapis sæcularis consensus requiritur ad Monasterij fundationem, folio 252.
- P**riuilegium altaris portatilis Magistro Generali concessum quale, fol. 73. p. 2.
- P**riuilegium minorum de altari portatili extinctum per Tridentinum, folio 74.
- P**riuilegium ex non vsu, per decennium amittitur, fol. 129. p. 2.
- P**riuilegij non vsus à quo debeat prouari, ibi.
- P**riuilegium religioni cœquatur legi, & iuri communi, fol. 130.
- P**riuilegia extraordinaria quomodo reuocantur, ibi.
- P**riuilegium speciale contra obedientiam præsumitur subrepticium, fol. 132. p. 2.
- P**riuilegium recipiendi iura, & redditus comprehendit impositos, & imponendos, fol. 139. p. 2.
- P**riuilegium prædictum extenditur ad omnia Monasteria Ordinis ex Iulio III. ibid. p. 2.
- P**riuilegij confirmatio duplex, folio 245.
- P**riuilegij Principum geminata confirmatio, vim habet motus proprii, ibi.
- P**riuilegium reale est nostro Ordini, non soluere decimas, fol. 5. p. 2.
- P**riuilegia ad supplendum defectus recitandi diuini Officij fol. 14.
- P**riuilegium quando valeat, ibi. p. 2.
- P**riuilegio Monachorum, etiam gaudent moniales in quo sexus, non repugnat, fol. 23.
- P**riuilegia nostro Ordini concessa, non interpretanda, fol. 59. p. 2.
- P**rouinciales nostri Ordinis possunt subditos ab omni excommunicatione absoluerè, fol. 69.
- P**rouinciales nostri possunt in foro cōscientiæ absoluerè subditos, ab excommunicatione reseruata Sede Apostolicæ, ibi, p. 2.
- P**rouinciales possunt dispensare, cum subditis in omni irregularitate, etiã ex homicidio voluntario proueniente, ibi, p. 2.
- P**rouinciales nostri maius priuilegium habent in subditos, quam Episcopi in suos, ibi.
- P**rouincialis potest confessarium eligere, qui eum absoluat, & in irregularitate incurfa dispenset, ibi.
- P**rouincialis non potest secum dispensare, ibi.
- P**rouincialis, & eius Visitator peracta visitatione potest concedere indulgentiam plenariam, fol. 133.

Q.

- Q**uadragesimæ, quid, fol. 15.
- Q**uadragesima plus est, quam vnus annus indulgentiæ, ibi, p. 2.
- Q**uando vacauit officium Generalis, non possunt Capitula Prouincialia celebrari, fol. 230.
- Q**uartam funeralem, non tenentur soluere Monachi ex priuilegio Romanorum Pontificum, fol. 23.
- Q**uarta funeris, quæ intelligi debeat, ibi.
- Q**uæ quis facit iure proprio valent data

ta

SCHOLIORVM.

ta ignorantia mutationis status, fol.
230.p.2.
Quæstiones eleemosynarum redemp-
tionis approbantur, fol.48.

R.

Raymundus de Morello Domi-
nus oppidi Algar fit Monachus
nostri Ordinis, fol.86.p.2.
Rationem reddere iterum non tene-
tur, qui eam semel reddidit, folio
207.
Receptores fratrum nostrorum sub
protectione Romani Pontificis, fo-
lio 10.
Redemptio Captiuorum præseruatiua
est contra indulta Romanorum Pon-
tificum, fol.139.p.2.
Redemptores legati Sedis Apostoli-
cæ, & quando, fol.51.
Redemptionis opus præfertur expedi-
tioni contra Turcas, fol.114.
Redemptio Captiuorum ornatus Sa-
cramentorum, fol.8.p.2.
Redemptionis causa quoad solutionem
decimarum, & exactionum prælata
est recuperationi Terræ Sanctæ, fo-
lio 27.p.2.
Redemptorum absoluendi potestas, fo-
lio 51.
Regulares licet sint Capellani, vel fa-
miliares Cardinalis, aut Papæ, non
eximuntur à visitatione suorum præ-
latorum, fol.132.p.2.
Regularium intentio in celebratione
Missarum ad quid extenditur, folio
164.p.2.
Regula iuris est res per quascumque
causas noscitur, per easdem dissolui-
tur, fol.190.
Regula Cancellariæ Apostolicæ quam-
diu habet vim legis, fol.53.
Regulæ Cancellariæ spirant per mor-
tem Pontificis, ibi, p.2.

Regulares habent priuilegium cele-
brandi in altari Viatico, folio 73.
pag.2.
Religiosi de licentia Prælati possunt
audire cõfessiones fratrum eiusdem
Ordinis, fol.65.
Religiosi ad prædictum munus non
egent licentia Episcopi, ibi.
Religiosus non approbatus à suo Præ-
lato non absoluit, ibi.
Religiosis societatis Iesu in missioni-
bus conceditur altare Viaticum, fol.
37.p.2.
Religio habere potest villas, & digni-
tates annexas, fol.86.p.2.
Romanus Pontifex potest cognoscere
de priuilegijs ab Apostolica Sede
concessis, fol.59.p.2.
Romanus Pontifex commutare po-
test defunctorum voluntates, fo-
lio 87.
Religiones sancti Basilij, Augustini,
& Benedicti approbatæ ab Episco-
pis, fol.1.p.2.
Religiosis Mendicare concessum est,
fol.17.p.2.
Religiosi succedere possunt in maiora-
tibus, nisi refragetur voluntas con-
stituentis, fol.19.
Religiosis nostris prohibetur transitus
ad alium ordinem, absque Sum-
mi Pontificis licentia, folio 22. pa-
gina 2.
Remissio per modum suffragij, quid sit,
fol.30.
Rescriptum ab excommunicato impe-
tratum processusque inde secutus
sunt nullius momenti, folio 138.
pag.2.
Restrictio in communicabilitatis pri-
uilegij non tollitur, per generalem
communicationem posteriorum, fo-
lio 149.p.2.
Reuocatio pertinet ad eundem ad quem
legis constitutio, fol.190.
Rex Ioannes Castellæ iussit primus
vt relicta Era Cæsaris fieret compu-
tatio

INDEX

ratio à Christi natiuitate, folio 188.
 pag. 2.
 Romanus Pontifex, non potest errare
 in approbatione Religionum, fol. 1.
 pag. 2.
 Romanus Pontifex Patronus superior,
 & Index ordinarius nostri Ordinis,
 fol. 5.
 Romanus Pontifex potest remittere
 reatum pœnitentiae temporalis extra Sa-
 cramentum Pœnitentiae, fol. 7.

S.
 Schismatis tempore satisfacit po-
 pulus suos Pastores, & Doctores
 Catholicos sequens, fol. 68.
 Schisma Ecclesiae an possit dirimi per
 sortem ibi, p. 2.
 Serui, & famuli Monasterij possunt in
 illo sepeliri inuitis Parochis, fol. 23.
 Syndicatus semel, non potest iterum
 Sindicari, fol. 207.
 Societatis Iesu Religio quantum ser-
 uiat Ecclesiae, fol. 1. p. 2.
 Societatis Iesu privilegium de altari
 portatili valet post Tridentinum,
 sicut Prædicatorum, & Minorum,
 fol. 74.
 Sollicitudo circa quærendas eleemosy-
 nas in Redemptionis opus commen-
 datur, fol. 139.
 Solidum, seu *su ldo* cuius ponderis, &
 valoris sit, fol. 115.
 Status Religionis rigidus, & valde la-
 boriosus, fol. 36. p. 2.
 Statuta, & leges legarum de latere
 durant perpetuo, fol. 49. p. 2.
 Stipendium à pluribus pro vna Missa
 accipere quando liceat, folio 164.
 pag. 2.
 Sixtus V. statuit vt tertio quoque an-
 no Capitulum Generale celebretur,
 fol. 198.
 Summus Potifex interpretatur legem

diuinam, & quare, fol. 61. p. 2.
 Suspensionem ab officio incurrunt Vi-
 sitatores regularium accipientes ali-
 quid præter ea, quæ illis ex consti-
 tutionibus competunt, fol. 135.

T.

TEnza ex nostris scripsit indulgen-
 tiarum Compendium, folio 18.
 pag. 2.
 Terminus anni ad implendam testato-
 ris voluntatem incipit à die obitus,
 fol. 157.
 Toletus Cardinalis refert privilegium
 Leonis X. pro supplendo defectu
 Officij diuini, fol. 14. p. 2.
 Transitus Mendicantium ad nostrum
 Ordinem ante Bullam Clementis
 VII. sed non reuocat ius commu-
 ne, fol. 77.
 Translatos ad nostrum Ordinem ex
 Mendicantibus non reuocabit Cle-
 mens V. ibi.
 Trascripto Bullæ authentico fides ad-
 hibenda sicut originali, folio 117.
 p. 8. 2.
 Triplex genus scripturarum in gratijs
 Pontificum, fol. 210.

V.

Vacante Generalatu non possunt
 celebrari Capitula Prouincialia,
 fol. 230.
 Verba legis simpliciter pro lata quo-
 modo intelligenda, fol. 60.
 Villa de Algar in Regno Valentiae, cu-
 ius fuerit fol. 86. p. 2.
 Vincentius Ferrer sanctus adhæsit Be-
 nedicto tempore schismatis, fol. 68.
 pag. 2.
 Voluntas vltima defunctorum pro le-
 ge obseruanda, fol. 87.

SCHOLIORVM.

Voluntas defunctorum quando potest mutari, & à quo, ibi.

Vetum quartum nostræ professionis est redimere fideles, fol. 40.

Visitationis Prælatorum finis morum correctio, & reformatio, folio 132. pag. 2.

Visitator Commissarius Generalis, aut Prouincialis potest suspendere Prælatum, non priuare, ibi.

Vrbanus VIII. approbat & confirmat nostrum Ordinem cæteris perfectiorem ex emissionem quarti voti, folio 97. p. 2.

Viua vocis oracula, quam vim habeat, fol. 177. p. 2.

Viua vocis oracula si ex tempore de-

sint esse vtilia suspendi, vel reuocari possunt in Capitulo Generali, & Prouinciali, ibi.

Vtile est, vt non semel. sed sæpius impetretur indulgentia plenaria pro defunctis, fol. 30.

Z.

Zelus Redemptionis Captiuorū commendatur à Romano Pontifice, fol. 40.

Zumel vir doctissimus olim Magister Generalis probat excellentiam nostri Ordinis ex quarto voto, fol. 97. pag. 2.

FINIS.

